HYGIEINA,

id est,

DE SANITATE TVENDA, MEDICINÆ PARS PRIMA.

Auctore

TIMOTHEO BRIGHTO Cantabrigiensi, *Medicinæ Doctore.*

Cui accesserunt De Studiosorum sanitate libri III. Marsilii Ficini.

Ἄσκησις ὑγιείης ἀκορείη τροφῆς, ἀοκνίη πόνων.

15  98.

FRANCOFVRTI

Ex Officina Paltheniana, sumtibus hered. Petri Fischeri & Ionæ Rhodii.

AMPLISSIMO ET HONORATISSIMO DOMINO, DN.

Gulielmo Cecilio, Equiti aurato, Baroni Burghliensi summo Angliæ quæstori, & Sacri Regii Senatus Consiliario, atq; Cantabrigiensis Academiæ Cancellario.

VEteri more, honoratissime domine, qui præceptoris viua voce habebatur, artes bonas docendi, discendiq. amisso, sapientiæ inprimis iactura maxima, temporis nonnulla, sumtus aliqua infelix subrepsit, qui libris. atq doctorum monimentis legendis cõtinetur. Hinc scholis Philosophiæ qui hodie præficiuntur maximam partem librorum interpretes facti sunt: haud sapientiæ magistri. Qui vero auscultatione qualicunq. illa spreta, ex doctorum monimentis seipsos sibi statuunt doctores: certe multæ lectionis homines euadunt, haud multæ scientiæ. Ex quo quum constans vix vlla doctrina tradatur, tot oriuntur eadem de re discrepãtes hominum sentẽtiæ, cũ quisq. quod apud magni nominis auctorem legerit, tueri cõtendat scire demum quo fundamento rationis consistat, vel qua naturæ luce collocetur, perpendere negligat fere vnusquisque; hinc nata tanta scriptorũ ambitio, tanta scribẽdi luxuria, tanta sapientũ in speciẽ multitudo, tanta vere sapientũ orbitas atq. solitudo. Cum rectũ & verum exsistat vnũ à quo deflexum vbi sit, vel millefariam liceat errare. Sed quid hæc ad amplitudinẽ tuam, vel nomini tuo inscriptã Hygieinam meã? permuitum sane in vtramq partem. Nam & tu is es, quẽ sapientia, rerumque gestarum prudentia, summo honoris

loco collocauit Es Cantabrigiēsis Academiæ patronus, es Cancellarius, deniq. is es qui facilis, & attentus iustam qualemcunq. literatum nomine susceptam accipies querelam. Et ego is sum cuius studia ita comparata sunt, vt rerum natura ob oculos posita, & superstitione ex auctoritate scriptorum nata, excussa; quod in medicina verum, quodque germanum, & breuiter tradendum, & dilucide explicandum mihi ipsi proponam. Accipe ergo, honoratissime Cecili, & consilii, & facti mei rationem paulo altius repetitam. Omnis recta docendi ratio duobus hisce, breuitate, perspicuitateq continetur. Cū tota rei doctrina ita traditur, vt nec heterogeneis impura sit, nec tautologiis molesta; ea demum breuis recte dicetur: quæ autem à summis orta, per intermedia, ad ima fluens, methodo proponitur, omnē perspicuitatis euidentiam continebit, qua & facilius concipitur, & altius insidet memoriæ. Hac docendi ratione caruit iam diu Medicina, cū auctorū nemo his limitibus cingi se pateretur, quin, modo physicū agere, modo palæstritam, modo coquum, modo astronomum, deniq. nihil non esse, medicorum habitum sit munus & officium. Videlicet artes varias vt vsu miscentes, quod omnino valetudinis curatori foret necessum, ita parum admodum spectantes præcepta finibus coercēda suis, nec ex æquo & iure, alteram alterius possessiones fas esse inuadere. atq. hoc primum male prolixam habet medicinam. Ad hæc accedit, quod potius librorū molem quam rei argumentum spectantes, Asiatica redundantia rem medicam voluminum multitudine auctiorem reddiderunt, præceptis autem ieiuni atq aridi ipsi, qualem & quantam à patribus acceperunt, talem atque tantam lento incremento & posteris tradendam constituerūt. Qui autem aliorum redundantiā amputare studuerunt, verborum, non argumenti bre-

uitatem

uitatem sequuti sunt. inde nihilominus quã illi ipsi quorum castigatores haberi volunt, fiunt alienis & impropriis redundantes; nec non idem sæpius locis variis contra breuitatis leges, docere ex diligentis magistri officio æque statuerunt. Itaq primus hic labor mihi suscipitur, & heterogeneorum expurgandorum, & quæ multis cognatione communia sunt, omnibus semel, nõ seorsim singulis tradendorum, semper instituti memor, nec facile lectorem tautologiis obtundens. magna sane virtus, dũmodo eam assequamur. sequimur profecto, atq. dum vita suppetit, studiose sequemur. Atq hæc prima virtus artis recte tradẽdæ exsistit: hic nostri prima laboris seges. Altera perspicuitatis est, quæ methodo ab vniuersalibus ad specialia, id est, à caussis ad effecta transitionum gradibus sensim descendit, cuius methodi fructum cum animo perpendo, eademq. alias fere iam omnes artes dotatas considero, vt ita excultas prædico beatas, sic subit dolor vicis nostræ quibus tãdiu inculta iacuit medicina. atq. hæc secũda laboris nostri materies: videlicet vt præcepta vera, propriaque pro lucis splendore, quo prima posterioribus collucent, primam sedem obtineant; reliqua, prout aliorum luce illustrari opus habẽt, propria serie deinde consequantur, dum in omnium postremo consistimus, quod reliquorum lumẽ postulat, ipsum per se perobscurum, & omnem mentis aciem fugiẽs. Habes cõsilii mei rationem, & metam studiorũ, quam omnes mecum spectare debent medicinæ, atq. reliquarum disciplinarum doctores: eam qui attigerit, nihil ei desit quod ad breuiter facileq. docendi laudem pertineat qui proxime attigerit, hic secundus est, quo loco in instituto tam præclaro, vel etiam infra secundos consistere pulcrum & honestum habendum. Secundum hasce leges vniuersum sapientiæ studium si traderetur, (ita autem tradi deberet)

& plura facilius, & certius quam vt nunc res philosophica habet disceremus. Meæ tenuitatis, probe conscius sum, nec nõ memor dicti illius magni Galeni, *Se maxime quemq. vereri oportere.* Quid vero præstiterim reipsa testari malo, quam verbis meis prædicari. Animum quidem certe adhibui, & votũ maximum, facultate autem, si viris & vsu, ætate & studio, & otio maiore affluentibus minus satisfaciam, nec mirum, qui nec ipse mihi satisfaciã. Quid tum? etiam num tacendum foret? Nequaquã Dies multa docet mortales, & dies diem. Hanc diecularũ meatum παιδείαν ingenue offero, fructum laborum: daturus & politiora hæc & maiora alia, vbi ætas, otium, studium, vsus vberiore nos prouentu auxerint. Cui namq. ita vita instituitur, vt aliis prodesse velit, id maturrime fieri & vitæ breuitas, atq. inconstantia, & rei vsus inprimis postulãt. Operis difficultatem norit is, qui in hoc genere aliquãdo fecerit periculum: otiosi homines & ignaui, nec possunt, nec velint recte iudicare. Hic te vnum, honoratissime Cecili, & instituti mei & operis testem, ac arbitrum posco; qui & ex ingenii acie qua es acerrima, de instituto potes statuere: & ex vsu rerumque experiẽtia, corpore iam senili ac valetudinario qua summa prudentia es, de re ipsa potes decernere. Totius medicinæ corpus mihi efformandum ad illam breuitatis, & perspicuitatis ideam propofui: πρόπλασμα effinxi vniuersum, ad quod augustius opus aliquando dedolare cõtendemus. Huius caput & pectus tibi, academici otii mei primitias offero; accipe modo precor vultu sereno; agnosce animum, & amoris, & obseruantiæ testandæ cupidissimum. Cantabrigiensis sum, & genere, & vitæ instituto. Hic primum datum & solis luce frui, & quod longe maius est religione pura, & liberalium scientiarum preceptis erudiri Deniq. Cantabrigiæ & Hy-

gieinam

gieinam hanc, & huic cōgenerem *Therapeuticam* adhuc pressam, edendam tempore commētati sumus, quo ergo piaculo, isto te taceam monimento amplissime Cancellarie? Est istud profecto, Academiæ priuilegia tueri, immunitates augere, literatis fauere, quod tu facis, à Cantabrigiēsibus academicis, inter quos ego profiteor nomē meum, amorem, cultus officium, fausta vota, omnia deniq. quantacunq. illa sint, iure tuo venditare. Respice ergo nos, & munusculum leuidēse, nec ex munere animum, sed ex animo munus metiare. Hāc tuę amplitudini statuo columnam, inscriptam G. C. literarum patrono, quandiu libri mei genius in choro musarum sedes egerit, tandiu duraturam. Dabo autem quam meritus es si viuo, ex materia nobiliore ac opere magis Phidiano, & Praxiteleo interea dum digniora tibi paramus, hæc boni consule, & huiusce æternæ laudis cumulum ex Musarum amore, atq. earundem ipsarum huiusce templi sacrosancti cultu perge tibi quam vberrimum facere. Misericors Deus amplitudinem tuam cum Ecclesiæ ipsius tum huic Reip. & in ea Cantabrigiensibus tuis quam diutissime seruet incolumem.

Amplitudinis tuæ obseruantiss.

TIMOTH. BRIGHTVS.

Ad studiosum Lectorem.

NEmo omnium recte de re literaria iudicantium est, studiose Lector, cui non magni illius P. Rami & vita gloriosa fuit, & philosophandi institutum fructuosum. Cædes nefanda, & post homines natos crudelitate, ac scelere memorabilis, qua is vna cum infinitis aliis, & piis & doctis viris extinctus est, diris omnibus exsecranda. Huius summi viri auctoritate, & exemplo, iam tum cum primum medicos sequutus sum, ad meam vtilitatem gnesia medicinæ præcepta ab alienis quantum ingenio potui, segregaui. Quæque pluribus communia, & sæpius repetita percepi, ad vnum caput retuli, tradendaq; semel, ne latius manarent limitibus, cinxi, ordineq; digessi. atq; hoc quo meis ipsius tãtum studiis, viam sternerem & magis expeditam darem: & vt legendo, auscultando, meditando iudicio creui, definire atq; diuidere aliter paulo quam vel legendo, vel auscultando edoctus sum, tentaui. Sed hæc parce atq; timide cum hæc duo, recte definire ac diuidere humanæ mentis vim maximam contineant, & mille ingenii contentiones postulent. Aperio sodalibus meis studiorum rationem; probant, suadent pergere, fructum sæpe ostentantes, & honestum animi laborem. Ego sponte mea (quanquam id lente sane) incedens, horum impulsibus alacrius occurro expetito labori Et quantum ingenio, & iudicio, & otio possum, tantum huic operi inprimis dandum existimo, & vniuersæ medicinæ corpus efformãdum mihi propono, non eo certe consilio vnquam, vt theatro spectandum proponeretur, sed animi tantum caussa, quo & cupiditati meæ satisfacerem, & auctoribus illis meis obtemperarem. Tandem adumbro, vt caput, & truncum, & artus liceat internoscere. apud me condo ruditatis conscientia pudibundus, celari res nequit. Petunt à me, atque adeo precibus contendunt optimæ spei adolescentes Cantabrigienses mei copiam mearum obseruatiuncularum ipsis facerem, adeoq; eas qualesc unq; viua voce priuatim interpretarer. Ego, promtior fortasse quam me longe imparem oneri deceret, libenter annuo, sperans vmbratilem hanc professio-

[illegible]tionem, & acuendi studii rationem mihi ipsi fore, & aliis, quibus ingenue labores meos communicaui, rei gerendæ materiam daturam. Adsunt, auscultant, dubitant: & vt Philosophos decet, libere quærunt: ac demum opera mutua collata, interdum nosmet expedimus hærentes, & difficultates superamus. Hoc consilium instituti nostri, studiose lector, hæc progressus ratio. Reliquũ est vt & caussam editionis narrem, & quid ipse ad medicinam methodo explicandam præter ceteros contulerim, vel certe contulisse studuerim, paucis exponam. Editionis itaq; caussam sic habeto: Cum sentirem auditores meos scribendi tædio laborare, atq; exemplaria quã plurima scriptorum vitio deprauari, cœpi deliberare, quo pacto, & hos scribendi onere liberarem, & integritati operis mei inprimis consulerem, quod ratione nulla commodiore quam typographia, fieri potuisse percepi. Itaque scriptis illis meis diligentius paulo recognitis, primam laboris partem, prælo tradendam curaui. Tantum primam, quod cum per humani ingenii imbecillitatem in re omnium difficillima, aggressu primo, soli nec pro rei magnitudine satis exercitato, errandi fere necessitas incumberet, in eo malui periculum facere, in quo errare foret leuius, & me in parte potius operis, quam in ipso toto censoriis hominum iudiciis exponere. Qui profecto censores si rei difficultatem perpenderint, vel ipsi in arenam hanc aliquando descenderint, erunt spero æquiores; sin vero rei perfectæ, atq; muneris absolutæ fructum teneãt animis præponderatum, tanti operis quantumuis inceptori indulgebunt faciles, atq; promti adiutabunt consiliis, vt pluribus conantibus aliquid tandem, etsi non perfectum, saltem quod à perfecto haud vehementer abhorreat, Medicinæ studiosorum manibus teratur: atq; æstimatores nostri, si loco alio nullo, patientur, fuit hæc saltem animi nostri significatio quædam, & tanquam monumentum viris & doctioribus & otio maiore Academiarum professoribus inprimis (qui Regum stipendio victitant) abundantibus: quos ego per omnes musas, & Asclepiadas patres obtestor, nunquam committant diutius, cum reliquæ disciplinæ, & breuitatis & perspicuitatis luminibus

excellant, hæc vna tam præclara, tam necessaria, atque adeo tam professoribus ipsis quæstuosa, heterogeneis impura sit, tautologiis molesta, tota denique vix ars aliqua, sed ignobilis quædam empeiria habeatur. Ego si præpropere probro diluendo me contulerim, dabitur iusto dolori meo. Dedi quidem certe operam (dico de Hygieina, & dabitur tempus sociam Therapeuticam expromendi) vt de temperamentis, de partium vsu, ac fabrica, de alimentis Physica, de generibus exercitationum gymnastica & palæstrica, de alimentorum præparatione & apparatu, culinaria, heterogenea cum sint singula, cedant germanis Hygieinæ præceptis, quæ indicata & conclusa, definitionibus, partitionibus, distributionibus, affectionibus communibus & propriis comprehensa, methodo illa artium tradendarum vnica ab vniuersis ad singula disponere studuimus. Quo labore nostro multa reliquimus fateor cogitationibus posterioribus, quibus primo quoquo otio, & vberiora hæc, & distinctiora dabimus, interea præsentibus fruere, & inceptis faue.

HYGI-

HYGIEINA, ID EST, DE SANITATE TVENDA, MEDICINÆ PARS PRIMA.

Medicina est ars curandi valetudinem corporis humani. *Medicina.*

Medicinæ partes sunt duæ: ὑγιεινὴ & θεραπευτική. *Eius partes duæ.*

Ὑγιεινὴ est pars medicinæ, de sanitate tuenda.

Sanitas est corporis κατασκευὴ actionibus salubriter obeundis apta. *Sanitas.*

Sanitatis membra sunt duo: Eucrasia, & salubris Diaplasis.

Eucrasia est pars sanitatis, qua ad crasis proprias actiones salubriter præstandas, primis qualitatibus partes temperantur. *Eucrasia.*

Eucrasię membra sunt duo: elementariũ qualitatum mistio salubris, & calidi innati certa proportio.

Elemẽtarium qualitatum mistio salubris est, qua eis ipsis partes salubriter temperantur: vt, cutis temperata, ab hac ad calidum flectentes sequenti serie: *Elementariũ qualitatum mistio.*

Renes, Lien, Iecur, Caro simplex, Pulmo, Cor.

Ad Frigidum.

Cerebrum, Spinæ medulla, Nerui tãtum sentientes, Nerui motionis, Vena: Arteria, Membrana, Tendo, Ligamentum, Chondrosyndesmus, Cartilago, Os.

Ad Humidum.

Nerui sensus, Cor, Renes, Iecur, Lien, Caro simplex, Pulmo, Spinæ medulla, Cerebrum.

Ad Siccum.

Nerui motionis, Vena, Arteria, Membranæ, Tendo, Ligamentum, Chondrosyndesmus, Cartilago, Os.

Hac de Crasis parte elementari; sequitur innati calidi proportio.

Innati calidi proportio. Partes quo publicæ magis sunt aut his ortu vicinæ, eo calore natiuo vberius perfunduntur: vt,

Classe prima: *Cor, Arteria, Pulmo.*

Secunda: *Iecur, Vena, Ventriculus, Intestina, Vesica fellis, Lien, Renes, Testiculi, Vterus, Vesica, vrinæ receptaculum.*

Tertia & vltima: *Cerebrum, Nerui sensus, Spinæ medulla, Nerui motionis, Membranæ omnes, Tendo, Chrondrosyndesmus, Cartilago, Os.*

Hac de Eucrasia; sequitur Diaplasis salubris.

Diaplasis. Diaplasis salubris, est pars sanitatis, qua corporis partes in organa, actionibus idonea finguntur.

Huius membra sunt duo: partium symmetria, atque harum constructio.

Symmetria partium. Partium symmetria est, qua altera ad alteram existit analoga.

Symmetriæ partes sunt duæ: Partium quantitas analoga, & earum figuratio.

Quātitas. Quantitas est, qua quantitate sunt analogæ: estque vel secundum magnitudinem, vel secundum numerum.

Secundum magnitudinem, qua nec maiores, nec minores iusto sunt.

Secundum numerum, qua nec plures nec iusto pauciores.

Figuratio

Figuratio analoga est, secundum quam figuram naturalem quælibet sortita est. *Figuratio.*

Estq. figurationis analogia, vel secundum organorum cauitatem: vel secundum soliditatem.

In cauis requiritur eorum ipsorum libertas, & amplitudo.

In solidis, asperitas, leuitas, vel aliter pro naturæ vsu figuratio.

Hac de Symmetria; sequitur Constructio.

Constructio est pars Diaplasis, qua organa inter se salubriter aptantur. *Constructio partium.*

Constructio continetur partium situ, atq; inter se nexu salubri.

Situs est, quo suum quælibet locum obtineat. *Situs.*

Nexus est, quo concinne partes copulantur. *Nexus.*

Hac de sanitatis membris, cuius omnis Diaplasis ratio, melius ex anatomia, quam præceptis intelligitur.

Signa sanitatis sunt actionum operumque salubritas: quæ & tempestiua sint, aut porro quantitate, qualitateq. moderata. *Signa sanitatis.*

Sanitatis tutela continetur diæta.

Diæta, est ratio salubriter vtendi rebus ad vitam necessariis. Ex autē generibus distinctæ tales sunt: *Diæta.*

Sunt autem vel hominis

- Gesta, vel
  - Motus
    - sui ipsius gratia tantum
      - Vel corpore, suntq. vel
        - Excrementorum
          - Excretiones
            - Publicæ, alui vesicæ.
            - Priuatæ, sputum, &c.
          - Purgationes
            - Ablutiones.
            - Detersiones.
        - Vacuationes
        - Exercitationes
      - Vel animo, suntque
        - Sensus 2
          - Interni.
          - Externi.
        - Perturbationes, atq. hæ
          - Cupiditates
            - Cupediæ.
            - Libidinis.
          - Thymoses, gaudium, dolor, &c.
    - Vel item propagationis: vel
      - Vtriusque sexus communis: Concubitus.
      - Muliebri sexui proprius: vel
        - Ante conceptionem, menstrua purgatio.
        - Post,
          - Gestatio.
          - Partus.
  - Quies 2
    - Vniuersalis.
    - Somnus.
    - Particularis, membri alicuius, vel aliquorum.
- Fomenta sunt vel 2
  - Sumenda
    - Vndique: Aer
    - Ore tantum
      - Cibus.
      - Potio.
  - Foris ambientia tantum
    - Ædes.
    - Vestimenta.

Atque res ad vitam necessariæ ita habent:

Diętæ partes sũt duę: Diateretica & Prophylactica. *Dieta partes.*
Diateretica est pars diætæ, qua sanitas firmatur. *Diateretica.*
Diateretica est duplex: Communis, Specialis.
Cõmunis est, quæ omnium sanitatis specierũ est. *Cõmunis.*
Diatereticæ cõmunis primum caput est, gesta fomentis pro corporis viribus quantitate exæquare, qualitate corporis crasi respondere. Ergo primũ gestorum Diateretica communis, mox fomentorum.

Excretiones publicæ primo irritamento, excernantur, & à somno nocturno, exporrecto, sine mora expediantur. *Diateresis motus sui ipsius caussa.*

Priuatæ, vt molesta sunt, egerant excremẽta priuata: hic cerebri anterioris, naribus emunctis, etiam interdum vbi nil mouet, excrementa prolicienda.

Ablutiones, aqua dulci, temperata calore fiãt, pro sordium ratione, si vniuersales futuræ sint: sin particulares videlicet oris ac vultus, frigida curentur, atque os, sensoriaq. aluo ac vesica prius solutis, proluantur, cura ne quid in auris meatum instillet adhibita, ac demum dentes tergendi.

Exercitationes, & corporis & animi omnis motus vehementior, suscipiantur lente primum, tũ inualescant: alui atq. vesicæ excrementis prius depositis, mane, ventre ieiuno, capite retrorsum bene pexo. Sin exercitatio ea corporis sit, ante ipsam leniter corpus fricandum, & vngendum oleo dulci; vel ambulatiuncula præparãdum. Ea autem vniuersalis esto, cum vocis contentione; ac pariter animum oblectet: quo in genere paruæ pilæ ludus excellit. Cessatio esto ante defatigationem: adhuc tumescente corpore, colore florente, concinne motus edente, & cum vapore calido sudante.

Post exercitationem, vel molliter inambulandũ, spiritu contento, vel apotherapeia vtendum.

Esto autẽ exercitatio corporis omnis si sub dio sit (quod saluberrimũ) in vmbra parietis aut viridarii.

ſin ſub tecto,eſto illud tectum longum 40. pedes, latum 18 altum 22.

Quibus vita laborioſa agitur, his labor exercitationis vicem ſupplebit.

Poſt cibum,quieſcendum horam vnam,tũ mollibus paſſibus incedendum,vt cibus deſcendat.

Ante cœnam,ſatis erit vel celeriter deambulare.

Animi ſtudium ſi vehementis ſit contentionis,à ſolis ortu haud vltra horã ante prandiũ duret. Manſuetioribus autem ſtudiis hora tantum vna pomeridiana impendenda, detumeſcente iam ventriculo.

Perturbationes ne vehementer admodum corpus agitent,curandum.

Hactenus diateresis motus sui ipsius tantum gratia; sequitur qui prolis item.

Diateresis motus prolis gratia. Concubitus eſto nocturnus: corpore exercitato die heſterno,& moderato nutrimento, eoque conſueto refecto:à ſomno primo, cõcoctione perfecta.

Suſcipiatur autem (maxime maribus) non ante expletum tertium ſeptennium.

Mulieribus eſto à purgatione menſtrua quã mox finita.

Concubitum ſomnus excipiat leuis.

Mẽſtrua purgatio mulieribus à 14. ad 45. plus minus; iuuenibus luna noua, prouectioribus plena, pro mulieris natura,ſatis copioſe profluat, prægnãtibus, & lactantibus exceptis.

Quibus signis conceptus mulieris deprehendatur. Concepiſſe mulierem, ac iam vtero geſtare hiſce ſignis deprehẽdetur: poſt concubitũ,viri ſemẽ non effudit. Et in ipſo coitu horrorem quendã percepit: & moderato dolore ſecundũ pudendum,ac vmbilicũ vexatur. Pudẽdi ſinus, atq. os, aridiora ſunt: vteri tamen oſculo,nec duro,nec inflammato; ſed ipſum bene occluſum, & aliquantulũ ſurſum progreſſum. Tandem veneris appetentia languet, nec menſes conſueto tempore apparent: venæ pectoris virent, mammæ

mammæ intumeſcunt; cauitates oculorum ſubpallidæ fiunt; colli pars anterior, calidior, ceruix frigidior apparet. Et circa ſecundum menſem, fere falſa, ut acida, appetunt. Si vrina ſubalbida, clara, nubilo rore ſupernatante, ac ſtellati lapidis colorem præferente; atomiſque in ea ipſa aſcendentibus, deſcendentibuſque fuerit, argumentum initii conceptionis eſt, poſt a conceptu primo menſe, ima ſua parte, candicantia corpuſcula ad farinæ craſſioris ſpeciem ſubſidēt, quæ commota, carminati xyli, cotoniue effigiem referunt, atque tempore adhuc accedēte, flaua, deinde rubra, puniceaue, poſtremo atra (nubecula parte ſuperna rubore ſuffuſa) euadit.

Vbi hæc ſigna apparuerint, vel horum aliqua, prægnans cenſenda, atque tum omnem motum vehementem fugiat, nec mammas cōſtringat, nec nimis arcte cingatur Atq; hoc toto geſtationis tempore.

Prægnantium diæta.

Menſe octauo, tranquilla ſit quoad fieri poteſt, & cibos accipiat ſolito parcius, & (ſi cum pondere pendet) ventrem faſciis diligenter ſuſpendat conſtrictum: ceroto etiam ex oleo viridi, vel myrtino, vel alio adſtringente aliquo, cutem ventris oblinat: vt ſolidior euadat, nec in partu conatibus rumpatur: præterea ſanguinalem herbam decoctam interdum bibat.

Menſe nono, inferiores partes latius obuoluat, ſuperiores perſtringat: loci item vnguentis & mucilaginibus mollientibus laxandi: & balneo frequēti vtendum Diebus autem partui propinquis, viris abſtineant prægnantes.

Vbi vero ipſum pariendi tempus inſtat, atq; parturire cœperit, ſuper lectum iaciatur, ſtrato duro, pedibus duplicatis, ac femoribus expanſis: atq; tum digito perunco, orificium matricis leniter, ac ſine quaſſatione aperiatur, cumque ad oui magnitudinem corium percipitur, tangēti obſtetrici, ad ſel-

lam leuetur. Atque si lassa, & imbecillis fuerit, in lecto pariat, alias, vel in sella, vel in mulieris femoribus parere poterit.

Quæ circa partu- rientes ob- seruanda.

Toto partus tempore, calidum aerem sustineat, & semper obstetricem adiuuet conatibus.

Si in lecto pariat, habeat obstetrix sedile modice inferius, vt ibi sedens, facile manus immittere possit.

Sin autē sedens in sella paritura sit, obstetrix sella humiliore sedeat, vt ex superioribus partibus infantem possit adducere: pedibus interea expansis.

Ne pariens pre verecundia se concludat, obstetrix faciem auersam habeat.

Parturienti autem omnia ligamenta auferantur, obstetrix digito sinistro oleo calido peruncto orificium matricis circumagendo aperiat, vt corium illic cadere possit.

Pariens, cum dolor occurrit, quantum potest, spiritum cohibeat, neque clamet quicquam.

Si corium nondum rumpatur, obstetrix vnguibus rumpat, vel caute dissecet, si rumpi nequit, & immissis paulatim digitis, plus aperiat.

Matrice aperiente se, tum conetur parturiens, cum concludit se, conari abstineat: atque obstetrix, cum aperuerit se, prehendat secundas, & in diuersum, huc atque illuc leuiter adducat.

A lateribus vero, ministrę sine quassatione, manibus apertis deorsum deducant.

Cumq; exire fœtus cœperit, manibus lino tenui, ac molli moderate calefacto, extenso, eum suscipiat obstetrix, & vt vna secunda exeant, prouideat: quæ si restiterint, atque os vteri adhuc diductum fuerit, & relicta secunda alicui parti conuoluta adhæserit, manus sinistra calida, atque oleo illita in fundum dimittatur, atque secunda extrahatur. Sin vero sit fundo connexa, leniter, atque placide, primum in

obliquum

obliquum deducatur, huc atque illuc circumagendo, deinde paulatim validius attrahatur.

Sin vuluæ os clausum fuerit, vtendum perfusionibus, & sinistræ manus digitis leuiter aperiendum, & paulatim dilatandum. Quod si minus successerit, adhibendum adhuc perfusiones, fomenta hysterica, & vnguenta mollientia atq; laxantia. Atq; si robusta satis fuerit, ex tempore sternutamenta, ex castoreo, pipere, sinapi & naribus admouenda: potionibus vtendum ex rosis pallidis recentibus, allio, artemisia, althæa, pulegio, rubia & ceteris hystericis, decoctis: ex quibus & suffitus, & fomenta parari poterunt, die primo, aut altero exactis.

Si nec his secundæ successerint, dilacerandæ non sunt: nam haud multis post diebus, putrefactæ, & in saniem resolutæ excident per se.

Si plures infantes vno deferantur, iterum, a superiore, infernaque parte sic referes, vt omnia sensim fiant, & citra confusionem: locis oleo perunctis.

A partu quid agendum.

A partu, spongia longa extergeatur, iaciaturq; in lecto cubiculo obscuro, pedibus modice patentibus, ne quid foras effluere promtum impediatur.

Loci ipsi, pannis contegantur calefactis, & frequenter mutentur. Sed & lanis mundis oportet, & ventrem, & pectinem contegere: & ipsam partem oleo viridi modico vino admisto irrigare.

Biduo a cibo abstinere conuenit, vel hunc liquidissimum, & tenuissimum sumere.

Tertio vero die, encathismate calido, & perunctione curata, aqua calida facies fouenda, cibandaq; simplici cibo, pane aqua calida macerato, & pultibus, & ouis sorbilibus: atque aquam calidam, vel alium dilutum, atque calefactum potum, ad bibendum dabis.

Septimo autem die, vbi nihil obstiterit, lauacro tepente vti poterit, & variis cibis validioribus paulo,

& vino modico aqua diluto, vel potione paulo meraciore: ac sensim ad consueta pergat omnia. A partu satis purgabitur, si sanguis fluxerit vberius primo, secundo feculentus & paucus, nouissime purulentus. Nisi mater ipsa infantem lactet, stringendū est lac ac reprimendum: principio modice repellentibus, linteo posca madefacto, & mammis apposito, ac post folia portulacæ trita cum aceto: oui album cum aceto agitatum: & cicuta trita, &c. sunt applicanda. Vltimo digerentia, cum modica astrictione: vt apium tritum cum aceto & rosaceo, vel petroselinum aut cuminum aceto tritum, &c.

Ad reprimendum lac puerperarum.

Hactenus de gestu quibus motus adhibemus, sequitur quies.

Quies.

Quies esto, dum vires recreentur.

Somnus esto nocturnus: hora vna, aut altera, a cœna ineatur, lecto consueto.

Somnus quo pacto peragendus.

Esto autem nocturnus dum prima, secundaq; coctio absoluta sint: quod ex vrina colore flauo, percipitur, ructibus, ac ventre contractiore.

Dormiturus, incumbat lateri primū dextro, brachiis ac cruribus modice contractis: magis hyeme quam æstate, capite parum eleuato: vt caput altitudine par sit humero summo: ad finem vero somni, in sinistrum se conuertat.

Particulari quiete (si sensus gestum sit,) mutandum obiectum, vel cessandum prorsus.

Sin motus sit, reponendum est membrum ea figura, qua maxime soluti sunt musculi, motionis auctores.

Atque brachiis conuenit obtusangula: cruribus paulo minus porrecta, reliquorum membrorum, prout sese senserit quiescens maxime leuari.

Fomenta.

Hactenus de gestu. sequuntur fomenta.

Aer.

Aer purus esto: vt qui nec stagnorum, nec paludum (excipe Ægypti paludes quæ solæ salubres habentur)

bentur) nec fluminum vicinorum halitu perturbatur, nec barathro, nec metallis, nec ſterquilinii, aut cloacarum vicinitate inficitur, nec montibus vndique, ventis occluditur.

Alimentum. Alimentum, reſpondeat ſumentis viribus, temperamento conſentiat: ſi per ſe vires ſuperet, ſumēdum parcius: ſi ſuppar ſit, maiore quantitate quantum ad indigentiam explendam ſatis erit. Qualitate ſapidum eſto, vel arte fiat tale. Nunquam tepidū ſumendum, nec potio. Sumatur ſuadente appetitum: veſperi minus ſumendum, & alimenta nutriendi viribus imbecilliora: qualitatibus, quā in prandio paulo calidiora, ſicciora que: vt, cibo in tria diſtributo, partes duæ meridie ſumendæ, tertia ſub noctem. Atque potus tum parcior, & paulo meracior eſto. Tempora cibi, ac potus eadem ſint. Sumantur autem, poſt turbationem corporis, ab iſta exercitatione ſedatam.

Cibus. Cibus potum præcedat, liquidus ſolidum, concoctu facilis, difficilem. Incipiat (ſi qua ſint) a ſalſamentis, oleribus, ac ſimilibus. Et tum caro. Cibi omnes vna menſa ſumti, ſint omnia quoad fieri poteſt ſimilima virtute, temperamento, materiæque firmitudine. Eſto ex bene habitis omnibus, nec ſenio confectis.

Panis. Panis eſto fermentatus, autopyrus, ſale aſperſus.

Potus. Si potus ex aqua ſit, eſto aqua illa pura, limpida, omnis ſaporis expers, tenuis, ac leuis. Vt pluuialis, quæ fine æſtatis, vel principio autumni, vel æſtate media fluit, ſilente cœlo. Mox, quæ cum tonitruis deſcēdit, tertio fontana omnis, cuius fons ad ſolem orientem erumpit, curritq; ſuper arenas, ac terram puram. Si cereuiſia ſit, fiat ex frumento bene maturo, pleno, ac puro, & ex materia pura nec fuliginoſa, nec putrida igni ſuccenſo, bene elixata.

Inter cibandum pitiſſando, per vices, alternis mo-

deratis,ſumto prius cibo,bibendum : menſura , pro ciborum ſiccitate vt penitus diluantur. Sin vero a cibo vrgeat ſitis,coćto iam cibo in ventre , affatim bibi poteſt. Etiam longiore temporis interuallo interpoſito , interdum liberaliter potare corpore duro,conducet.

Cauendum maxime ne tempus edendo potandoque protrahatur,quin bene manſus cibus nec nimis feſtinanter , nec lente nimis ſumendus. Potio item ſenſim hauriēda. A cibo, ſi quid dentibus ipſis inhæreat,lentiſco,aut ſalice,purgandi ſunt : & os (ſi ea glutinoſa ſint) vino proluendum,vel detergente aliquo.

Foris ambientia.

Hæc de ſumendis, ſequuntur foris tantum ambientia.

Ea munda ſint omnia.

Ædes.

Ædes ex materia ſicca fiant,& minime carioſa.& parietibus bene craſſis.

Platea.

Hic ciuitatis viæ,& plateæ , ſaluberrimæ ſunt orienti,occidentiq; ſoli patentes,& recte,atq; inter ſe diſtantes æque. Ex vrbium partibus,æditiſſimæ ſunt ſaluberrimæ.

Veſtimenta.

Veſtimenta apta corpori ſunto , & ex materia pura, nec nimis pondere grauante, ſatis tamen ad aeris ambientis iniurias denſa.

Huius Diætæ anomalia communis,eſt ex conſuetudine (conſueta namq; (niſi inſigniter dant) meliora) & vitæ ratione.

Diateretica ſpecialis.

Hæc generalis diateretica : ſequitur ex ſanitatis ſpeciebus ſpecialis.

Sanitatis ſpecies ſunt duæ : Accurata & deflectēs.

Accurata.

Accurata eſt , cuius cataſceue , ad opera ſumme diſponitur.

Hinc namque opera,& corporis qualitates , perfectiſſima ſunt,ac primum actiones animales motibus validæ , & concinnæ : ſenſus integri , inſomnia leuia , & interdum de aſtris agilibus,ac ſplendentibus.

ns, diuos aliquid boni dantes, & mortuos puris,
estibus ac albis indutos etiam dona porrigentes in
omnis interdum vident, nec ipsi somnolenti, nec
eruigiles.

Cupiditates intra modum.

Thymoses virtutibus consentientes.

Pulsus ac respiratio, ad ceteros moderati.

Actiones naturales tempestiuæ, opera proprie di-
ta: tam humores, quam excrementa, nec quanti-
ate nec qualitate admodum molesta.

Ex humoribus, sanguinis massa ita temperatur,
t huius sanguinea pars sit maxima, & copiosissima,
nox pituitæ dulcis, tum melancholica, & crassa. Vl-
imo bilis, minima portio sit.

Deiectio inter durum, atque diffluens consisten-
a mediocri, colore paululum bile tincta, quantita-
e respondens esculentis.

Vrina, consistentia exsistit mediocri, clara, pellu-
ida, pura, colore subaureo, hypostasi alba, leui, & æ-
uali, in acutum fastigiata, quantitate respondens
oculentis.

Corporis aliena qualitas nulla, aut grauis. Color
utis floridus, & tanquam ex albo, & rubro pariter
iistis.

Crines capitis flaui in vigore ętatis dum puer, ful-
iores pili, inter densos, & tenues moderati: inter
rispos, ac rectos medii.

Corpore habilissimo, ac dignitate summa.

Difficile foris occurrentibus offenditur, & æqua-
liter se habet ad excessus omnes: siue ex anni tem
estatibus, siue ex erroribus diætæ.

Hæc de signis acurate Sani, sequitur huius Diæta.

Accurate sani diæta.

Hic exercitationibus, ac studiis moderetur.

Somno sufficiant horæ 7. vel octo:

Stratum esto inter durum, ac molle moderatum.

Circa res Venereas gerat se moderate.

Aura temperata qualitatibus esto, vel arte temperetur.

Si calida sit, refrigerantibus vt rosis, violis, vitis foliis,& capreolis,salicis frondibus stratis,ac appensis. Vel frigidæ alternis.de vase,in vas,crebra effusione: aeris ventilatione. &c.

Frigida, luculento foco: ex materia sicca.& pura, aromatum suffitu,vel stirpium odoratarum.: vt iuniperi,torisinarini,lauri, sampsuchi,&c.

Sicca,aquæ vaporibus.

Humida,suffitibus,ac ignibus.

Si duabus qualitatib aer excesserit,tot item gradibus aduersis temperetur, qualitatibus duabus.

Nutrimentum: Panis esto hesternus, ex tritico trimestri,maturo,puro,denso, fractu contumaci,colore aureo cuiusmodi est primum Siculum 2. Aphricum 3 Thracium 4. Assyrium 5. Ægyptium 6. Italicum,cetera vulgaria,nec ex recens nimis molita farina.nec præter modum pista: aqua saluberrima bene subacta,& sale,ac fermento,ad gustum condita.

Et ex tota farina confecta, in moderatos panes diuisa,clybano nec vasto,neq; angusto,eoq.depresso,bene cocta. Cibus reliquus esto pro viribus alendi moderatis, & temperamento temperatis, elixis, vel assis,omnibus humore suo turgentibus.

Ex carnibus Quadrupedum: Hœdina, vitulina, maxime lactens, tum non lactens: deinde, agnina non lactens., iuuenis castrati ex agnis suilla iuuenis, capreolus: cuniculi iuuenes,quadrupedum linguæ, & glandulæ. Gallinæ castratæ, ex volucribus, anserum alæ,ac ventriculus, gallinacei iuuenes.

Gallorum Indicorum,phasianorum,gallinarum, agrestium,attagenarum,gallinarum perdicum,phasianorum oua,cum cortice elixa,atque tantum tremula,nec tamen sorbilia: suffocata,mollia,& horũ vitelli,maxime recentia omnia. Lac

Lac recens, nec partui proximum, bubulum, cum
ale pauco, melle, vel saccaro, solum longe ab aliis e-
ulis, ventre ieiuno post quod os vino adstringen-
e proluendum, & dentes tergendi.

Caseus ouillus, recens, ac mollis, nec admodum
llsus, nec nimis coagulo feruens, omnia locis salu-
ribus, ac temperatis nata.

Pisces puræ aquæ indigenæ, rapidæque, & nutri-
nento puro vtentes, modicæ magnitudinis, carnis
lbæ, friabilis, pinguedinis modicæ: & ex marinis,
axatiles vt scaræ, merulæ, turdi, iuliæ fusæ, percæ,
tem puri, maris aselli, mero. Ex stangnis marinis
hombus sparus, mullus, buglossa, passer, denique
x ceteris marinis cynedus, acus, hepatus, citharus
corpius, erythrinus, coracynus, pagrus reus, torpe-
o, &c.

Ex fluuiatilibus Salmo, truta, perca, lampreta, stu-
o, dracus, rubecula, gobiones, &c.

Ex oleribus maluæ ac lactucæ parum, ficus recen-
es, ac vuę, maxime passulę, pyra dulcia, ex fructibus.

Potus, vinum viribus moderatum, vel cereuisia,
tate vtrumque moderatum.

Domus habitationis esto ad orientem, meridio-
alemque solem. Sita loco nec edito, nec nimis hu-
ili.

Atq; hac accurate sani diata esto, sequitur anoma-
lia ex vita instituto.

Hic namq; si præceptis his vacare nequit. & spon
s suę fit, nullis se diætæ legibus obligare debet. Sed
rium vitæ genus sequi, modo ruri esse modo in
rbe, sæpius in agro, nauigare, venari, quiescere in-
rdum, sed frequentius se exercere, interdum bal-
eo interdum aquis frigidis vti, modo vngi, modo
egligere, nullum cibi genus fugere, quo populus
atur: interdum in conuiuio esse, interdum se re-
ahere: modo plus iusto, modo non amplius su-

Anomalia ex vita instituto.

mere: bis die potius quam semel cibum capere: & dummodo coquat, semper quamplurimum: concubitum nec nimis concupiscere, nec nimis pertimescere.

Hac de sanitate accurata atq; huius diæta, sequitur deflectens.

Sanitas deflectens. Sanitas deflectens est, quę ab accurata deficit: huius signa sunt deflectentia opera.

Diæta tot gradibus esto deflectens.

Deflectens duplex est: tēperie, vel cōformatione.

Temperie deflectens. Temperie deflectens est, cuius crasis deflectit.

Signa sunt crasis opera deflectentia, vt nutritio, eiq. seruiētes actiones naturales, & inde nata opera.

Diæta temperamento tot gradibus deflectat: si vitæ ratio impedierit, error in contrario potius quā in simili committatur.

Crasi deflectens est duplex: vel ad calidum, vel ad frigidum.

Tēperies deflectens ad calidū. Calidæ deflectentis signa: iracundiores temperatis sunt, pulsus maiores, frequentiores, & respiratio talis, infantes dentiunt, augescunt, & ceteris articulate citius loquuntur.

Coctio durorū ac validorum: vrina atq. deiectio coloratiora, iam maturi, veneris appetentiores, semen his crassiusculum, & feruentius: masculorum generatores, temperatis percipiūtur calidiores. Colore rubido sunt, pilis nigris, hispidis, cito natis, venis latis, graciles, & adipis expertes, nisi vitæ institutum & consuetudo impedierit, calefiunt promte.

Diæta: totidem gradibus calida omnia.

Calida, Humida signa.

Calida, humida signa. Sensus hebetiores, ac motus temperatis tardiores, insomnia visis plena, ad iram proni, nec tamen feri. Pulsus molles, sanguine redundant, facile venerem ferunt, ætate ad eam maturi cito semen excernunt, semen his multum, consistentia paulo humidius,

dius,ſpumoſum,excrementa copioſa,& modera-
cocta. Color eis ſanguineus: Corpus mollius,&
noſius temperato. Capilli ſufflaui, recti, plani,
ſſi, molles, caluefcentes tandem.

Calida, Humida Diæta.

Calida humida diæta.

Calida humidaque pariter eſto.
Exercitatio his conuenit modica, & ſenſim adhi-
a, leuiter calefaciens, balnea calida, vnctiones, &
oleo frictiones. Somnus temperatis prolixior.
atum mollius, vmbra tepens, otium, mora in le-
pluſcula. Venus temperato rarior.
Alimenta mollia & concoctu facilia.
Domeſtica, nec crudiuora, nec voracia, herbiuo-
non frugiuora, multibiba, tenella, minus exerci-
a, locis depreſſis nec editis procreata.
Piſces cartilaginoſi, anſerum carnes lacte nutri-
um, anatis, & volucrum paluſtrium, piſcium ca-
a, ac ventres. Alimentum ſæpe ſumtum, ac mul-
n ſi vires ferant.
Oua aſſa, vel elixa, nec tamen dura.
Lac aſininum, bubulum, caprinum cum melle.
Ex oleribus rapum Ex fructibus ficus virides, bo-
vuarum, pyra matura, vinum rubellum, vel ful-
n, paulo calidius, & meracius, temperato.

Flectens ætate increſcente.

Si ætate increſcente flectat, eaque tenella ſit, ita
nceps ad vigorem curanda: Infantiæ autem ſa-
indicium eſt, ſi mater toto geſtationis tempore
a fuerit, & infans ipſemet eiulatum recens in lu-
n editus ſatis validum ediderit.

Infantia ſanæ iudicium.

Itaque quamprimum recens natus eſt infans, vbi
dice requieuerit, ab eius vẽtre digitos quatuor,
pello, vel culto acutiſſimo, præcidẽdus ei vmbili-
coq; præciſo, ſanguis inibi reſtans exſiccandus:
ana torta vel licio, vmbilicus ligandus tribus di-
s a ventre menſuratis: deinde duplicatus vm-
cus, & lana inuolutus leuiter in medio com-

Infans recens natus quomodo curandus.

ponatur, & ſupra vmbilicum, hapſus lanæ madefa-ctus imponatur ad vmbilici figuram formatus, tum puellum muria pauci ſalis (oculis cautis) prolues, vel ſale aſperges, delicatioribus totum corpus ſucco ptiſanæ vel fœnigræci detergendum. Atque deinceps bis die, horarum aliquot interſtitio poſt cibũ, ablues, loco obſcuro & temperate calido. Lauatrix autem manu dextra (leui brachio eius pectori adacto) infantem prehendat, & æſtate aqua tepida, hyeme calida generoſove temeto, ouorum vitellis duobus adiectis, a colluuie omni exquiſite pelluat: atque (vnguibus præciſis) ſordes naribus, digitis exprimat, atque aures, & anum, minimo digito purget, anumq; diſparet oris omnem ſaliuam (immiſſo digito) tollat, & leuiter gingiuas, & linguam confricet. Cumque corpus eius viderit aliquantulum calefactum, tum in tepidam eum deponat, ac madidum iam infantem molli linteolo deſiccet: & membra ſingula, leuibus preſſuris efformet: atque excultius effingat. Veſicam (vt lotii egreſſus faciliter fiat) deprimat, & mollibus linteis, ac pannis leuibus, brachiis ad coſtas porrectis obuoluatur demum, inſtitiſque (capitio capite operto) peruinciatur, & in ipſius nares oleum coniiciatur: deinde (capite ſuper latus eleuato) cunabulo ſuauiter ſemicirculari motu quaſſo, ſuccentante quapiam, obdormiat: loco temperato, nec valde lucido, nec ſtrato, aut capitis puluino valde molli.

Dum ſatis ſolida fuerint membra, faſcinandus: tumque ſenſim faſciæ auferendæ. Poſtquam vmbilici pars ceciderit, (idquod fere vel quarto vel quinto die contingit) cochlearum teſtarum cinere inſpergatur, aut tali ſuilli, &c. atque fruſtum plumbi, denarii magnitudine cauum vmbilici effingat.

Nutrix. Puerum in vlnis geſtet nutrix iam tres menſes quatuorue natum: ſemper antequam lactet: nec vnquam

quam post, quo tempore, & vagire infans pote-
v(sque dum parentis temperatura pristinæ natu-
restituatur infantem alia atque mater lactet nu-
: (ante diem quartum, matris vbera ne attingat)
ter, vel sæpius die (primo excepto) quo die, octo,
decem horas post omnem commotionem, su-
t modicum mellis decocti, atque despumati, quo
rrix os eius illinat, & mulsam tepidam post in-
let. Tum, die secundo, lac offeratur.

Nutrix vero talis eligatur; Ætate inter 25. & 35.
faltem haud quadragenaria senior: quæ bis, aut
pepererit. Coloris viuidi, fortis, ac robusti colli,
ctorosa, musculosa, duræ ac multæ carnis, nec ob-
, nec gracilis, cuius mammæ solidæ, ac firmæ sint:
edia magnitudine modicamq; duritiem obtinē-
& papillas magnitudine moderatas, nec cauer-
sas, quibus lac plurimum sit: odoratū, candidum,
r dulce, æquabile, nec admodū crassum, nec tenue:
od pollicis vngui instillatum dum ad lucem con-
eratur, inflectendo vnguem, neque cito, neque
de, defluit.

Qualis nutrix eligenda.

A partu esto 45. vel 60. soles, maremque pepere-
, nec abortire assueuerit: porro sana esto & mori-
s integris, coitu abstineat. & conceptum fugiat:
æ si conceperit, alia eligenda. Optimis alimentis
atur, ac satis se inuitet liberaliter.

Primis diebus quibus lactare incipit, simplicem
um, ac leuem, accipiat: & potum dilutum bibat:
stea, prout robustior puer euadit, cibos solidiores
recuset: Omnia præterquam dulcia fugiat, sapo-
us insignia.

Antequam applicetur mamma, si mater ea sit,
ssum ex vberibus emulgeat prius, & aqua calida
oueat vbera.

Nutrix inambulet primum, post mammam fri-
, & medico post lauacrum tempore, infantis ore

applicet: & prius singulis vicibus, mellis pauxillum ex pauco vino lingendum tribuat: item lactis aliquid emulgeat,& mammillæ pressione infantis suctionem iuuet. Singulis lactationibus copiam parcã adhibeat: modo dextra, modo mamma sinistra

Lactandi vero tempus opportunum, cum labia frequentius mouerit,eaq; aperuerit sæpius.

Defectus lactis. Si lac nutrici defecerit, vberius alendum, & cibi succi melioris dandi: si penuria caussa sit, sin aluus minus soluta,& hæc sistenda. Exercendæ partes superna, vbera fricanda, & spongiis ex aqua tepente fouenda,& oleo irino, vel simili vngenda.

Lac augentia. A proprietate lac augent lumbrici terræ quinq:, vel septem, triti cũ palmulis passis ex zytho, vel cereuisia coctis poti,ieiune ad dies decẽ.Et feniculum aut anethum viride,cum ptisana coctum,& ad sorbendum datum, lactis prouentum faciet,sic perdicis oua sorptui data, & cancri cum lapatho, & apio in iure cocti,&c. Lac si nimis crassum fuerit, nutrici

Lac crassum. pituita vomitu eliciatur & laboribus cibum præcedentibus pluribus extenuetur,&cibi succi tenuioris vsurpentur: & condimentis vtatur acrimonia expertibus: atque in iusculis origanum,hyssopum,satureiam,thymum,&c.sumat.

Lac acre. Sin vero lac acre fuerit,nutrix balneis dulcium aquarum temperatis & cibis euchymis,& temperamẽto moderatis, corrigenda. Et priusquã puer mãmæ admoueatur,omne lac vitiatum emulgeat. Te-

Lac tenue nue vero si fuerit vtendũ in cibis pultib. ouis elixis, & coctis,alica,pane similagineo,pedib atq; extremitatib. porcinis,carnibus hœdinis, volucrib. teneriorib,ac vino dulci. Exercendum & his est validius.

Coagulatum. Si lac coagulatum fuerit, mentha contusa,vel pulegium cũ farina seminũ leni, vel fœnigræci,pauco aceto admisto, mammis applicandum, vel succus apii,cum cicerũ farina,& aceto mistus,& applicatus, lac coagulatum dissoluet.

Post

Post annũ & sex menses, est ablactandus: aut suppleto biennio: lacteq; solo est alendus, vel alimento turulento dũ inferiores dentes ediderit. Dentire aũt fere incipiunt infantes 7. mense, quibus tum multa oris saliua, & gingiuarũ dolor, ac vẽter solutus: quo tempore, a durorum masticatione abstineant, maxillæ lanis succidis, oleo chamæmelino intinctis foueantur: ac gingiuæ butyro, ac melle, pariter mistis, leuiter fricentur: & aqua calida foueantur.

Infans quando ablactandus.

Cum prædictos dentes ediderit: tum bene præmansum dato cibũ, atq; cum ablactandus est, paucis ante diebus, conuenit offerre micas panis in mulsa, vel in lacte saccharato infusas. vel pultes: tumq; raro ad d[?]das applicare, & nouissime prorsus lac negare, & quæ amara sunt mammis illinere, potum bibat vinum dilutũ, & ex vasæ papillæ formã imitante, ore suo exsugat. Atq; prout ætate, ac robore creuerit: alimentis vtatur sensim firmioribus, quã in ipsa prima infantia, omnibus tamen liquidis, & calidis.

Ne infantes in vehementes animi motus incidãt, magnopere cauendum: & inprimis ablato eo quod molestum habet (quod interdum ex diuturnæ quietis tædio oritur) vel papilla indita, vel vocis modulatione, vel motu mediocri, idq; vel in cunis, vel in vlnis, vel pendentibus lecticis, sedulo placandi.

Per se moueri queunt, cum cœperint repere: ac tum vehementes motus cauendi, nec sibi motibus credendi.

Postquam lacte nutriri infantes desierint, liberaliore eis modo, & suo ingenio, hilariter viuere permittendi exercitiis. Vtantur, & alimentis leuioribus, victu tamen vberrimo & sæpiusculo dato.

Cum puer a somno expergiscitur, balneo fouendus: deinde dimittendus ludere, hora post edere dandum aliquid: deinde ludat diutius, post, balneo fouendus: tumque iterum cibandus.

Tertium aut quartum annum agentes, nauigio, aut vehiculo modice agitari sustinent.

Septennes, equitare queunt.

A b anno sexto, vel septimo tum pueri, tum puellæ, litteratoribus blandis, humanisque tradendi, atque tum nō erit necesse balneis assiduis vti, sed hora cibi instante, mediocriter exerceat, atque (per calores) a cibo, frigidam potare queunt.

Duodecimum egressi, ad Grammaticos, & Geometras mittendi, & corpora magis exercenda.

A decimo quarto ad vicesimum primum, Mathematicis disciplinis, & sapientiæ studio incumbant, & pluribus exercitiis ad corporis robur credantur.

Ætate florentibus, labor, & exercitatio validior conuenit, item cibus plenior & valentior.

Hactenus de flectente calida humida, sequitur calida sicca deflectens.

Calidæ siccæ deflectentis signa.

Calidæ siccæ deflectentis signa.

Motus perfectus: mobilitas in opinionibus, celeritas motus, somni leues, breuesque: insomnia (si qua) ignea, ingenii celeritas, audacia, temeritas, ad Venerem procliuiores prędictis, cito satiati, vox clara, asperaque, coctio validior; Calidis humidis, excrementa pauca, semen paucum, densissimum, crassissimum, globosum, feruens, tarde excretum. Valde hirsuti corpore, capitis pili cito, & multum aucti, nigri colore, caluescunt tandem facile: firmum, articulatum, musculatum, & pinguedinis exsors totum corpus: cutis dura, ac nigella.

Diæta.

Calidæ siccæ diæta.

Matutinæ deambulationes plures temperatis, & labores, balneum calidius, frictio ex oleo calefaciente. Sudores, deambulatio acuta ab exercitatione a cœna

cœna tarda in tepore. Sol,ignis, coitus frequentior temperatis.

Somni longiores ieiuni, vigilia ieiuna, ſtratum durum, cœna contenti eſſe poterunt.

Nutrimentum validum, & multum ſi vires ferāt etiam ex carnibus animalium robuſtorum, ac ceterorum vino conditorum, & ſale, ſuis ſylueſtris caro, cerui, leporis, omnia volucrum genera.

Exceptis paluſtribus, maxime his conueniunt palumbes, columbæ, perdices, galli, turtures, ſeminileges omnes.

Cicurium animalium ſylueſtria, ſylueſtria omnia. Crudiuora, ſyluarum materie paſta, non voracia, fœniuora, frugiuora, ſanguinea, parcibiba, vigētia, maſcula, nigra, hirta, aſſa omnia. Ex locis ſiccis, & ęſtuoſis petita. Ex piſcibus: draco, ſcorpius, callionymus, cuculus glaucus, perca thryſſa, conchilia omnia, piſcium partes ſupernæ, ſalſamenta marina, panis ex tota farina clybano coctus, & ſubcinericeus. Maza recens ſubacta, polentæ ac farinę recentes, panes calidi, mel, ſorbitiones nullæ. potiones parcæ.

Olera acria: allium, cepe, porrum, raphanus, naſturtium, &c. vinum nigrum, lene, calefaciens, cereuiſia valida, ac generoſa.

Hæc de flectente calida, ſequitur deflectens frigida.

Flectentis frigidæ ſigna.

Flectentis frigidæ ſigna.

Pulſus temperatis minores, & reſpiratio huic analoga, timidi, ad actiones ſegnes, ad iram tardi, veneris minus appetentes, nec ſenſibus admodum vagentes. Corpus tactu frigidius temperato perceptū, refrigeratio promta. Cutis rufa, atq; ſi multum exceſſerit liuida, glabra, capillus rufus, adeps per carnes parſus, capilli multo poſt natalem orti, tenues, & male nutriti, ſtabiles, caneſcentes tandem, nec omnino calueſcentes.

Diæta.

Diæta. Eatenus refrigerantia omnia, quatenus sanitas deflectat.

Frigida deflectens duplex est.

Frigida humida, vel frigida sicca.

Frig. humidæ deflectentis signa.

Frigidæ humidæ flectentis signa. Sensus obtusiores, motus item tardiores, somnolentia, ac somnus grauis, & profundus, pulsus molles, ac parui, iræ minime tenaces, penis tarda erectio, emissio seminis velox.

Excrementa multa, semen tenue, aquosum rarum, aquosum candicans, spumosum, frigidiusculũ, femellarum prolificum.

Corpus molle, laxum, rarum, pili (si qui sint) per corpus albicantes, mollissimi, atque planissimi.

Diæta.

Diæta. Vehementibus abstineant tam animi, quam corporis motibus, hilariter tamen degant, atq; vmbratilem vitam sectentur, & lentis motibus gaudeant, parce exerceant se, balneum aquæ tepentis ieiunum, & ante id, ambulatio matutina multa exercitationis loco esse poterunt, balneum tepentis aquæ secundum cibum, somnus secundũ cibum, atq; is secundum prandium breuis sedendo, calceis exsutis fricentur interdum ex aqua, & oleo. A cœna surgant tantum. Somno indulgeant liberali, strato molliusculo: Venus his conuenit rara.

Alimenta mollia sint consistentia: facilia concoctu, & ex his pisces & ex piscium partibus capita, ac ventres. Ex carnibus: domestica, herbiuora, multibiba, tenella, exsanguia, femella, castrata, alba, nuda, minus exercitata ex locis humidis, nec æstuosis, iuscula crebra, cibi pauci, & frequentes, succorum acidorum intinctus, pingui aliquo admisto.

Suum.

Suum petunculi, articuli, rostra, alæ.

Panis hordeaceus, vel auenaceus, aut ex vetustis rinis maza, oxygala, fructus cum aliis cibis.

Lac tenue: olera insipida, acida.

Potio diluta, & satis larga.

Ædes, ad Aquilonem, & occidentem solem: lo- humili, atque depresso sitæ.

Deflectentis frigidi, sicci, signa.

Corpus duriusculum, tenue, sensus in iuuentuté ntum vigentes, respiratio, & pulsus tardiores, ac riores: irasci coacti, difficile placantur: sanguis his rcus, & semen paucum.

Flectentis frigidi sicci signa.

Diæta.

Laboribus his incumbendum prædicta pluribus, otus veloces, somni ieiuni, & a matutinis deam- lationibus.

Diæta.

Calida balnea ieiuno plurima, cœna cōtenti sint; giliæ, stratum durum.

Nutrimenta: carnes animalium robustorum ace- maceratorum, & conditorum, & eodem modo ndita: cicurium syluestria, & agrestia omnia, cru- iora, syluarum materie pasta, nec voracia, fœmi- ra, frugiuora, sanguinea, parcibiba, vigentia, ma- ıla, nigra omnia. Intinctibus frigidis, siccis, vel ndimentis similibus, frigida, atque sicca, arte red- a. Ex locis inaquosis, & æstuosis petita: volucrum nus: palumbis, columbæ, perdicis, galli, turturis, lucres feminileges. Ex piscibus draco scorpius, lionymus, cuculus, glaucus, perca, thryssa, assa nia: conchiliorum omne genus. Salsamenta, ma- ne marina: mox fluuiatilia: tum palustria, & c ex samentis percæ siccissimæ. Panis ex tota farina, bano coctus, & subcinericeus: hordei polentæ, farinæ vetustæ: holera frigida, sicca, vel præ-

paratione talia: vinum austerum, tenue, & cereuisia similis. Hic ex senili ætate anomalia oritur: His nāq; aer calefiat, & humectetur: & balnea quotidiana sint aquarum dulcium calida: & exercitationes leues, parcæ, & quies multa senibus conueniunt: atq; somnus longior & frictiones ex oleo matutinæ, moderatæ: ac tum gestatio, vel deambulatio: vitam lætam transigant, & venerem fugiant.

Cibus modicus, humectans, & calefaciens, in tria tempora vel plura partitus: hora tertia panis purus, & bene fermentatus cum melle despumato: circa horam septimam, frictis, exercitatis, ac lotis, prandium, ac in prandio aluum subducentia, ex oleribus beta, & malua, tum pisces saxatiles, atque pelagiorum genus optimum, vt scorpius, cytharus, hepatus, vmbra, laccia &c. primo post prandium, in lecto quiescant: Deinde moderato motu vtantur.

Ad vesperam cœnantes piscibus abstineant, sed carnes sumant ex simplici iure decoctas. quinetiam ante cibum iuuat ficos dulcissimos virides, & maturos esse, & hyeme caricas.

Senibus si quando aluus astricta est sorbendum oleum dulce ante cibum, vel clyster tepens infundendus. Ex oleribus: borago, buglossa, &c. acriuscula conueniunt. ex fructibus vuæ maturæ, passulæ, amygdala, nuclei pini, pistachia, potio: vinum calidioris naturæ, substantia tenuissimum, colore fuluo, vel pallido, vt Falernum, Surrentinum, Aruisiū, Lesbium, Mysium, & Tmolites, capite firmis, imbecillioribus: Adrianum, Sabinum, Albanum, Gabrianum, Triphylinum vetustum omne, vel cereuisia satis generosa & mediæ ætatis, quibus borago, buglossa, & citrago salubriter miscentur.

Ædes ad meridiem, loco humili.

Vestimenta villosa, & calefacientia.

Hactenus Diaterica Eucrasia flectentis.

Deflectens

lectens secundum conformationem fere raro, atq; denso corpore continetur.

Deflectu conformatione. Rari.

corpore maximam partem calidiores, humi ue exsistunt: & tactu molles, & facile ac cito atione sudantes, atq; laboribus cito exsolu- nis facile offenduntur.

Diata.

Diata rarorum.

citatio moderata, balneum temperatum, & x oleo molliuscula, moderata hilaritas, ve-

imentum coctu facile, ac lentoris expers. Ex ped. animalium siccorum lactentium, hœdi- lina, agnina non lactens. &c. Ex volucribus, ei. capones, phasianorum, &c. Ex piscibus, sa- & omnes molli carne, atq; friabili præditi. autopyrus, bene subactus, fermentatus, & ditus. ac furno satis coctus. tremula, caseus oxygalactinus, & recens. s ad meridiem sitæ. menta satis crassa, & ex panno densæ textu- ellibus confecta.

Densi corpore.

Densi.

Horum signa sunt raris contraria.

Diata.

Diata densorũ.

itatio corpore raro minor, ac parcior, frictio rcior, & duriuscula. Cubile durum. imenta substantiæ tenuioris quam corpore nis hordeaceus, & clybanitis ex tritico, pisces s, & ex cartilagineis, torpedo, & turtur, & a- montosæ, & turricolæ, ac vineas colẽtes: tur- c perdices die vno mortuæ antequam edan- ctus, mora, cerasa, ficus, pruna, caricæ, nuces a, amygdalæ amaræ, pisces aceto & muria. nec non carnes suillæ salsæ, & exsuccæ, po-

tus: vinum flauum, dulce, & splendidum, Aruisium, Lesbium, Falernum, & Tmolites, vel cereuisia diluta, vel mulsa tenuis.

Ædes ad Orientem.

Hactenus de Hygieinæ parte diaterica, sequitur Prophylactica.

HYGIEINAE PARS PROPHYLACTICA.

Prophylactica. Prophylactica est pars Hygieinæ, qua sanitas in morbos prona erigitur.

Prophylacticæ partes duæ sunt.

Sanitatis nimium flectentis emendatrix.

Et errorum Diætæ correctrix.

Nimium flectentis sanitatis signa sunt opera nimium flectentia.

Diæta: Sanitas deflectens nimis, tot gradibus contrariis vel etiam pluribus, sensim per otium retro agenda.

Emendatrix. Sanitatis nimium flectentis emendatrix est, vel crasis, vel conformationis.

Crasis signa nimium flectentis sunt huius opera flectentia. Diæta huius, esto crasi tot gradibus contraria.

Crasis quando nimium flectat. Crasis nimium flectit, vel cum aliqua tantum membra crasi flectant, vel cum pariter omnia.

Alicuius tantum membri, vel aliquorum flectentium signa sunt, eis ipsis opera propria flectentia nimium. Suntque fere partes publicæ, ac principes, vt *Caput, ventriculus, cor, pulmo, iecur, lien, testes, vterus.*

Capitis calidi signa sunt toti flectenti communia secundum capitis actiones & opera. Tantum nimium flectere, huic proprium correctio.

Lotio-

otiones refrigerātes ieiunæ, corpore prius quo- nis excrementis vacuato, atque exercitato, ac lotiones: ac post eas, vnctiones refrigerantes: ramenta frigida & inodora, naribus sæpius ad- a ex frigidis. A cibo, fructus frigidi, & austeri. nt soles, maxime a cibo, & a vini vel cereuisiæ s potu. Potio esto diluta Cogitatio post cęnam uta, a qua ambulatio sub tecto sit. His oculi ma- el die, sæpius frigida multa fouendi.

Correctio capitis calidi.

Cerebrum calidum humidum.

Cerebrum calidum humidū.

ictiones capitis ieiunæ multæ, lotio tepens, ex dorum, siccorumq; decocto: vt rosis, violarum s, foliis salicis, vitis capreolis, ac foliis cynosbati, inodii, aranciorum, limonum, &c. pauco aceto octis infuso.

nctiones fiant ex rosaceo, myrtino, melino, &c. doramenta frigida sicca: Ex santalis, rosis, ligno odino, camphora, &c. ex quibus atque similibus num odoratum conflari poterit, frequenter o- andum.

cibo malum Cydonium, vel pyrum furno co- n, & induratum, atq; fructus astringentes. Ca- nt austros, nec vnquā post cibum progrediantur.

Calidum siccum.

Calidum siccum.

Calidis & siccis cerebro conueniunt irrigationes qua frigida, vel frigidorum decoctis, vt lactucæ, ni portulacæ, lentis palustris, papaueris, hordei, Ex oleis, violaceo, nenupharino, &c. Nunquam, raro caput veste velent, &c. per æstatem, (corpo- lias robusto) bene largo canali quotidie aliquam aquæ frigidæ effluenti caput subiiciant.
Hi vigiliis fatigantur, & præpropere calui fiunt. Ad vigilias lactuca edēda, & papaueris viridia fo- obsoniis miscenda, & dormituris caput oleo vio-

laceo, vel rosaceo, refrigerante aliquo succo admisto, vngendũ, vel oleo cui capita papaueris incoxerint, & vna pedes decocto refrigerantium fouendi.

Ad caluiciem, vngentum ex ladano, oleo myrtino, vinoque astringente confectum, vel ex ladano, & oleo lentiscino.

Item polytrici herbæ pars vna, ladani partes duæ, vino astringente, oleoque myrteo exceptæ inungantur, & effricentur.

Cerebrum ad frigidum flectens.

Ad frigidum flectens.

Irrigationes, vnctiones, ex calidis, & suffitus aromatici. Caput bene tegatur, luna vitetur, maxime ante ipsum lunæ, solisque cōgressum. Multum ambulent mane, horum oculi interdum stillatitia fœniculi fouendi, & ex melle ac tenui liquidoq; fœniculi succo ad oculorum claritatem, illinendi: vel etiam melle, ac butyro salis experte vngendi, &c. His aduersus surditatem vtile erit, (maxime hyeme & diebus aquilonaribus,) aliquid olei amygdalarum dulcium auribus instillare, & lana nigra oleo imbuta leniter obturatas tenere.

Frigidum humidum.

Frigidum humidū.

Fricationes multæ, pannis asperis, & thuris, styracis, vel electri, atq; similium fumo suffitis. Lotiones ex herbis calidis siccis: vt, lauro, sampsucho, saluia, bætonica, chamæmelo, ruta, &c. sale vel alumine vel vtroque adiecto.

Meatus omnes in cerebrum ferentes, purgatissimi reddantur per nares, errhinis vt betæ succo, bellidis, anagallidis vtriusque.

Odoramenta sint ex aromaticis, styrace, musco, ladano, caryophyllis, nuce moscata, ciueta.

Sternutatoria, ex betonica, attrita, & naribus inserta, vel festuca indita, omnia ieiuna.

er palatum maſtichatoriis, ex maſtiche, herba
culari, pyrethro, &c.
argariſmatis, ex ſapa, & oxymelite, cum ſinapi,

achriſto, ex ſapa cum betæ ſucco, palati, & co-
llæ regionibus illita.
s vtilia ſunt tragemata cal. ſicca, ſaccharata poſt
n, vt aniſi, cinamomi anthos, &c.
tent pernoctationes ſub dio, & aquarum au-
ueant, matutinum ac veſpertinum frigus fu-
t.
œlo nubilo, ſoli aperienti ſe minime commit-
Aurium ſordes his diligenter linteo dropace
o immiſſo, & vbi apprimitur extracto tergẽdæ,
ttula vna olei laurini auris meatus illinendus,
xiguo fellis bubuli cum pingui anſerino.
cito ſeneſcunt, & ſomno nimis grauantur. Er-
l caniciem, Capperis cortex aqua, vel lacte aſi-
, vel bubulo coquẽdus, dum tabuerit: atq; tum
ti raſo) illinendus ſimiliter & cortex radicis ili-
oquitur, & vſurpatur.
em pix liquida oleo miſta vtiliter illini poterit
em.
nimiam in ſomnum procliuitatem, iuuerit pu
m, vel nepetam, vel hyſſopum intritum aceto
imo, vel aqua vitæ intritum odorari, &c.

Cerebrum frig ſiccum.

igationes ex calidis, humidis, etiam poſt pran-
: vnctiones ex oleis: liliaceo, chamæmelino, &
s cephalicis cal. incoctis & oleis miſtis. Odora-
a calida, ex liquorum conuenientium vapori-
latis: quibus & aurium meatus, aduerſus gra-
auditum irrorantur ſalubriter: & poſt oleo
, ac maturo, illinuntur.
ſi vigiliis premantur a ſumtis iurulentis ſom-

Frigidum ſiccum.

num tentare debent, & a cibo humectante: atque anethinum oleum non vetus, fronti, tempo ribus, atque capiti toti illinere.

Hæc de cerebro flectente.

Ventriculus flectēs ad calidū.

Ventriculus flectens ad calidum.

Cibus validus, & satis copiosus, actu frigidus fructus ante cibum, potus dilutior.

Cal. humidus.

Calidus humidus.

Cibi astringentibus succis macerati, & intinctibus aceti aranciorum, limonum, &c præparati.

Potio parcior, & refrigerantior: ventriculus oleo rosaceo, vel myrtino vngendus.

Cal. siccus.

Cal. siccus

Potio liberalior: aquæ potio, corpore satis robusto nec obstructionibus obnoxio & fructus lubrici: vt mora, pruna, persica, cerasa, ante cibum, & olera frig. humida. Cucurbita, cucumis, & reliqua cocta. Edulia præcedenti duriora viribus ferentibus conueniunt, & materiæ valentioris.

Hi vbi crudum sine præcordiorum dolore ructēt, ex interuallo aquam frigidam bibant, & se contineant. Si propter ardorem aliquem noctu sitiant, antequam quiescant, duos, tresue cyathos, per tenuem fistulam frigidæ bibant: vel potionis dilutæ, atque bene frigidæ. Hos item iuuat ventriculum oleo myrtino inungere.

Ventriculus frigidus.

Frigidus.

Omnia calefacientia, & calidorum inunctiones: vt costini mastichini, &c. Nunquam surgant, nisi bene coxerint: & si surrexerint, iterum dormiant. Per hyemem, totis noctibus quiescant, etiam primo somno ventri incumbentes. Et palmulæ, amygdalæ, pistachia, &c. sumenda ante alios cibos.

Frigidus humidus.

Acria omnia, & sine frigiditate astringentia: po- *Frig. humidus.*
o exigua, eaque vini meraci, ac generosi: vel cere-
siæ Martiæ, vel mulsæ generosæ.

Habitatio sit ædificio lucido: æstiuum flatum ha-
ente, & hybernum solem.

Legant clare, post ambulent, tum pila, vel armis,
l alio genere superiores partes mouente, se exer-
ant: & ieiuni vinum bibant calidum, vinum illud
to austeriusculum, & cum cibis tale: qui cibi ma-
mam partem sunto omnes assi, aromaticis pulue-
bus aspersi, cũ quibus & certa piperis grana crassi-
cule confracta edant.

Longis diebus his meridiandum ante prandium,
minus postea, & omnes potiones aqua frigida
bita includendæ.

Frigidus siccus.

Laccum melle, vinum meracius, cibi, ac nutri- *Frig. siccus.*
enta calida, tam actu quam potentia.

Nardino, vel mastichino, venter vngendus assi-
e: & bene carnosus puer dormienti assidue accu-
t, vt semper abdomen contingat: vel catellus e
gione ventriculi assidue gestetur: iuscula fiant
ymo, rosmarino, mentha, &c. incoctis, & piperis
od satis est asperso.

Hac de ventriculo flectente.

Cor flectens ad calidum.

Aer inspiratus frigidus, eatenus, dum temperetur *Cor flectẽs ad calidũ.*
r, ore potius quam naribus exceptus, frigidorum
rdiacorum vsus creber, epithemata frigida car-
ica.

Cal. siccum.

Aura aduersa, & cardiaca frigida, humida: vt vio-

num tentare debent, & a cibo humectante: atque anethinum oleum non vetus, fronti, temporibus, atque capiti toti illinere.

Hæc de cerebro flectente.

Ventriculus flectens ad calidum.

Ventriculus flectēs ad calidū. Cibus validus, & satis copiosus, actu frigidus fructus ante cibum, potus dilutior.

Cal. humidus.

Calidus humidus. Cibi astringentibus succis macerati, & intinctibus aceti aranciorum, limonum, &c præparati.

Potio parcior, & refrigerantior: ventriculus oleo rosaceo, vel myrtino vngendus.

Cal. siccus.

Cal. siccus Potio liberalior: aquæ potio, corpore satis robusto nec obstructionibus obnoxio & fructus lubrici: vt mora, pruna, persica, cerasa, ante cibum, & olera frig. humida. Cucurbita, cucumis, & reliqua cocta. Edulia præcedenti duriora viribus ferentibus conueniunt, & materiæ valentioris.

Hi vbi crudum sine præcordiorum dolore ructēt, ex interuallo aquam frigidam bibant, & se contineant. Si propter ardorem aliquem noctu sitiant, antequam quiescant, duos, tresue cyathos, per tenuem fistulam frigidæ bibant: vel potionis dilutæ, atque bene frigidæ. Hos item iuuat ventriculum oleo myrtino inungere.

Ventriculus frigidus.

Frigidus. Omnia calefacientia, & calidorum inunctiones: vt costini mastichini, &c. Nunquam surgant, nisi bene coxerint: & si surrexerint, iterum dormiant. Per hyemem, totis noctibus quiescant, etiam primo somno ventri incumbentes. Et palmulæ, amygdalæ, pistachia, &c. sumenda ante alios cibos.

Frigidus

Frigidus humidus.

Acria omnia,& fine frigiditate aftringentia: po- o exigua, eaque vini meraci, ac generofi: vel cere- ifiæ Martiæ, vel mulfæ generofæ.

Frig. humidus.

Habitatio fit ædificio lucido: æftiuum flatum ha- ente,& hybernum folem.

Legant clare, poft ambulent,tum pila,vel armis, el alio genere fuperiores partes mouente, fe exer- eant: & ieiuni vinum bibant calidum,vinum illud to aufteriufculum, & cum cibis tale: qui cibi ma- mam partem funto omnes affi, aromaticis pulue- bus afperfi, cũ quibus & certa piperis grana craffi- fcule confracta edant.

Longis diebus his meridiandum ante prandium, n minus poftea, & omnes potiones aqua frigida ibita includendæ.

Frigidus ficcus.

Lac cum melle, vinum meracius, cibi, ac nutri- ienta calida,tam actu quam potentia.

Frig. ficcus.

Nardino, vel maftichino, venter vngendus affi- ue: & bene carnofus puer dormienti affidue accu- et, vt femper abdomen contingat: vel catellus e gione ventriculi affidue geftetur: iufcula fiant ymo,rofmarino, mentha,&c. incoctis, & piperis uod fatis eft afperfo.

Hæc de ventriculo flectente.

Cor flectens ad calidum.

Aer infpiratus frigidus,eatenus,dum temperetur or,ore potius quam naribus exceptus, frigidorum rdiacorum vfus creber, epithemata frigida car- iaca.

Cor flectẽs ad calidũ.

Cal. ficcum.

Aura aduerfa,& cardiaca frigida,humida: vt vio-

Cal. siccũ. la, nymphææ flores, etiam temperatæ: vt buglossa, borago, & cardiaca epithemata frigida humida.

Calidum humidum.

Cal. humidum. Aer frigidus & siccus, ore potius quam naribus inspiratus. Cardiaca frigida, sicca, tam sumta quam foris applicata.

Cor frigidum flectens.

Flectens ad frigidum. Aer calidus, cardiaca calida, & epithemata ex iisdem cordis regioni applicata.

Frigidum humidum.

Frig. humidum. Aer calidus, siccus, cardiaca calida, sicca: anthos, sampsuchus, puluis ochymi.

Frigidum siccum.

Frig. siccum. Cardiaca sumta, & applicata, calida humida: borago, buglossa, etiam calida iusculis incocta, vt sampsuchus, citrago. &c.

Hæc de corde flectente.

Pulmo flectens.

Pulmo flectens.

Conuenit cum corde.

Flectente aeris qualitatibus.

Pulmo si frigidus sit, vox exercenda, & multum vociferandum, maxime, si humidus item sit, & pectus totum, oleo vel vnguine calefaciente fricandum: vt costino, amygdalino amaro, vel dulci, croco, admisto, &c. si calidus sit, resistendum vnguentis refrigerantibus, & oleis: vt rosaceo, violaceo, nenupharino, &c.

Iecur deflectens ad calidum.

Iecur flectens ad calidum. Refrigerantia liquida, & epithemata maxime ex hepaticis e regione admota.

Calidum humidum.

Cal. humidum. Epithemata ex rosis, santalis, plantagine, violis, rosarum stillatitia, &c, Vsus creber cichorei, endi-

uiæ

iæ,cremoris hordei,oxalidis, ſeri lactis. Vere, ſan-
uis ex vena hepatica vacuetur pro vſu ac viribus
ndigentis.His alæ graues odore eſſe ſolent Quod ſi
noleſtum ſit, radicem ſcolymi bibant, in vino co-
ctam,& aluminis liquidi partibus duabus & myrrhę
parte vna diſſolutis alæ vngendæ: vel aluminis li-
quidi drach.8.amomi,myrrhæ,ſpicæ nardi, cum dr.
4 vino tritis.

Calidum ſiccum.

Cal. ſiccũ.

Decocta plantaginis, portulacæ, atriplicis, liche-
nis: & hæc ipſa iuſculis incocta: iuſcula crebra, ex a-
nimalium partibus neruoſis, & membraneis con-
fecta.fomenta,& vnctiones frigidæ humidæ. Incu-
batio in latus ſiniſtrum,dum dormiunt.

Frigidum humidum.

Frigidum humidũ.

Agrimonia, ſteches, herbæ capillares, ſcabioſa ci-
bis incocta, & inde iuſcula: piper in tenuem pulue-
rem quaſſatum cum opſoniis, mulſa ſalis meraca:
inunctiones, & epithemata ex calidis & ſiccis, ſym-
patheticis plurimis.

Frigidum ſiccum.

Frigidum ſiccum.

Vinum ſatis generoſum: iuſcula crebra: & his in-
cocta thymus,mentha,roſmarinus,ſampſuchus,&c.
zinzibere item pauco aſperſo, ſi opus eſt.

Lactis recentis potus,per ſe & longe ab aliis cibis:
vnctiones,epithemata calida humida ex ſympathe-
ticis maxime,incubatio in latus dextrum.

Hæc de iecore flectente.

Lien.

Lieni eadem conueniunt quæ iecori, cui propria
tamen ſympathetica ſunt plurimum applicanda,ſu-
mendaq; vt cal.lupulus, ſcolopendrium, cortex ta-
mariſci,cappares,&c Frigid.viola,bugloſſa,borago,
ſuccus malorũ fragrantium,&c.eaq; frigida& ſicca.

Renes calidi.

Renes calidi. E regione renum, vestimenta minus densa sint: decubitus supinus vitetur,& stratum molle: dorso, rosæ recentes, vel vetustæ aceto rosaeco maceratæ dormituris substernantur,vel violæ, salicis folia, vitis frondes & capreoli.

Calid. humid.

Calid.humidi Frigefacientia sicca eligantur, & applicentur.

Calid. sicc.

Cal. sicci. Frigida, humida his applicanda: & substernenda: & plumbi lamellas tenues, & perforatas, hydrargyroq; oblitas gestare his vtile.

Frigidi Renes.

Frigidi. Hi calefaciendi vnguentis& fomentis calidis, humidis item, si sicci: sin ad humidum flectant, siccis.

Testes flectentes.

Testes flectentes. Eadem applicanda quæ rebus flectentibus: qui si ad frigidum flectant, redduntur ad coitum impotentes: propterea pingui vngendi frequenter: cui pyrethri, aut herbę pedicularię aliquid adiectum sit: aut seminis vrticæ, & ante venerem, his præbibendum aut satyrion aut erucam, aut piper, aut medicamentum diasatyrión dictum: infernas corporis partes exerceant: & oleum euphorbii affricent inguini, & naturalibus: & in cibis sumant cicer, fabas, bulbos, pastinacam, horminum, conchilia omnia, squillas, polypodes, ostrea cum pipere, passeres, perdices, coturnices, porphyriones.

Vterus flectens ad cal.

Vterus flectens ad calid. Insessus, fomenta,& vnctiones frigefacientes: etiam humiditate & siccitate pugnantes si opus est.

Ad frigidum.

Ad frigidum. Insessus, vnctiones, epithemata: etiam in nuptis pessus, omnia calefacientia, maxime ex proprietate substantiæ hystericis.

Ad Frigidum humidum.

rtemisia, matricaria, laurus, sampsuchus, nepe- *Ad frig. humidū.*
ilegium, &c.

Ad Frigidum siccum.

dem simplicia incocta, atque oleo, & mucila- *Ad frig. siccum.*
lini, seminis fænigræci, &c. & pinguibus ad-
s.

Ad articulos imbecilles & arthritidi obnoxios.

ta sobria esto, & abstemia: inprimis venus fu- *Articuli imbecilles & arthritici.*
da. Quidam toto anno a vino, potuque genero-
venere abstinentes, totius vitæ securitatem si-
:erunt.
quitare podagræ opportunis alienum: & si se-
nt, crura motibus exercere, quin potius his ex-
ndæ partes superiores.
onuenit ex interuallo, vomitus, atque alui sub-
o, & nisi quid impediat, phlebotomia per ini-
veris initio: horum aliqua, vel omnia, nisi vi-
nodum sobria sit.
mendum autem ex vario cibi genere, copioso,
ui, acri, dulci, ex vetustis salsamentis, oleribus,
us: raphano, cepa, allio, porro, eruca, quę omnia
uscule mansa diglutienda, & vinum dulce su-
bendum satis copiose: & mora trium horarum
posita, aqua tepida cum melle satis largiter po-
gito, vel penna gutturi inserta, & prius oleo iri-
ncta vomere conandum: atque toties vomen-
ex aqua tepida, dum ea sola exierit.
omitu, os vino vetere abluendum, & dentes
endi: & per loca aprica ambulandum: deinde
:endum. Noctu vero panem cum vino oligo-
vel potione diluta cœnatus, somnus captan-
ostridie, sobrie comedendum, atque nimium
s abstinendum.
b arthritici naturam, vomitus haud cõueniat,

mensibus singulis, vel maiore interuallo ex pilulis hermodactyleis purgandum.

Articuli frequenter fricentur ex oleis astringentibus, & quibus galla immatura, nuces cupressi, cupulæ glandium, verbasci flores, enula campana & chamæpytis, incoxerint: adiecto sale, & alumine: & pellis canina, aut vulpina ex eisdem, arte coriaria præparata, & bene macerata, gestetur.

Ischiæ si metus sit clystere acri aluus irritanda ex interuallo, & assiduum sedile fugiendum.

Hactenus de Prophylactica vbi pars aliqua flectat, sequitur vbi totum corpus flectit.

Correctio corporis ad cal. humid. flectentis.

Totius corporis ad calidum humidum flectentis correctio.

Laboribus his incumbendum, ac studiis: motus veloces, sudores: somni ieiuni, & a matutinis deambulationibus.

Calida balnea, ieiunia plurima: cœna contenti esse poterunt: vigiliæ, stratum durum, venus multa.

Nutrimentum: carnes assæ, & pisces sale, aceto, ac muria conditi: carnes animalium robustorum. Suis syluestris, bouis, leporis, cuniculi vetusti, cicurium, syluestria, agrestia omnia, crudiuora, syluarum materie pasta, nec voracia, fœniuora, frugiuora, sanguinea, parcibiba, vigentia, mascula, nigra: ex locis siccis, inaquosis, æstuosis, petita, volucrium genus: palumbis, columbæ, perdicis, galli, turtures, volucres seminileges. Ex piscibus, draco, scorpius, callionymus, cuculus, glaucus, perca, thryssa, cõchiliorum omne genus, salsamenta, maxime marina, mox fluuiatilia, tum palustria ex salsamentis, percæ siccissimæ. Panis ex tota farina, clybano coctus, & subcinericeus, hordei polentæ: ac farinæ vetustæ, holera aceto cocta.

Potio, vinum austerum, nigrum, vel cereuisia acescens.

Ædes

Ædes ad ſeptentrionem, loco edito.

Veſtes tenues,& raræ.

Hos iuuat ſub veris finem, ſanguinem deplere: pro redundantiæ modo,ac viribus indigentis.

Cal. ſiccum.

Ad cal. ſiccum.

Vehementibus abſtineant tam animi,quam corporis motibus, hilariter degant,vmbratilem vitam ſectentur,& lentis motibus gaudeant: exerceant ſe parce,pane prius ſumto,eoq. in corpus ante exercitationem initam digeſto. Si vehementer calidi & ſicci ſint,exercitatione abſtinendum, & ambulatio matutina multa,& balneum tepētis aquæ ieiunum exercitationis loco eſſe poterunt.

Si valde ſicci ſunt,etiam ſecūdum cibum balneū ingredi iuuabit,item ſecundum cibum ſomnus & à prandio breuem ſomnum captare conuenit: & fricari interdum ex aqua, & oleo his vtile: à cœna ſurgant tantum ſomno indulgeāt liberali, ſtrato molliuſculo. Venus rara.

Alimenta ſint conſiſtentia molli, interdum actu frigida:& ex his piſces & piſcium capita ac ventres, ex carnibus:domeſtica,herbiuora,multibiba, tenella,exſanguia,fęmella,caſtrata,alba,nuda,minus exercitata,ex locis humidis,nec æſtuoſis petita. Iuſcula crebra,cibi pauci,& frequentes Suum petunculi, articuli,roſtra,alæ, & partes omnes extremæ. Succorum acidorum intinctus.

Panis hordeaceus, vel auenaceus, aut ex vetuſtis farinis,maza oxygala,fructus cum aliis cibis.

Lac tenuiſſimum,olera inſipida, acida.

Potus dilutus, & ſatis largus,etiam frigida potatio interdum..

Ædes ad aquilonem & occidentem: loco humili, & depreſſo etiam fluuiis vicino.

His conuenit purgatio,maxime æſtatis initio. ex cholagogo,& æſtate media vomitum irritare.: radi-

cum raphani succo epoto drach.3. ex oxymelite:vel seminum drach.ß ex hordei decocto: si ad vomendum sit aptus,id est,nec collo lõgo sit,nec angusto, nec scapulis alatum instar exstantibus, nec thorace angusto:tũ namq. purgare foret tutius per sedem.

Deflectens ad frigidum humidum.

Ad frigidum humidum.

Matutinæ deambulationes multæ, ac labores multi.

Balneum calidius,frictio ex oleo chamæmelino, anethino,&c Sudores:somnus à matutina deambulatione,cœna cõtenti sint tantum, & à cœna deambulatio, sitientes dormiant, deambulatio acuta,ab exercitatione à cœna tarda, in tepore, nocturna itinera.Purum se frigori exhibeat frigidus, humidus, præterquam à cibis & exercitationibus Sol, ignis, coitus,somni longi,ieiuni: item vigiliæ ieiunæ: & stratum durum horum corpora emendant.

Nutrimentum calidum, carnes succi boni, etiam vino conditæ & sale,suis syluestris caro,omne volucrum genus ex locis æstuosis & æditis:palumbis,columbæ,perdicis, galli,turturis, seminileges omnes, syluestria omnia,parcibiba, exercitata,vigentia, pisces sicci,draco,scorpius,callionymus,perca,&c.Frixa,tosta,assa potius quam elixa,& pipere,vel caryophyllis & vino aspersa,piscium partes supernæ, & caudæ proximæ.Conchilia omnia;salsamenta,panis purus,& bene fermentatus,& sale conditus: Sorbitiones nullę,& si quę sint,incoquantur thymus,rosmarinus,saluia,&c.Potiones parcæ, & meracæ: vina generosa,& vetusta.

Olera acria:allium,cepa,porrum,&c.

Ædes ad Orientem.

Vestes vulpinis pellibus suffarctæ.

Hi purgandi phlegmagogo, autumno, aut veris initio,vel vomitu si ad vomitum apti sint,& humor pituitosus eo obrepserit: vomitus, ex raphano,vel iuglandis

iuglandis iulis citetur etiam bis mēse, per hyemem totam, duobus diebus continuis.

Deflectens ad frigidum siccum.

Exercitatio modica, labores sensim adhibiti, leniter calefacientes: citra sudorem balnea calida, & à cibo vnctiones & frictiones ex oleo, visceribus vitatis. Somnus prolixus, strato molli, item à cibo: vmbra tepens, otium, mora in lecto multa, venus nulla, vita læta, & hilaris.

Ad frigidum siccum.

Alimēta mollia coctu facilia, domestica, nec crudiuora, nec voracia, herbiuora, haud frugiuora, multibiba, tenella, minime exercitata: ex locis depressis: pisces cartilaginosi vino, & aromate cōditi: anserum carnes, anatis, & palustrium reliquorum: prius pulticula ex lacte aliquandiu nutritorum. Piscium capita ac ventres, & ex his mollissimi carne, & saxatiles Nutrimentum omne actu calidum, sæpius sumtum, iuscula crebra: lac asininum & caprinum, cum melle. Ex oleribus, rapum; ex fructibus, ficus virides, botri vuarum, passulæ, pira matura, vinum satis generosum, ætatis mediæ, tenue & diureticum.

Ædes ad Austrum.

Vestimenta satis densa, & corpori proxima, per frigora, oleo calefaciente delibuta.

Sub autumnum, hi ex melanagogo purgādi sunt; leuiter, & ex interuallo.

Hactenus de Prophylactica flectentis secundum crasin; sequitur secundum conformationem.

Estq. ad nimis raros corpore, vel densos: reliquus conformationis flexus, quoad fieri queat, iam recens nato puero ab obstetrice, ac deinceps à nutrice dirigendus.

Conformatione flectens.

Rari corpore.

Rari corpore, vestibus se bene muniant, ex densa textura, vel pellibus, nec nisi vncti in frigus prodeant: hos iuuat balneū bene calidū, & cubile durum,

Rari corpore.

& frictio dura, manu oleo myrtino, vel rosaceo dilibuta.

Rari corpore cum fere graciles esse solent, si impediat (hos namque tabes, deiectiones, destillationes, item viscerum, atq. laterum dolores fatigare solent) conandũ vt impleantur vino crasso, ac dulci: cibis crassi succi pro natura ac robore corporis. Exercitatio esto breuis, nec celer, & frictio mediocris ad carinum tumorem, nec vltra. His etiam commodum erit pice diebus tribus, quatuorve, interpositis oblini. Porro gracili ante balneum, ieiuno, corpus infricandum leuiter linteis, donec rubescat: deinde manu, frictione dura, non tamen multa.

Balneum sit aquarum dulcium, in quibus nec sudent, nec diutius immorentur, & à tepida exeuntes, in frigidam ingrediamur.

Corpore densi.

Densi corpore. His conuenit balneum temperatum, ex herbis aperientibus, & mollientibus conflatum: chamæmelo, nepeta, malua, pulegio, &c.

Exercitatio satis valida, & ex oleo anethino vel calefaciente, & attenuante alio; inunctio & frictio molliuscula.

Densi corpore obesi esse solent, & obstructionibus opportuni.

Obesi. Obesi plerunque acutis morbis capiuntur: & difficultate spirandi strangulantur: subitoq; sæpe moriuntur.

Densi, victu attenuante ad mediocritatem perducendi: pane furfuraceo, sale multo, cum cibis, capparibus frequentibus, & vini albi ac tenuis, vel cereuisiæ similis potione. Ex cibis, conueniunt pisces saxatiles, ac alii molli carne, friabili, ac alba præditi. Ex auibus, auiculæ montanæ, passeres, turdi, merulæ, perdices, auiculæ turricolæ, & in vineis degentes, columbi agrestes, & ex eodẽ genere agrestia omnia,

potius.

potius quam domestica. Panis hordeaceus. Ex oleribus, acria: vt eruca, nasturtium, &c.

Cibus non statim à balneo his dandus, sed prius somnus indicendus: & ab exercitatione ac labore, somnus ieiunus, & balneis iniiciantur sal, alumen, sulphur, &c. & frictionibus ieiunis his studendum, siccis linteis, crassioribus, atq. duris, frictione item dura ac multa ex oleo digerente manibus vnctis, anethino, chamæmelino, costino, & sale ac nitro corpus frequẽter fricetur. Cibi minus sumantur quam pro exercitiorum ratione. Insolatus his confert, & semel in die (id est) prandio, cibum sumere: & interdum piper bibant ieiunius cum decocto radicum ac seminum apii, feniculi, anisi, &c.

Cum obstructionũ metus sit, vtantur salsamentis, & oxymelitis potione: & si à iecore metus sit, agrimonia, asparagus, plantago, capillares, vsurpentur: radices feniculi & apii, &c. Si lien: cappares, cortices radicum capparum, cortices tamarissi, & ipsa tamarissi coma, & cetera iecori sympathetica.

Si pulmo, innula, passulæ, caricæ, ficus, pulmonaria, angelica, &c. huic sympathetica, vsurpanda.

Si renes, radices apii, feniculi, petroselini, asparagi, eryngii rusci, & cetera renes deobstruentia omnia. vino albo macerata, vel leuiter incocta.

Hactenus de prophylactica sanitatis nimiũ flectentis; sequitur quæ diætæ erroribus debetur: estq; secũdum diætæ partes, vel gestorum, vel fomẽtorum. Atq; ex gestis, primum erroribus quæ circa motus sui ipsius tantum gratia suscipiuntur: deinceps de ceteris.

Ad aluum adstrictam.

Aluus si adstricta est, solicitãda arte: videlicet terebinthina oliuæ magnitudine deglutita cum saccharo: ceterum adstrictam iuuabũt oua sorbilia, cochlearum ius cũ beta, ac malua, serum lactis, cũ sale,

Aluus adstricta.

aut melle, ad tres heminas: item herbæ mercurialis decoctum iuuabit, & glande interdum naturam irritare, ex melle, & sale tosto, vel ex ficu cum nitro.

Pueris & infantulis: betæ vel maluæ, vel mercurialis cauliculus sat.s erit, hæc nisi prosint, clystere tentandum (non tamen continue ne natura spontaneæ excretionis obliuiscatur) ex decocto caricarum, betæ, maluæ, quantitas ad corporis magnitudinem comparata, cum melle, ac oleo: vel oleum per se ad heminæ dimidium iniiciendum, omnia tepida.

Ad aluum fluentem.

Aluus fluens. Aluus si nimium fluxerit, vt molesta sit, & imbecillius inde corpus euadat, sistenda. Lacte bubulo, recenti, ad tertias cocto ac sumto: vel lacte candentibus chalybis laminis iniectis cocto, vel eodem è maris littore calculis candētibus exstinctis: aut quarta aquæ parte ad lac iniecta, atque ita lacte ipso ad dimidium cocto.

Item sacculus salis tosti ad ventrem applicatus, & ad dorsum hordei tosti aluo profluenti proderunt. Hæc si parum successerint, insessus fiant ex herbis adstringentibus, vel alia adstringente materia: polygonato, galla, quercus foliis, bistortæ radicibus, alumine, &c.

Fercula ex oriza, sorba, mespilla, mala cydonia ante alios cibos sumta, vel puluis baccarum oxyacanthæ cibis aspersis, &c.

Vrina nisi fluxerit satis. smyrnii, apii, fœniculi, rusci radicibus decoctis, & horum iusculo sumto, haustu satis largo, ieiuno, prolicienda.

Defatigatio. Exercitationem, vel laborem, si defatigatio consequatur: refouendum corpus, ac recreandum: atq. vbi quis insuetus laborauerit, aut multo plus quam solet etiam assuetus, huic ieiuno dormiendum est: multo magis si os amarum, & caligent oculi, & perturbatur, venter, tum non tantum dormiendum ieiuno,

ieiuno,sed in posterum diem permanendum, nisi cito id quies sustulerit. quod si factum sit, surgere oportet & leuiter ambulare.

Leuantia laßitudinem ambulantium.

Leuat item lassitudinem, interdum laboris mutatio: insueti, consueto: & cũ hesternis pares hodie vel paulo minores exercitationes adhibere cõuenit. Qui ambulando defatigatur, hunc reficit in ipso itinere frequens frictio; atq post iter, primum sedile; deinde vnctio: tum aqua calida in balneo, magis superiores partes quam inferiores fouẽdo: atq. quo proficiscens minus lędatur: profectio ipsa ita suscipienda: inunctus proficiscens nec fortiter incedat, & per æstatem fascia mollis, digitos sex, aut septem lata, quinq; autem cubitos nec minus longa, lumbos ad iliá vsq complexa, obuinciatur: & baculo innitatur. Cumq ab itinere cessatio fit; post vnctionẽ, paululum cibi æstiui, potioq. modica satis erunt: atq; à prandio, antequam iter arripiatur conquiescẽdum est: si vero abeundi necessitas fuerit, & sitis vrgeat, tenuis polenta ex aqua cum salis momento bibatur, & corpus à solẽ bene tegatur.

Hyeme si profectio suscipitur, vnctione prius adhibita ex oleo calefaciẽte, hyemales cibi, copiose sumendi, & potio modica: ceterũ fascia longior esto, quam æstate, nõ solum lumbos, sed & spinam & pectus etiam complexa. requiescenti autem, (si vehemens interea frigus vrat) neq. vngi, neq. cibum potumve assumere præstat, neq. alio quodam modo refici, si mansurus ibi sis: & ad hospitium veniens, cauendus ad ignem subitus accessus, sed primum deambulet in loco egelido, & manus fricet, vt sensim corpus calefiat.

Equitantium.

Equitantes præter prædictas partes, valide ventrẽ inferiorem, & inguina apprehendant fascia: & in anteriore sedis parte, puluinar apponant cui innitantur, ad firmandum brachia & manus.

Secundum longas profectiones,aliosque validos labores,etsi lassitudinem quis non sentiat, haud aliter quam si lassus esset, curetur.

Atque labores,si corpore inani suscipiantur, minus lædunt.

Nauigantium. Qui nauigat,& nausea premitur, si multum bilis euomuerit,vel abstinere à cibo debet; vel paululū sumere. Si pituitam acidam effudit,cibum consueto leuiorem sumat, sin absq. vomitu nauseet tantum, vel abstineat:vel à cibo vomat:& à vomitu,panis vino aquoso,& odoro maceratus ingerendus,& naribus grati odoris admouenda, inter quæ acetum rosaceum,& stillatitia rosarum mirifice recreabunt.

Raucitas. Si cui ex vocis contentione raucitas oboriatur, arteria glycyrrhiza,& potiuncula dulci recreāda. Sin vero loquendo fessis, defatigatio sequatur, succurrendum vociferatione. Qui vociferaturus est,debet cum aluū deiecerit fricari leniter ac præcipue partes inferiores:faciemq. spongia madefacere,aut abluere;&ptius sensim loqui,ac per interualla mediocria & vociferando memoriter dicat, quorum meminerit,quæque multas habere lenitatis, & asperitatis mutationes videantur. In primis autem vociferandum est,vocem quā grauissimis fieri potest tonis producendo: tum ad acutissimos eandem redigendo deinde cum non multum in acuto sono permansum sit, retro vicissim paulatim reflectendum, vocem diminuendo, donec ad grauissimam, à qua ductum initium est,reuertatur. *Correctio vocis.*

Vociferationis modus. Modus vociferationis est pro viribus animi alacritate,& vociferantis consuetudine.

Diata æstuantium ex labore. Si quis tempore æstiuo,ex labore æstuat & defatigatur,ita vt corpus siccius,& calidissimum euadat, is fructibus vesci debet:pomis, prunis, cerasis, persicis,cucumere,pepone,&c atq. à balneo aqua primū detur potui,deinde vinum modice dilutum, tum

vomitus

vomitus citetur, post offerenda lactuca, deinde pedes suilli probe cocti, ex aceto & garo, tũ gallorum, atque anserum ventres, atque piscis aliquis carnis teneræ, in sartagine coctus, gustet, etiam si velit olera haud mali succi & cucurbitam. his transactis, vinum aqua frigida valde dilutum bibat.

Qui vitam ex instituto suo degat, si ab exercitatione æstuet, aquam frigidam fontanam potet.

Qui exercitatione, & balneis à cibo læduntur, hi ambulare debent ante cibum. cõtentione aliquantulũ maiore, à cibo tardissime & iecori ne obstruatur oxymelite consulendum, & omnibus attenuantibus vtendum, dum mali metus cessauerit.

Vbi quis vehementer lassus fuerit, motibus moderatis moueatur, ac tardis: & quies frequens interponenda, qua quiete lassus oleo dulci atq copioso est fricandus, pluribus contrectantibus; ac deinceps cibus solito parcior esto, & nutrimenti facilis.

Lassitudo duplex.

Lassitudo duplex est, vel musculis puris: vel inquinatis. Musculis puris, lassitudinis sensus tensiuus esse solet.

Musculis puris.

Lassum tensiuo iuuat pauca & mollis, ex oleo egelido frictio, cum somno & quiete: aut lotio medii temperamenti, atque in calida pluscula mora, bis vel ter lauando, ac post inungi debet antequam vestiatur, etiam die postero, cum è lecto surgat.

Musculis inquinatis.

Inquinatis musculis est vlcerosa vel phlegmonosa. Vlcerosa accidit malis succis & acribus præditis: succedit recentibus cruditatibus, cum aut exercentur immoderatius, aut in sole sunt morati: etiam salubri corpori accidit si multo nimis se exercuerit.

Vlcerosa.

Iuuat hos frictio mollis multa, & plus frictionis, quibus sub cute tantum; motuum plus, quibus profundius in musculis sentitur lassitudo. Alantur vberius tensiuis, & nutrimento solito humidiore.

Phlegmonosa.

Phlegmonosa, ex vehementibus motibus nasci-

tur:& eos maxime inuadit qui exercitationibus minus sunt assueti.

Cura: oleum tepidum, cum frictione mollissima, & longissima in medii temperamenti aquis mora; & si aqua paulo tepidior fuerit, iuuerit magis: multa quies, nutrimentum humidissimum, & refrigerans, parcius quam in reliquis: his etiam sanguis vacuari salubriter poterit, vsu cum viribus collato.

Hæc de lassitudine.

Sin vero labor tantus sit, vt corpus inaniatur, & squalidius multo euadat, est obstandum arte maiore.

Inanitio corporis ex labore.

Huius inanitionis gradus sunt duo.

Signa communia sunt: horrores à deambulationibus matutinis, & exercitiis, capitis vna grauedo.

Cura communis: calida lauari. molliter cubare, laboribus & ambulationibus moderari; vngi & fricari modice: cibus copiosior esto, solito humectior, & succi boni, & sensim appositus: potus mollis.

Primi gradus inanitionis ac leuioris cura.

Cura primi gradus inanitionis.

Vnctio & frictiones ante prandium adhibeantur, & die primo largius solito prandeant, & vini mollis quod satis est, bibant: & à prandio, somno vtantur moderato: ad vesperam, vbi exercitiis leuibus vsi sint, & calida loti fuerint, cœnent more consueto, atque à cœna ambulationibus abstineant, sed aliquanto post tempore decumbant. Postridie in aqua lauentur, & somnis mollibus tempus transigant, & deinceps ad diem quintum, ad cibos & labores consuetos reducantur.

Gradus alter inanitionis.

Cura alterius gradus.

Signa. Ab exercitio mox, postquam corpus refrigeratur, horret: & stridor dentes, tremorque corpus occupat; somnoque grauantur; & expergefacti, sæpe oscitant, à cœna item palpebræ ipsis graues sunt.

Cura.

Exercitationum dimidium auferatur, (cibus interea magis refrigerantibus atque humectantibus quam in priore) ad dies quinque, & die sexto, tertia pars laborum ablatorũ apponatur, post alios quinque dies, dimidium reliquorum laborum id est, vna tertia restituatur, & post quinque alios, rursus ad consuetos labores redeant, qui tamen solito leuiores sint.

In balneo si quis æstuet, hunc acetum reficit; ore retentum vel aceti penuria aqua frigida.

Æstuans in balneo.

Qui otiosam vitam degunt, boni succi cibis vtantur, & concoctu facilibus: nec tamen valde nutrientibus & alui subductio diligenter curanda, & vrinæ prolectio: & frictiones ieiunæ moderatæ manibus attenuante oleo quopiam delibutis: potio tenuis sit, ac diluta Venus his vtilis,

Otiosam vitam degens.

Qui toto die sedit, nihil huic currendum, sed lente ambulandum est, lenta quoque in balneo mora, deinde cœna exigua huic prodest. Qui ex segniore vita, ad exercitationes se traducere volũt: & ad balnea: vacuentur prius veris initio sanguinis detractione, vel venæ sectione, vel malleolis scarificatis: quod si recusent, medicamento vacuandi sunt quod & flauam bilem & pituitam, & serosos humores detrahere queat.

Toto die sedens.

Ex otio ad exercitationes se traducens.

Si cui fatigatio ex animi motibus ac laboribus contigerit: (obiecto mutato) alio animus ac sensus recipiantur, in quo haud ita laboret: ac tum modus etiam teneatur.

Fatigatio ex motibus animi.

Si interna meditatio, & contentio sit; à difficilibus ad faciliora, atq. iucunda.

Si externorum sensuum defatigatio sit, ab extremis obiectis, ad media sensus traducantur; atque si vehementer laborauerint, imperanda omnimoda cessatio, somnoq. si opus est, indulgendum.

Defatigatio exteriorum sensuum.

Renes calidi.

Renes calidi. E regione renum, vestimenta minus densa sint: decubitus supinus vitetur, & stratum molle: dorso, rosæ recentes, vel vetustæ aceto rosaceo maceratæ dormituris substernantur, vel violæ, salicis folia, vitis frondes & capreoli.

Calid. humid.

Calid. humidi. Frigefacientia sicca eligantur, & applicentur.

Calid. sicc.

Cal. sicci. Frigida, humida his applicanda: & substernenda: & plumbi lamellas tenues, & perforatas, hydrargyroq; oblitas gestare his vtile.

Frigidi Renes.

Frigidi. Hi calefaciendi vnguentis & fomentis calidis, humidis item, si sicci: sin ad humidum flectant, siccis.

Testes flectentes.

Testes flectentes. Eadem applicanda quæ rebus flectentibus: qui si ad frigidum flectant, redduntur ad coitum impotentes: propterea pingui vngendi frequenter: cui pyrethri, aut herbę pedicularię aliquid adiectum sit: aut seminis vrticæ, & ante venerem, his præbibendum aut satyrion aut erucam, aut piper, aut medicamentum diasatyrion dictum: infernas corporis partes exerceant: & oleum euphorbii affricent inguini, & naturalibus: & in cibis sumant cicer, fabas, bulbos, pastinacam, horminum, conchilia omnia, squillas, polypodes, ostrea cum pipere, passeres, perdices, coturnices, porphyriones.

Vterus flectens ad cal.

Vterus flectens ad calid. Insessus, fomenta, & vnctiones frigefacientes: etiam humiditate & siccitate pugnantes si opus est.

Ad frigidum.

Ad frigidum. Insessus, vnctiones, epithemata: etiam in nuptis pessus, omnia calefacientia, maxime ex proprietate substantiæ hystericis.

Ad.

Ad Frigidum humidum.

Artemisia, matricaria, laurus, sampsuchus, nepeta, pulegium, &c.

Ad frig. humidũ.

Ad Frigidum siccum.

Eadem simplicia incocta, atque oleo, & mucilagine lini, seminis fœnigræci, &c. & pinguibus admistis.

Ad frig. siccum.

Ad articulos imbecilles & arthritidi obnoxios.

Vita sobria esto, & abstemia: inprimis venus fugienda. Quidam toto anno a vino, potuque generoso, ac venere abstinentes, totius vitæ securitatem sibi fecerunt.

Articuli imbeciles & arthritici.

Equitare podagræ opportunis alienum: & si senes sint, crura motibus exercere, quin potius his exercendæ partes superiores.

Conuenit ex interuallo, vomitus, atque alui subductio, & nisi quid impediat, phlebotomia per initia & veris initio: horum aliqua, vel omnia, nisi vita admodum sobria sit.

Vomendum autem ex vario cibi genere, copioso, pingui, acri, dulci, ex vetustis salsamentis, oleribus, acribus: raphano, cepa, allio, porro, eruca, quę omnia crassiuscule mansa diglutienda, & vinum dulce superbibendum satis copiose: & mora trium horarum interposita, aqua tepida cum melle satis largiter pota, digito, vel penna gutturi inserta, & prius oleo irino vncta vomere conandum: atque toties vomendum, ex aqua tepida, dum ea sola exierit.

A vomitu, os vino vetere abluendum, & dentes proluendi: & per loca aprica ambulandum: deinde quiescendum. Noctu vero panem cum vino oligophoro vel potione diluta cœnatus, somnus capiandus. Postridie, sobrie comedendum, atque nimium frigidis abstinendum.

Si ob arthritici naturam, vomitus haud cõueniat,

menſibus ſingulis, vel maiore interuallo ex pilulis hermodactyleis purgandum.

Articuli frequenter fricentur ex oleis aſtringentibus, & quibus galla immatura, nuces cupreſſi, cupulæ glandium, verbaſci flores, enula campana & chamæpytis, incoxerint: adiecto ſale, & alumine: & pellis canina, aut vulpina ex eiſdem, arte coriaria præparata, & bene macerata, geſtetur.

Iſchiæ ſi metus ſit clyſtere acri aluus irritanda ex interuallo, & aſſiduum ſedile fugiendum.

Hactenus de Prophylactica vbi pars aliqua flectat, ſequitur vbi totum corpus flectit.

Correctio corporis ad cal. humid. flectentis.

Totius corporis ad calidum humidum flectentis correctio.

Laboribus his incumbendum, ac ſtudiis: motus veloces, ſudores: ſomni ieiuni, & a matutinis deambulationibus.

Calida balnea, ieiunia plurima: cœna contenti eſſe poterunt: vigiliæ, ſtratum durum, venus multa.

Nutrimentum: carnes aſſæ, & piſces ſale, aceto, ac muria conditi: carnes animalium robuſtorum. Suis ſylueſtris, bouis, leporis, cuniculi vetuſti, cicurium, ſylueſtria, agreſtia omnia, crudiuora, ſyluarum materie paſta, nec voracia, fœniuora, frugiuora, ſanguinea, parcibiba, vigentia, maſcula, nigra: ex locis ſiccis, inaquoſis, æſtuoſis, petita, volucrium genus: palumbis, columbæ, perdicis, galli, turtures, volucres ſeminileges. Ex piſcibus, draco, ſcorpius, callionymus, cuculus, glaucus, perca, thryſſa, cōchiliorum omne genus, ſalſamenta, maxime marina, mox fluuiatilia, tum paluſtria ex ſalſamentis, percæ ſicciſſimæ. Panis ex tota farina, clybano coctus, & ſubcinericeus, hordei polentæ: ac farinæ vetuſtæ, holera aceto cocta.

Potio, vinum auſterum, nigrum, vel cereuiſia aceſcens.

Ædes

Ædes ad septentrionem, loco edito.
Vestes tenues,& raræ.
Hos iuuat sub veris finem, sanguinem deplere: ɔ redundantiæ modo,ac viribus indigentis.

Cal. siccum.

Vehementibus abstineant tam animi,quam cor- ris motibus, hilariter degant,vmbratilem vitam tentur,& lentis motibus gaudeant: exerceant se rce,pane prius sumto,eoq. in corpus ante exerci- ionem initam digesto. Si vehementer calidi & ci sint,exercitatione abstinendum, & ambulatio itutina multa,& balneum tepētis aquæ ieiunum ercitationis loco esse poterunt.

Ad cal. siccum.

Si valde sicci sunt,etiam secūdum cibum balneū gredi iuuabit,item secundum cibum somnus & à ndio breuem somnum captare conuenit: & fri- i interdum ex aqua, & oleo his vtile: à cœna sur- it tantum somno indulgeāt liberali, strato mol- sculo. Venus rara.
Alimenta sint consistentia molli, interdum actu gida:& ex his pisces & piscium capita ac ventres, carnibus:domestica,herbiuora,multibiba, tenel- ex sanguia,fœmella,castrata,alba,nuda,minus ex- itata,ex locis humidis,nec æstuosis petita. Iuscu- rebra,cibi pauci & frequentes Suum petunculi, iculi,rostra,alæ, & partes omnes extremæ. Suc- um acidorum intinctus.
Panis hordeaceus, vel auenaceus, aut ex vetustis nis,maza oxygala,fructus cum aliis cibis.
Lac tenuissimum,olera insipida, acida.
Potus dilutus, & satis largus,etiam frigida pota- interdum.
Ædes ad aquilonem & occidentem: loco humili, depresso etiam fluuiis vicino.
His conuenit purgatio,maxime æstatis initio. ex ɔlagogo,& æstate media vomitum irritare: radi-

cum raphani ſucco epoto drach.3. ex oxymelite:vel ſeminum drach.ß ex hordei decocto: ſi ad vomendum ſit aptus,id eſt,nec collo lõgo ſit,nec anguſto, nec ſcapulis alatum inſtar exſtantibus, nec thorace anguſto:tũ namq. purgare foret tutius per ſedem.

Deflectens ad frigidum humidum.

Ad frigidum humidum.

Matutinæ deambulationes multæ, ac labores multi.

Balneum calidius,frictio ex oleo chamæmelino, anethino,&c Sudores:ſomnus à matutina deambulatione,cœna cõtenti ſint tantum, & à cœna deambulatio, ſitientes dormiant, deambulatio acuta,ab exercitatione à cœna tarda, in tepore, nocturna itinera.Purum ſe frigori exhibeat frigidus, humidus, præterquam à cibis & exercitationibus Sol, ignis, coitus,ſomni longi,ieiuni: item vigiliæ ieiunæ: & ſtratum durum horum corpora emendant.

Nutrimentum calidum, carnes ſucci boni, etiam vino conditæ & ſale,ſuis ſylueſtris caro,omne volucrum genus ex locis æſtuoſis & æditis:palumbis,columbæ,perdicis, galli,turturis, ſeminileges omnes, ſylueſtria omnia,parcibiba, exercitata,vigentia, piſces ſicci,draco,ſcorpius,callionymus,perca,&c.Frixa,toſta,aſſa potius quam elixa,& pipere,vel caryophyllis & vino aſperſa.piſcium partes ſupernæ, & caudæ proximæ.Conchilia omnia;ſalſamenta,panis purus,& bene fermentatus,& ſale conditus: Sorbitiones nullę,& ſi quę ſint,incoquantur thymus,roſmarinus,ſaluia,&c.Potiones parcæ, & meracæ: vina generoſa,& vetuſta.

Olera acria:allium,cepa,porrum,&c.

Ædes ad Orientem.

Veſtes vulpinis pellibus ſuffarctæ.

Hi purgandi phlegmagogo, autumno, aut veris initio,vel vomitu ſi ad vomitum apti ſint,& humor pituitoſus eo obrepſerit: vomitus, ex raphano,vel

iuglandis

uglendis iulis citetur etiam bis mēſe, per hyemem
otam, duobus diebus continuis.

Deflectens ad frigidum ſiccum.

Exercitatio modica, labores ſenſim adhibiti, le- *Ad frigidum ſiccum.*
iter calefacientes: citra ſudorem balnea calida, & à
ibo vnctiones & frictiones ex oleo, viſceribus vita-
is. Somnus prolixus, ſtrato molli, item à cibo: vm-
ra tepens, otium, mora in lecto multa, venus nul-
a, vita læta, & hilaris.

Alimēta mollia coctu facilia, domeſtica, nec cru-
iuora, nec voracia, herbiuora, haud frugiuora, mul
ibiba, tenella, minime exercitata: ex locis depreſſis:
iſces cartilaginoſi vino, & aromate cōditi: anſerum
arnes, anatis, & paluſtrium reliquorum: prius pul-
icula ex lacte aliquandiu nutritorum. Piſcium ca-
ita ac ventres, & ex his molliſſimi carne, & ſaxati-
es. Nutrimentum omne actu calidum, ſæpius ſum-
um, iuſcula crebra: lac aſininum & caprinum, cum
melle. Ex oleribus, rapum; ex fructibus, ficus viri-
des, botri vuarum, paſſulæ, pira matura, vinum ſatis
generoſum, ætatis mediæ, tenue & diureticum.

Ædes ad Auſtrum.

Veſtimenta ſatis denſa, & corpori proxima, per
frigora, oleo calefaciente delibuta.

Sub autumnum, hi ex melanagogo purgādi ſunt;
leuiter, & ex interuallo.

Hactenus de Prophylactica flectentis ſecundum craſin;
ſequitur ſecundum conformationem.

Eſtq. ad nimis raros corpore, vel denſos: reliquus *Conformatione flectens.*
conformationis flexus, quoad fieri queat, iam re-
cens nato puero ab obſtetrice, ac deinceps à nutrice
dirigendus.

Rari corpore.

Rari corpore, veſtibus ſe bene muniant, ex denſa *Rari corpore.*
textura, vel pellibus, nec niſi vncti in frigus prode-
ant: hos iuuat balneū bene calidū, & cubile durum,

& frictio dura, manu oleo myrtino, vel rosaceo dilibuta.

Rari corpore cum fere graciles esse solent, si impediat (hos namque tabes, deiectiones, destillationes, item viscerum, atq. laterum dolores fatigare solent) conandũ vt impleantur vino crasso, ac dulci: cibis crassi succi pro natura ac robore corporis. Exercitatio esto breuis, nec celer, & frictio mediocris ad carinum tumorem, nec vltra. His etiam commodum erit pice diebus tribus, quatuorve, interpositis oblini. Porro gracili ante balneum, ieiuno, corpus infricandum leuiter linteis, donec rubescat: deinde manu, frictione dura, non tamen multa.

Balneum sit aquarum dulcium, in quibus nec sudent, nec diutius immorentur, & à tepida exeuntes, in frigidam ingrediamur.

Corpore densi.

Densi corpore. His conuenit balneum temperatum, ex herbis aperientibus, & mollientibus conflatum: chamæmelo, nepeta, malua, pulegio, &c.

Exercitatio satis valida, & ex oleo anethino vel calefaciente, & attenuante alio; inunctio & frictio molliuscula.

Densi corpore obesi esse solent, & obstructionibus opportuni.

Obesi. Obesi plerunque acutis morbis capiuntur: & difficultate spirandi strangulantur: subitoq; sæpe moriuntur.

Densi, victu attenuante ad mediocritatem perducendi: pane furfuraceo, sale multo, cum cibis, capparibus frequentibus, & vini albi ac tenuis, vel cereuisiæ similis potione. Ex cibis, conueniunt pisces saxatiles, ac alii molli carne, friabili, ac alba præditi. Ex auibus, auiculæ montanæ, passeres, turdi, merulæ, perdices, auiculæ turricolæ, & in vineis degentes, columbi agrestes, & ex eodẽ genere agrestia omnia, potius.

potius quam domestica. Panis hordeaceus. Ex oleribus, acria: vt eruca, nasturtium, &c.

Cibus non statim à balneo his dandus, sed prius somnus indicendus: & ab exercitatione ac labore, somnus ieiunus, & balneis iniiciantur sal, alumen, sulphur, &c. & frictionibus ieiunis his studendum, siccis linteis, crassioribus, atq. duris, frictione item dura ac multa ex oleo digerente manibus vnctis, anethino, chamæmelino, costino, & sale ac nitro corpus frequēter fricetur. Cibi minus sumantur quam pro exercitiorum ratione. Insolatus his confert, & semel in die (id est) prandio, cibum sumere: & interdum piper bibant ieiunius cum decocto radicum ac seminum apii, feniculi, anisi, &c.

Cum obstructionū metus sit, vtantur salsamentis, & oxymelitis potione: & si à iecore metus sit, agrimonia, asparagus, plantago, capillares, vsurpentur: radices feniculi & apii, &c. Si lien: cappares, cortices radicum capparum, cortices tamarissi, & ipsa tamarissi coma, & cetera iecori sympathetica.

Si pulmo, innula, passulæ, caricæ, ficus, pulmonaria, angelica, &c. huic sympathetica, vsurpanda.

Si renes, radices apii, feniculi, petroselini, asparagi, eryngii rusci, & cetera renes deobstruentia omnia. vino albo macerata, vel leuiter incocta.

Hactenus de prophylactica sanitatis nimiū flectentis; sequitur quæ diæta erroribus debetur: estq; secūdum diætæ partes, vel gestorum, vel fomētorum. Atq; ex gestis, primum erroribus quæ circa motus sui ipsius tantum gratia suscipiuntur: deinceps de ceteris.

Ad aluum adstrictam.

Aluus si adstricta est, solicitāda arte: videlicet terebinthina oliuæ magnitudine deglutita cum saccharo: ceterum adstrictam iuuabūt oua sorbilia, cochlearum ius cū beta, ac malua, serum lactis, cū sale,

Aluus adstricta.

aut melle, ad tres heminas: item herbæ mercurialis decoctum iuuabit, & glande interdum naturam irritare, ex melle, & sale tosto, vel ex ficu cum nitro.

Pueris & infantulis: betæ vel maluæ, vel mercurialis cauliculus sat is erit, hæc nisi prosint, clystere tentandum (non tamen continue ne natura spontaneę excretionis obliuiscatur) ex decocto caricarum, betæ, maluæ, quantitas ad corporis magnitudinem comparata, cum melle, ac oleo: vel oleum per se ad heminæ dimidium iniiciendum, omnia tepida.

Ad aluum fluentem.

Aluus fluens. Aluus si nimium fluxerit, vt molesta sit, & imbecillius inde corpus euadat, sistenda. Lacte bubulo, recenti, ad tertias cocto ac sumto: vel lacte candentibus chalybis laminis iniectis cocto, vel eodem è maris littore calculis candētibus exstinctis: aut quarta aquæ parte ad lac iniecta, atque ita lacte ipso ad dimidium cocto.

Item sacculus salis tosti ad ventrem applicatus, & ad dorsum hordei tosti aluo profluenti proderunt. Hæc si parum successerint, insessus fiant ex herbis adstringentibus, vel alia adstringente materia: polygonato, galla, quercus foliis, bistortæ radicibus, alumine, &c.

Fercula ex oriza, sorba, mespilla, mala cydonia ante alios cibos sumta, vel puluis baccarum oxyacanthæ cibis aspersis, &c.

Vrina nisi fluxerit satis, smyrnii, apii, fœniculi, rusci radicibus decoctis, & horum iusculo sumto, haustu satis largo, ieiuno, prolicienda.

Defatigatio. Exercitationem, vel laborem, si defatigatio consequatur: refouendum corpus, ac recreandum: atq. vbi quis insuetus laborauerit, aut multo plus quam solet etiam assuetus, huic ieiuno dormiendum est: multo magis si os amarum, & caligent oculi, & perturbatur, venter, tum non tantum dormiendum

ieiuno,

no, sed in posterum diem permanendum, nisi id quies sustulerit. quod si factum sit, surgere o-et & leuiter ambulare.

euat item lassitudinem, interdum laboris mu-o: insueti, consueto: & cũ hesternis pares hodie paulo minores exercitationes adhibere cõuenit ui ambulando defatigatur, hunc reficit in ipso ere frequens frictio; atq. post iter, primum sedi-einde vnctio: tum aqua calida in balneo, magis eriores partes quam inferiores fouẽdo: atq. quo ficiscens minus lędatur: profectio ipsa ita suscipi-la inunctus proficiscens nec fortiter incedat, & æstatem fascia mollis, digitos sex aut septem la-quinq; autem cubitos nec minus longa, lumbos lia vsq complexa, obuinciatur: & baculo innita-. Cumq ab itinere cessatio fit; post vnctionẽ, pau-um cibi æstiui, potioq. modica satis erunt: atq; à ndio, antequam iter arripiatur conquiescẽdum si vero abeundi necessitas fuerit, & sitis vrgeat, uis polenta ex aqua cum salis momento bibatur, corpus à solẽ bene tegatur.

Leuantia laßitudinem ambulantium.

Hyeme si profectio suscipitur, vnctione prius ad-ita ex oleo calefaciẽte, hyemales cibi, copiose su-endi, & potio modica: cęterũ fascia longior esto, am æstate, nõ solum lumbos, sed & spinam & pe-us etiam complexa. requiescenti autem, (si vehe-ens interea frigus vrat) neq. vngi, neq. cibum po-nive assumere præstat, neq. alio quodam modo fici, si mansurus ibi sis: & ad hospitium veniens, uendus ad ignem subitus accessus, sed primum ambulet in loco egelido, & manus fricet, vt sen-n corpus calefiat.

Equitantes præter prædictas partes, valide ventrẽ feriorem, & inguina apprehendant fascia: & in teriore sedis parte, puluinar apponant cui inni-ntur, ad firmandum brachia & manus.

Equitantium.

Secundum longas profectiones, aliosque validos labores, etsi lassitudinem quis non sentiat, haud aliter quam si lassus esset, curetur.

Atque labores, si corpore inani suscipiantur, minus lædunt.

Nauigantium. Qui nauigat, & nausea premitur, si multum bilis euomuerit, vel abstinere à cibo debet; vel paululũ sumere. Si pituitam acidam effudit, cibum consueto leuiorem sumat, sin absq. vomitu nauseet tantum, vel abstineat: vel à cibo vomat: & à vomitu, panis vino aquoso, & odoro maceratus ingerendus, & naribus grati odoris admouenda, inter quæ acetum rosaceum, & stillatitia rosarum mirifice recreabunt.

Raucitas. Si cui ex vocis contentione raucitas oboriatur, arteria glycyrrhiza, & potiuncula dulci recreãda. Sin vero loquendo fessis, defatigatio sequatur, succurrendum vociferatione. Qui vociferaturus est, debet cum aluũ deiecerit fricari leniter ac præcipue partes inferiores: faciemq. spongia madefacere, aut abluere; & prius sensim loqui, ac per interualla mediocria & vociferando memoriter dicat, quorum meminerit, quæque multas habere lenitatis, & asperitatis mutationes videantur. In primis autem vociferandum est, vocem quã grauissimis fieri potest tonis producendo: tum ad acutissimos eandem redigendo deinde cum non multum in acuto sono permansum sit, retro vicissim paulatim reflectendum, vocem diminuendo, donec ad grauissimam, à qua ductum initium est, reuertatur.

Correctio vocis.

Vociferationis modus. Modus vociferationis est pro viribus animi alacritate, & vociferantis consuetudine.

Diæta æstuantium ex labore. Si quis tempore æstiuo, ex labore æstuat & defatigatur, ita vt corpus siccius, & calidissimum euadat, is fructibus vesci debet: pomis, prunis, cerasis, persicis, cucumere, pepone, &c atq. à balneo aqua primũ detur potui, deinde vinum modice dilutum, tum

vomitus

nitus citetur, post offerenda lactuca, deinde pe-
suilli probe cocti, ex aceto & garo, tū gallorum,
ue anserum ventres, atque piscis aliquis carnis
eræ, in sartagine coctus, gustet, etiam si velit ole-
aud mali succi & cucurbitam. his transactis, vi-
a aqua frigida valde dilutum bibat.

Qui vitam ex instituto suo degat, si ab exercita-
e æstuet, aquam frigidam fontanam potet.

Qui exercitatione, & balneis à cibo læduntur, hi
pulare debent ante cibum. cōtentione aliquan-
maiore, à cibo tardissime & iecori ne obstrua-
oxymelite consulendum, & omnibus attenuan-
s vtendum, dum mali metus cessauerit.

bi quis vehementer lassus fuerit, motibus mo-
atis moueatur, ac tardis: & quies frequens inter-
enda, qua quiete lassus oleo dulci atq copioso
ricandus, pluribus contrectantibus; ac deinceps
is solito parcior esto, & nutrimenti facilis.

assitudo duplex est, vel musculis puris: vel inqui- *Lassitudo duplex.*
s. Musculis puris, lassitudinis sensus tensiuus es-
olet.

assum tensiuo iuuat pauca & mollis, ex oleo e- *Musculis puris.*
do frictio, cum somno & quiete: aut lotio medii
peramenti, atque in calida pluscula mora, bis vel
lauando, ac post inungi debet antequam vestia-
etiam die postero, cum è lecto surgat.

nquinatis musculis est vlcerosa vel phlegmono- *Musculis inquinatis.*
lcerosa accidit malis succis & acribus præditis:
cedit recentibus cruditatibus, cum aut exercen- *Vlcerosa.*
immoderatius, aut in sole sunt morati: etiam sa-
ri corpori accidit si multo nimis se exercuerit.
uuat hos frictio mollis multa, & plus frictionis,
bus sub cute tantum; motuum plus, quibus pro-
dius in musculis sentitur lassitudo. Alantur vbe-
tensiuis, & nutrimento solito humidiore.

hlegmonosa, ex vehementibus motibus nasci- *Phlegmonosa.*

tur:&eos maxime inuadit qui exercitationibus minus sunt assueti.

Cura: oleum tepidum, cum frictione mollissima, & longissima in medii temperamenti aquis mora; & si aqua paulo tepidior fuerit, iuuerit magis: multa quies, nutrimentum humidissimum, & refrigerans, parcius quam in reliquis: his etiam sanguis vacuari salubriter poterit, vsu cum viribus collato.

Hæc de lassitudine.

Sin vero labor tantus sit, vt corpus inaniatur, & squalidius multo euadat, est obstandum arte maiore.

Inanitio corporis ex labore.

Huius inanitionis gradus sunt duo.

Signa communia sunt: horrores à deambulationibus matutinis, & exercitiis, capitis vna grauedo.

Cura communis: calida lauati. molliter cubare, laboribus & ambulationibus moderari; vngi & fricari modice: cibus copiosior esto, solito humectior, & succi boni, & sensim appositus: potus mollis.

Primi gradus inanitionis ac leuioris cura.

Cura primi gradus inanitionis.

Vnctio & frictiones ante prandium adhibeantur, & die primo largius solito prandeant, & vini mollis quod satis est, bibant: & à prandio, somno vtantur moderato: ad vesperam, vbi exercitiis leuibus vsi sint, & calida loti fuerint, cœnent more consueto, atque à cœna ambulationibus abstineant, sed aliquanto post tempore decumbant. Postridie in aqua lauentur, & somnis mollibus tempus transigant, & deinceps ad diem quintum, ad cibos & labores consuetos reducantur.

Gradus alter inanitionis.

Cura alterius gradus.

Signa. Ab exercitio mox, postquam corpus refrigeratur, horret: & stridor dentes, tremorque corpus occupat; somnoque grauantur; & expergefacti, sæpe oscitant, à cœna item palpebræ ipsis graues sunt.

Cura

Cura.

citationum dimidium auferatur, (cibus in-
nagis refrigerantibus atque humectantibus
n priore) ad dies quinque, & die sexto, tertia
borum ablatorū apponatur, post alios quin-
es, dimidium reliquorum laborum. id est, vna
estituatur, & post quinque alios, rursus ad
tos labores redeant, qui tamen solito leuio-
t.

Æstuans in balneo. alneo si quis æstuet, hunc acetum reficit; ore
um vel aceti penuria aqua frigida.

Otiosam vitam degens. otiosam vitam degunt, boni succi cibis vtan-
concoctu facilibus: nec tamen valde nutrien-
& alui subductio diligenter curanda, & vrinæ
tio: & frictiones ieiunæ moderatæ manibus
ante oleo quopiam delibutis: potio tenuis
iluta Venus his vtilis,

Toto die sedens. , toto die sedit, nihil huic currendum, sed len-
bulandum est, lenta quoque in balneo mora,
e cœna exigua huic prodest. *Ex otio ad exercitanes se traducens.* Qui ex segniore
l exercitationes se traducere volūt: & ad bal
acuentur prius veris initio sanguinis detra-
, vel venæ sectione, vel malleolis scarificatis:
i recusent, medicamento vacuandi sunt quod
am bilem & pituitam, & serosos humores de-
e queat.

Fatigatio ex motibus animi. ui fatigatio ex animi motibus ac laboribus
gerit: (obiecto mutato) alio animus ac sensus
antur, in quo haud ita laboret: ac tum modus
teneatur.

nterna meditatio, & contentio fit; à difficili-
l faciliora, atq. iucunda.

Defatigatio exteriorum sensuum. xternorum sensuum defatigatio fit, ab extre-
biectis, ad media sensus traducantur; atque si
nenter laborauerint, imperanda omnimoda
io, somnoq. si opus est, indulgendum.

I. Visus. Tum si visus ab obiecto nimis excellenti offendatur, prorsus aduersus color est adhibendus: vt *si ex solis splendore lædatur, niger adhibeatur.* Reficiuntur autem oculi colore cœruleo ac fusco: & superficie politis, & pellucidis: vt *speculis, aqua profluente, &c.*

Perturbationes oculorum à fumo factas, vel ardore, vel puluere, (mali caussis externis prius vitatis) oculi aqua dulci tepida lauentur primum, tū frigida: splendorem auersentur, & oculos claudant, & si necesse est, victu solito parciore interea vtantur.

II. Gustus Gustui amici sapores sunt, ex succis dulcibus, ac pinguibus: sin vero gustus ex aliquo offendatur, maxime pingues sapores conueniunt.

Stupor dentium. Dentium stupori ex alimentis, vel alio quolibet orto, portulaca mansa medebitur.

Thymoses Thymoses in tempore sunt alio traducendę: sensim, idque per media, maxime quæ corpus grauiter procellunt: vt *amor, ira, tristitia,* &c.

Signa amore captorum. Amore præter modum capti, oculis tandem caui fiunt, nec tamen lacrymantur: verum apparent veluti voluptate repleti: palpebræ ipsis frequenter mouentur; & cum reliquæ corporis partes non collabuntur, soli oculi his contrahuntur & concidunt. Pulsus (vbi vel audiunt vel vident amasium) subito turbantur; nec æqualitatem, nec ordinem seruant: tristes sunt & peruigiles.

Cura. Cura: hi ad balnea moderata, vini potionem, gestationesque, ac spectacula, & ad fabulas audiendas animis sunt abducēdi; interdum obiurgandi, & minis terror his incutiendus: & contentiones aduersus aliquos excitandæ, & ad alias curas ratio transferenda.

Amasium, quouis modo in odium pertrahendum; & ipse amore captus in omnem amœnitatem perducendus, & alio amorem flectere tentandum.

Ira

n aliquibus veneris vſu mitigatur, eodemq; *Ira.*
triſtitia. *Triſtitia.*
er modum triſtes vinum bibant, boragina-
ıgloſſatum, & in quo citrago, & radices gei
ınt: & muſicæ aliquo genere permulceãtur.

Qui intemperanter venere abuſi ſunt.

enſandi, calefaciendi, humectandi, confir *Intemperantia Veneris.*
ſunt: ac primum veſtimentis operti conqui-
ſomnoque ſatis indulgeant, donec corporis
tio ſubſederit: atq. poſt, cibus liquidus ſit, &
octu, & ſucci boni, potus aliquanto mera-
cibus ſolito parcior, dum ſe recollegerint.
ıis à prandio ad res venereas irritetur, quie-
portet, donec cibus reſideat: ſin autem à cœ-
eſſe eſt paululum ante dormire. Error circa
ereas, minor eſt in calefacto, quam refrige-
pleno, quam in vacuo: in humido, quam in
.

ſtrua ſi reſtiterint, tempore naturali, inſeſſi- *Menſtruorum obſtructio.*
mentis ac potionibus ex matricaria, nepeta,
o, maluis, artemiſia proliciantur. Et conſeruę
boraginis drach. 6. vel drach. 1. ex hauſtu ſatis
ini albi calefacti, ventre ieiuno.
aptæ ſint, in ſinum inſerendum rutam, cum
ritam: aut porri ſuccũ, aut leporis coagulum
endum.
rcendum autem his ſecũdum partes inferio-
frictiones cruribus adhibendę, & per arenam
ram mollem ambulandum, & Lacænarum
um more ad nates, ſaltandum, atque ſi opus *Menſtruorum fluxus nimius.*
lleoli, vel incidendi, vel poplites.
mis fluxerint, inſeſſibus, potionibus, &c. ad-
ntibus, vtendum: & quiete, & partium ſupe-
frictionibus.

Geſtationis Prophylactica. *Prophylactica geſtationis.*

gnans ſi pica laboret, omphacomeli bibat, &

portulacæ cremorem, & ipsam portulacam in cibo sumat: item cucumeris semen decorticatũ ex aqua.

Sin vero stomachus ex acri, acido, aut salso humore mordeat: ex aqua calida copiose hausta vomendum: & vinum fuluum, odoratum, antiquum, adstringens, bibat.

Potus esto moderatus, & præcordia stomachico vnguine fricentur; & molli lana contegantur.

Pedes si forte his tumuerint, malorum citriorum decoctis lauentur; & brassicæ folia imponantur, & obligentur: vel rosaceo aceto, & sale fricentur sæpiuscule.

Quinetiam si prægnans humentes valde locos habuerit, & ad humidum præter modum flectens, retentricem vteri vim imbecillem habeat: erinacei terrestris pellem vstam, ex aqua, aut vino, sumat: atque pudendi osculo eundem puluerem illinat: vel myrti baccas cum vino, aut oleo lentiscino vsurpet: atque myrti, rubi, camrubi, rosarum, & similium adstringentium, & siccantium decoctis, locos humentes irriget. Si austri, pluuiæq. occuparunt hyemem; ver autem & frigidum, atque siccum, exsistat: tum maxime grauidis ne abortiant cauendum.

Partus prophylact. ad difficilem partum.

Prophylactica partus. Partus si difficilis sit, iuuanda parturiens maluarum foliis substratis, quæ protinus à partu auferenda: & dictamnus quouis modo adhibendus: & cancri fluuiatiles vsti sumendi & oleum dulce, decoctum maluę; fœnigræci, seminum lini, mucilagines, infundendi: & inprimis oleum potum summo est præsidio.

Si feruor vrget, oua cruda, mucilaginibus misceãtur: atq. si vires deficiant, pane tosto, odorato. & cucumere olfacto, vel citreis malis sectis, & olfactis, vel deniq. iusculis analepticis recreentur.

Qui

j vigiliis ſqualēt,& curis exhauſti ſunt,hi quie-
omno tradendi, leni aquæ murmure, vel alia
s ratione conciliato: & balneis veſpertinis his
lum; vbi bene prius coxerint, & cibo hume-
e, & concoctu facili, vino largiore, tenui, nec
to. Caput oleo roſaceo, papauerino, vel ane-
,ad ſomnum & ſpiritus componēdos perfun-
am.item muſica lenis & ſuauis, & tanquam
um ſuſpendens his vtilis.
bi omnes euchymi ſint,& concoctu faciles: vi-
quod non admodum corpus feriat. Poſtea (vi-
recreatis) membra ſqualentia balneis hume-
a: verum his non eſt immorandum, ſed cor-
caput leuiter perfundendum, & inde in ſo-
deſcendendum; frictionibus & vnctionibus o-
s.
nguedo parturientis ſi impedimento fuerit,in
lo reſupinā figurare oportet: vt ad femina ge-
ucclinet inflectatque: quo vulua ad abdomen
ens,è directo oſtioli habeatur: ꝙ digito pingue-
delibuto,illinere oportet, & ſenſim aperire.
ui durities ſi impediat,ſuccurrendum clyſtere,
icæ calculus, eo depul'o vrina emittatur.
præter naturam figuratus ſit fœtus, naturalis
a reddenda: partim pellendo, partim adducen-
artim flectendo, partim in rectum agendo.
manum,pedemve, præmiſerit; non attrahere
nbrum prehenſum oportet, verum digitis hu-
o infantis, vel coxæ affixis,rurſus in locum con-
ētem id quod præmiſſum eſt, diducere: & ſi fir-
dhæſione totius infantis,indecora fuerit figu-
urſum prius ipſum ab vteri ore ſublime trude-
deinde prehenſum rurſus ad os dirigere.
i partus infixus ſit,componatur corpus ſitu con-
io: vt in contrarium reuoluatur: & quaſcun-
partes obſtetrix orificio propiores habuerit;

(modo ea figura exire fœtus poterit) eaſdem teneat:& ſic adducat:ita tamen,vt maxime caput infantis quærat,& ipſum teneat, & foris adducat. Sed ſi pedes propiores fuerint: ipſos teneat & adducere tentet.

Si hac arte embryon duci nequit, ad embryulciam eſt perfugiendũ. Adminiſtratur aũt hoc pacto:

Duriuſculo moderate ſtrato iaceat parturiens: & curuatis pedibus ſuis & tepefactis,ſpondis etiam lecti plantis affixis, & ſcapulis vel miniſtris firmatis, vel faſcia ad reclinatorium alligatis,qui facturus eſt contra inferius paulo ſedere debet & apprehenſum embryulci vncum abſcondere:.& digitis tepefactis, & oleo perunctis,atque in vnum conductis, embryulci curuedine manus ſiniſtra in orificium matricis iniiciatur. Et tentandum & quærendum, in quem locum embryulcum defigat. Atq; ſi partus in caput deſcendat;oculi, occipitium, & os aptiſſimæ partes erunt:ſi in latus,inter inguina, & coxas, defigi poterit:ſi per pedes deſcenderit, ſuper pectinem recte infigetur.

Si ex prædictis locis nullus inueniri poterit: vbicunq. loco vulnerato, embryulcum infigat: & erecta manu foras miniſtro tradat:Et eodem modo etiam alterum immiſſum alteri parti infigat,quem & miniſtro tradat. Ita autem æquabiliter infigi debent, vt cum conari cœperit parturiens, æquabiliter adduci poſſit.

Dein iube vt leuiter conari incipiat: ita vt cum matricem perceperit ad partem inferiorem,tunc & ipſa conetur: quoties vero matrix ſurſum aſcenderit,ne conetur. Ipſe vero digitus index ceroti inunctus, orificio matricis circumagatur vt illud aperiatur,& ſtrictura ſoluatur, & ſi quid ibi corrigendum ſit,id pſum corrigatur.Interea frequenter loci oleo calido, & mucilaginibus irrigandi.

Sin vero

n vero infans foras prodire aliquantulum visus
it partibus superioribus: iterum embryulci infi-
di, quod tamdiu ac toties faciendum : dum to-
corpus infantis prodierit.
n autem partes foras emissæ, nec embryulcum
ittant: nec reliquũ corpus exire sinant: vel pars
ntis aliqua præter modum grandis fuerit: aut
is mortuus (id quod ex frigiditate percipietur,
od nil mouetur nec quid pulsent arteriæ) Em-
otomia curanda, atque tum partes quæ foris
, primum secandæ, si intro detrudi nullo modo
ant.
infans hydrocephalia laboret, vulnerato occi-
o humor primum effundendus, vt vastitas suc-
it. Si natura grande sit, prius est manu constrin-
dum, vel occipitio vulnerato cerebrum effun-
dum.
autem in diuexum iaceat; & humeros lateri-
vuluę infixerit: & adhuc super vixerit, eius iugu-
rramentum infigendum: vt effuso abundanti
uine, corpus fœtus attenuetur. Sin venter hy-
oicus sit, & ipse vulnerandus. Manus & pedes et-
intus præcidimus ab articulis. Si vero magnitu-
e sua caput in interiore vuluæ parte absconsum
it, à gutture præcisum corpus, dextra manu ad-
imus.
xsecto tandem fœtu, omnes partes in mẽsa col-
ndæ, vt nil remansisse cõperiatur. Hoc toto ne-
o perfecto, vterus oleo calente, & mucilagini-
fouendus: & si sanguis fluxerit plurimus, restrin
dus: bolo, rosarum pediculis, &c.
i à partu puerpera non satis purgata fuerit, sub-
costum, pulegium, nepetam, satureiam, hysso-
n, & in cibo sumat nepetam, porrum, cuminum,
pi & olera acria, &c.
Hac de Prophylactica parte qua gestorum erroribus

debetur; sequitur quæ fomentorum.

Atq; primum aeris Prophylactica.

Prophylactica aeris.

Aeris grauitas luculento foco ex suaueolentibus corrigatur, & suffitibus ædium frequētibus, vel fuga vitetur: atq. (nisi pestilentia cogat maturare) à graui in salubrem migrandi, prima æstas commodissimum tempus erit. Sin vero ex anni tempore aer intemperatus existat: vel alias periculum minetur, tali Prophylactica obstandū, maxime vbi corpus, cum tempestatis excessibus consentiat.

Atq. hyeme (quę saluberrima est vt plurimum omni vento vacans) semel in die cibus sumendus, ac multus, nisi quis valde siccum & adstrictum vētrem habeat, & consueuerit sæpius, tum modicum prandeat, & ipsum siccū, sine carne, sine potione sumat. Victus totus esto siccus, austerus, calefaciens, meracus, panis multus; obsonia assa, potius quam elixa: potiones parcæ, meracæ: olera sicca atq. acria: sorbitiones parcæ admodum, vel nullæ, ac tum potio tanto parcior.

Labores multi: cursibus curuis, sensim accessione crescente: lucta in oleo, longa: & ab exercitio, deambulationes acutæ atq. celeres: à cœna in tepore tardæ, & matutinæ admodum multæ, tum nocturna itinera suscipi poterunt. Cum palæstra quis se plene exercuerit, ac lauari velit, frigida lauet: vbi alio exercitio, calida vtatur: & humidiores, ter in mense; sicciores, bis vomant à cibis omnis generis, post vomitum, sensim redeundum ad cibum consuetum per tres dies: ac tum laboribus lenioribus ac parcioribus vtendum: plurimis tamen, maxime diebus aquilonaribus, atque tum plus esse conuenit, diebus austrinis labores pares: cibus atq. potus parciores: stratum durum.

Si cui ex frigore raucitas contigerit, hanc vocis contētione arcere studeat: tussim vero inde ortam, sanat spiritus cohibitio.

uis nimis refrigeratus sit decumbat locis ca-
ibus,perunctus oleo irino,chamæmelino,&c.
bi modice incaluerit piper & myrrham, cum
ulci,odorato,ac veteri assumat:vestibus bene
sit,& sudet:potus sint meraciores. Per maxi-
gora iter captantes; oleo euphorbii articulis,
ribus extremis,illinantur;& vinum bene aro-
um prius hauriant: nec nō aromaticum quid
ntur,atq ore contineant.

Veris Prophylactica.

sim ab hyemali diæta,ad ver accedendum: ac
bores detrahendi, & cibis mollioribus & a-
oribus vtendum: & lucta cum oleo in sole.
mbulationes à cœna detrahendę pluies:pau-
mane.
za pro pane offerenda,& olera cocta sumēda,
onia elixa assis adæquanda, & balneis vtendū,
adendum parum,vel parcius quam hyeme.&
ibus vtendum primum quarto quoque die,
e per longius tempus. Atq; vere, alius vomi-
is sanguine,alius aluo,vacuandus pro natura
essitate.
latim cibo detrahendum, vt ad æstatem ac-
r:ac potio dilutior, caro elixa, atque olerum
enus tum tutissima.

Æstatis Prophylactica

as saluberrima, cui multum Fauonius spirat.
mpestate cibis mollibus ac paucioribus vten-
maza magis quam pane: potibus mollibus,
osis vtendum & pluribus:atq.prandio modi-
m ientaculo, & merenda,fructibus, vel cibis
oribus, euchymis, & liquidis: & fructus cum

s inter edendum vtendum satis largo: & so-
prandio leuis,huic tempori aptus. Per d.em
c bibendum: nisi corpus siccitate laboret.

Prophylactica veris.

Prophylactica æstatis.

olera acida,apoia,cocta,vomitio tantum,vbi repletio coegerit,venus admodum rara.

Laboribus ac curſibus leuibus vtendum, & exercitiis: curſibus circularibus, & rectis reuertentibus modicis,multo tempore, deambulatio eſto in vmbra,& lucta in puluere,ac volutationes in puluere:à cœna deambulandum non eſt, ſed ſaltem ſurgendum. Soles vitādi,item frigora,tum mane, tum veſperi,quæ à fluminibus, aut ſtagnis, aut niuibus exhalant. Hoc tempore iuuenibus,bene carnoſis, & calidis,die ſereno,ſub meridiem,& oleo vnctis,vtile eſt totos vel mari,vel flumini inſilire, & natando ſe exercere.

Hæc ad ſolſtitium æſtiuum gerenda,quo tempore omnia ſicca adimenda & calida: etiam panes,niſi voluptatis gratia concedantur: nam ſequenti tempore vtendum mollibus ac humidis,refrigerātibus, ac albis vſque ad æquinoctium per dies 90.quies,ac laborum diminutio.

Si quis fortaſſis ſole aduſtus ſit: locis aeri expoſitis decumbat:atq. facies,manus &crura,frigida perfundantur. Si ſiti conficiatur, qui aſſueuerit, frigidā aquam bibat:ſenſim hæc omnia: interea cibus eſto modicus atq. humidus. Quibus per ſoles neceſſitas incumbit proficiſci, his caput & corpus reliquum,à ſolis radiis bene tectum ſit: & ſi oleo violaceo prius inuncti fuerint,æſtum facilius ferent. Si ex ſole valde ſqualeat,& ſiccus euadat:huic in balneum protinus eundum,perfundendumque oleo corpus & caput,deinde in dolium bene calidum deſcendēdum eſt,tum multa aqua per caput infundēda: primum calida,deinde frigida.

Prophylactica autumni.

Autumni Prophylactica.

Ab æquinoctio per autumnum ad hyemem lente accedēdum: quo tempore mutationes frigorum ac teporis,veſtitu craſſo vitandæ. Item in veſte tum exercen-

endum: frictione ac lucta in oleo, vt sensim
io crescat; & deambulationes in tepore fiant,
dis lauacris vtendum.
mni diurni detrahendi: ac cibis vtendum cali-
bus, ac minus humidis: & ipsis puris & potibus
oribus, verum mollioribus, non tamen aquo-
leribus quam æstate minus. Venus parca, aut
:frigidæ potus tum fugiendus: maxime frigus
æ, ac meridianus ardor cauendus: atque tunc
ere) vacuationum aliqua molienda. Neq; sine
, nec sine calceis prodeundum: præcipue die-
igidioribus. Neq. sub dio pernoctandum, nisi
tectus sis.
bus paulo plenior, & potus parcior. Atque hæc
hylactica esto: aere elemētaribus qualitatibus
nperato.

Pestis Prophylactica.

n autem aer venenatus pestilētia fit, vel immi- *Prophy- lactica pestis.*
pestis metus: ac fugere datur, cito ac longe fu-
dum ac redeundum tarde: cito, i. quamprimum
pestis affuturæ apparuerint: quod ex signis se-
ntibus percipietur.
nni tempora suam temperiem non seruarunt:
ime si ver frigidiusculum ac siccum; æstas post
lior & humidior fuerit: & totus añus sit austri-
nec austris vehemētibus, pestis futura metuen-
tem si à vētis omnino aer siluerit, aut turbidus,
ebrosusq magna ex parte fuerit: cumq. pluuiam
minetur, nec tamen pluat: & si eodē die, modo
us, modo calor alternauerint: aerq. nunc turbi-
nūc clarus existit: & sequente die mane sol in-
nebulas puluerulentus apparet; item quando æ-
e à pluuia subito, magna ranarum diuersi coloris
iæ visitur & numerosa insectorum copia scatet:
nq. ranarum caudatarum, serpētum & similium
les vbiq. occurrens. Cumq. lumbrici populariter

grassentur morbilli, & variolæ frequētes. Porro annonæ caritas præcedens,& abundantia sequens, omnisq. fames populariter grassans, pestis caussa esse solet.

Si superne aer infectus fuerit,aues relinquunt nidos,aeris color subluteus esse solet:& sol sæpe pallescit,certe planetarum cōgressiones: vt Saturni coniunctio cum Marte,vt tradunt Astrologi & cometarum ortus,aliæq impressiones igneæ locis imminentes,his pestem de cœlo minantur,tum montosi abrepti,conuallium habitatoribus portendunt. Adhæc si volucres volando intereant & altum volare soliti,humilius volent.

Sin vero à terra pestis sit, agri & fontes fumātes, graue olent:& terræ fructus cito putrescunt:& fungorum atque herbarum fœtidarum copia scatet,& quadrupedes maxime omnium oues, tum primum intereunt, & volucres prope terram volare solitæ, sublime petunt,& in cauernis latitantia prodire solēt:mures,scorpiones, talpæ atq.troglodyta reliqua.

Ab aqua si pestis sit,pisces mali odoris, atq. saporis sunt,& commoriuntur.

Atque his pestis signis apparentibus,vel horum aliquibus,cito fugiendum,& longinqua regio sit,in quam fugias: etiam si fieri potest, altos montes infectis locis habeat oppositos: & loca in ascendente, & eius horoscopo conuenientia vnde fuga fit, vitentur.

Et antequam totum solum contaminetur, maturandum gradu lento,cautione summa, ne per loca infecta iter fiat.

Reditus tardus admodum sit, domo prius ignibus,& suffitibus purgata.

Quibus vero non datur fugere, neque aer correctionem facile admittat:secundum Deum,Prophylacticis his fidendum.

Ac

Ac primum purgamenta omnia vicorum, atque
ium depurgentur: feles omnes & canes interfi-
ntur: & diebus singulis, in publico, ad vesperam
nes accendantur, quamplurimis in locis, ex mate-
odorifera, pura, sicca: vt iunipero lauro, cortici-
s aranciorum adiectis, absynthio, libanotide, la-
ndula, saluia, &c.

Conuentus frequentiores interdicendi, & ne
od edule putridum venale sit curandum.

Aer vitetur nimis patens & angustus nimis. *Aer.*

Raro, idq. tantum cœlo sereno prodeundum, &
dium fenestrę semper diligenter occludantur. Aer
æstuet temperandus, semperq. siccandus est.

Qui domo egredi coguntur, haud prius exeant,
uam sol vaporem nocturnum, & nubium obscuri-
tem prorsus discusserit, vitent hominum turbam,
arctius consortium, præsertim vbi adhuc sunt ie-
ini; nam tutius est semper pransum domo egredi
uam ieiunum, etiam optimis præsidiis munitum.

Faciem ab eis vertant quos alloquuntur, & ven-
um si quis afflauerit, à tergo accipiant.

Ædes sint speciosæ, & plurimis cubiculis instru- *Ædes.*
tę, in quę frequens fiat mutatio, dū reliqua interea
ero ac mane, igni ex odorata materia purgentur:
naxime tempestate pluuia ac nubila.

Ad ignem minime accedendum, nisi vbi frigus
viget: aere æstuante parcendum igni, post quem
ccensum aer denuo est refrigerandus: & semper
eris qualitati excedenti (nisi ea siccitas est) resi-
stendum.

Cubicula, ædes, lecti, ac vestimenta, materia odo-
rifera, ac aromatica suffiantur: & odoramenta con-
traria tempestati vsurpentur, nisi caput graue sit aut
fluxionibus opportunum, tum his abstinendū, ma-
xime admodum odoratis, & caput ferientibus.

Ex locis infectis allata chirotecis tractāda omnia;

& si edenda fuerint, abluantur, excorticentur, vel etiam coquantur atque ab infectis locis omnia diligenter cauenda

Vestimenta nec valde calida, nec grauia ex materia fiant spissa, textaq. pressius, nec vitiosa: maxime ex coriis puris hircinis, & ex serico omnes, holoserico excepto, item ex camelorum pilis confecta.

Sæpius mutentur vestimenta & suffiantur, præcipue indusia & corpori proxima, indusia lota prius, & munda stillatitia rosarum madefiant, in qua camphoram, & sandalũ dilueris: Si tempestas fuerit calidior; sin frigidior, ex materia calida, ex decocto ireos vel aquæ angelicæ, &c.

Vestibus reliquis quæ madefactionẽ non ferunt, adhibeantur suffitus pro anni tempestate, & corporis temperamento.

Diæta. Diæta reliqua in his tribus consistat: vt nec calorẽ reddat auctiorem, nec corpus immodice humectet, nec multum cogat respirare.

Exercitia. Plus quieti quam exercitiis dandum, & exercitia vehementem & crebram respirationẽ ne reddant. Ambulatio lenta sit, & loco temperato, & igne, vel suffitu purgato. Si locus salubris sit, sub dio: sin suspectus, sub tecto amplo, & maior ratio habenda loci, in quo exercemur, quam in quo quiescimus. Hora exercitio esto matutina, postquam sol vaporem nocturnum plane discusserit.

Qui per loca infecta peregrinari coguntur, noctu se committant itineri, nisi plenilunium sit.

Alimenta moderata sint, & quantitate & qualitate, nisi tempus, aut proprium temperamentum aliud suadeant.

Arida edulia sint omnia, & locis altioribus & odoriferis nata, nonnihil item acerba vel acida, facilia coctu omnia, & euchyma.

Panis sit ex tritico locis soli patentibus nato, & simile

e ad cereuisiam frumentũ, solo non stercorato,
na sint aut bima, ante pestilētem aerē collecta.
luic pani iniiciatur hordei, aut speltę pars aliqua,
ime sit fermentatus, & sale conditus: furno pri-
o coctus, & ligno puro, vel alia materia pura ca-
cto, & coctus biduum, iam molliusculus edatur.
nterdum & biscocto vesci iuuabit, azyma omnia
rustis incocta fugienda.
Carnes sint ex siccissimis, vel arte siccatis, vt suilla
a & macrior prius frixa ex aqua & vino partibus
ais, mox craticula tosta, tum incisa & condita, a-
o & saccharo, demum aspersis. Vitulina assa, ex
phacio esa Veruecina assa, & prius modice salita.
niculus tenellus, lepusculus, volucres si pestis
ssa est superior altissime volantes, & nidulantes.
vero aer superne infectus sit, propius terrā vo-
tes & commorantes, vt perdices, phasiani, & aui-
æ nemorales, item gallinæ iuuenes, quæ oua par-
iunt, & ex his nigræ, capi iuuenes. Et pulli galli-
ei, omnium carnes recentes sint, hepata gallina-
a, caponum, & iuniorum gallorum, testiculi, re-
iorum præterea viscera nulla, assa potius quam
xa omnia, humore proprio, ac suo turgentia.
Æstate à carnibus abstinendum nisi consuetudo
id suadeat, & etiam reliquis temporibus piscium
ibrium vsus esto frequentior. Ex marinis saxati-
& squamosi. Aselli recentes, mulli erythrini, bu-
ssi, passeres, rhombi, lupi, mugiles, auratæ phyci-
, coracini, gobiones, merulæ, paguri, turdi, psitta-
rachuri. Ex fluuialibus trutta, salmo, vmbra, lu-
s, mullus barbatus, carpio, astacus. Ex amnibus
is, atq hi magis æstate conueniunt, pelagii cete-
temporibus.
Hyeme assi aut frixi in craticula, ex pipere pauco
cinnamomo, vel cepa, vel aceto vel omphacie
nedantur.

Æſtate elixi ex petroſelino, ſale pauco, & oxalides, vel aranciorum ſucco. Oua gallinarum recentium, ſorbilia condita agreſta vel omphacio, vel arranciorum ſucco. Ex fructibus dulcibus caricæ tantum ac paſſulæ. Horrarii corrigantur cepa, porro, pipere, croco, &c.

Sumantur fructus & olera cocta prius, ſub meridiem.

Ex fructibus acidi ſunt aptiſſimi, vt mala punica acida, vel acido dulcia, & medicorum genus omne. Calidioribus tamen, menſa prima, & ante cibum: frigidioribus menſa ſecũda, pruna acida, poma curtipèdula, ſorba, meſpilla, cydonia, pira hyberna. Secundis menſis, item iuglandes recentes, auellanæ, amygdala & fructus duriores: ex leguminibus, faba, freſa & pyreta, ex ciceribus, piſis, lentibus addita oxalide, petroſelino, croco; cinnamomo, atq. cremore inceruiculo traiecto & iterum cocto.

Ex oleribus acida conueniunt maxime, vel aliquatenus amara & oxypara, ex lactuca, cichorio, endiuia, oxalide, portulaca, & ſimilibus coctis, & aſperſo ſale.

Quouis anni tempore conueniunt, borago, bugloſſum, cichorium, endiuia, oxalis, pimpinella parua. Olera acria hyeme, æſtate frigida humida. Sic in iuſculis hyeme ſaluia, mẽtha, thymus, &c. Olera ter aut quater lauentur, aqua tepidiore priuſquam vſurpentur: aſparagi, & lupulus, rapus, napus, paſtinaca, cepa, raphanus, omnia conueniunt.

Æſtate conueniunt iuſcula glaciata tam ex pulpis carnium quam piſcium, condita ſaccharo: vino albo, vel aceto, croco, cinnamomo, ſantalis.

Cappares ſale conditi, & aceto prius leuiter cocti, oliuæ, condimenta fere omnia acida, vel auſtera, niſi ventriculi frigiditas impediat: atq. tum aromate aliquo, vel mentha corrigantur.

Pinguia vitentur omnia.

Aqua ad omnes vſus eſto ſaluberrima: ex cœleſti ciſternæ puræ, ſuperne fluitans, ſi cauſſa peſtis ſit ferioris ſin ſuperne aduenerit corruptio, ex puteo ofundiſſimo hauriatur, aut ex amne, vel fonte.

Fontana vel putealis, non prius hauriatur, quam radiis, atq calore puriorem effecerit. Sin inſalu-s ſit, coquatur cum pauco aceto & hordeo, vel miſſa panis medulla.

Purgabitur optime, ſi chalybs, argentum, vel au-n candens, ea frequenter exſtinguatur.

Vinum ac potus omnis, eſto aquoſum, ac tenue: um album, vel ſubrubrum, odoriferum, modice terum, niſi ſenectus, quidve aliud meracius po-let. Hydromeli ad acidum vergẽs, cereuiſia mul-præſtat.

A paſtu ſitientes, bibant ex aqua frigida ſyrupum toſum ſimplicem, aut iulepum roſaceum.

Potus ac cibus; ſolito parcior ſit: & quibus eſt de-a appetentia, condimentis excitanda.

Prandium cœna lautius eſto: cœna parca, inter-n nulla: iurulenta fugienda, vel tanto parcius bi-dum.

Cibus ſaluberrime in tria tempora partietur vel ra; ientaculum, prandium, merendam, cœnam.

Cibus eſto bene maſticatus, & potu aliquanto v-ior.

i aluus adſtricta ſit, (inter alia) catapotia alexi-rmaca ſumi poterunt, horula ante cœnam.

udor ſpontaneus nec inhibendus, nec prouo-dus.

Iane corpus manibus propriis leuiter fricãdum s, ac mũdis vel chamæmelino, &c. vnctis, ſi cor-denſum ſit, ſin rarum, myrtino, aqua roſacea ca miſta.

aput conſuetis, eluendum ſemel hebdomade

lixiuio ex odoratis,libanotide,lauro,lauendula.&c.

Pedes lauentur decocto rosarum, foliorum vitis, salicis,arundinis,chamæmeli,& pauco salis adiecto.

Venere raro vtendum, forte septimo quoq. die, vel rarius, pro corporis natura.

Somnus esto satis prolixus, nocturnus, longissimus à cœna cubiculo prius suffito.

Ex pathematis, mediocris hilaritas, cum eximia animi securitate tantum iuuant.

Si sanguis redundat,vena secanda consuetis & ferentibus, quibus non conuenit, inedia, & frictio adhibenda.

Simul atq. suspicio est aeris corrupti,sanguis mittatur luna plena (si fieri potest) primum à dextro, mox à sinistro. Modus vt corpus oneere, & mole liberetur.

Sin corpus cacochymiæ particeps sit,lenibus medicamentis purgandum;& endiuiæ, cichorii,fumariæ,lupuli,boraginis, scabiosæ, marrubii, angelicæ, tormentillæ,pentaphylli (quæ item solutiuis incoquantur) frequens vsus esto, & partibus sympatheticorum vsus esto frequētissimus; & pillularū communium:vt,Rec. aloes optimæ drach 2 myrrhę electissimæ drach. 1. Croci orientalis drach. f redacta in puluerem excipiantur syrupo absynthii, vel acetosi simplicis,vino albo,aqua scabiosæ,&c.

Sumantur in crepusculo diei aut noctis, ventriculo inani,singulis hebdomadis drach. vna in nouē pillulas partita;primo die vna sumatur; tertio tres; quinto quinq. vel contra.

Aluo valde adstrictis, clystere vtendum, & vrinæ secretiones fiant ex diureticis leuibus, corpore puro,aut prius purgato.

Admodum cacochymicis,tibiæ vel brachia,ferro inurantur candenti, aut vlcera caustico potentiali irritentur.

Cutis

utis si adstricta sit: corrigetur frictione & bal-
,&c.
retiosi lapides tum gestentur: granatus, carbun-
s amici cordi, smaragdus cerebro, sapphyrus he-
corallus, ventriculo, hyacinthus, topazius, acha-
x vniones omnes aduersus pestem. Item cor-
nicornis, vel cerui, sumatur frequenter.
ydrargyrus auellanæ testa inclusus, & collo ap-
sus: item arsenicum rubrum, & crystallinum,
a mucilagineque excepta, & rubetæ puluere
isto, colloque appensa pro magnis amyletis ge-
tur.
edoaria, angelica, cortices aranciorum & ci-
rum, masticentur frequentissime: & gingiuæ, ac
tes, omni sorde careant: & panno aspero, vel
tifricio, fricentur: & paululum decocti folio-
lauri, vel corticum mali citrei, naribus hauri-
ır.
æpe facies & os lauanda frigida, tantillo aceti
ixto, olfaciant mala arancia, citria, rutam, &c.
oma aromatica, & suaueolentia, gestentur ap-
sa collo.
um frigidus est aer mane, panis assi modicum
atur, vino odorifero intinctum: interdum cari-
na, nucis iuglandis minime rancidæ dimidium,
ı rutę quinque, salis momentum, in bolum con-
sumātur. Vel puluis hyperici pondere drachmæ
ıs, vel 2. ex aqua buglossi, vel pulueris scordii ve-
ntundem.
n æstus fuerit, iuuabit micam panis sumere suc-
monum, vel aranciorum maceratam: item oxa-
s certa folia in aqua & aceto prius mersa, & pro
:aculo sumta.
in hyems sit, theriaca: ætate, à quarto ad duode-
ũ, adultis drach. 1. pueris drach. ſ. aut d. 1. sex ho-
nte cibū ex sacchari puluere deuorata, magno

erit præsidio. Calidioribus tempestatibus electuaria frigida, vt diatrion santalon, disarrhodon abbatis, &c. Alexiteria hæc in quotidiano vsu esse debent, vt diebus singulis, mane, eorum aliquid sumatur: modo pillulæ, modo theriaca, atq; in nouiluniis, & pleniluniis, maxime cura gerenda.

Hæc de pestilentis aeris Prophylactica.

Sequitur errorum circa cibum ac potionem.

Prophylactica errorum circa cibum ac potionem,

Si quis se nimium impleuerit: (quod secundum inediam præcipue fugiendum) pro impletionis modo, vacuandus: atque si ventriculus crapula laboret, hæc ipsa est eiicienda, si recenter ingesta, euomenda, sin vero a cibo satis multũ temporis elapsum fuerit, clysterib. potius est aluus irritanda & tepidis epithematis mitiganda: si cibus corrumpatur. (quod ex nidore ructus apparet) ex vini dulcis potu, vel alia qualibet arte, pro viribus corporis vomendum.

Repletio.

Si ex repletione singultus oboriatur: spiritus cõpressio, vociferatio cum multo clamore, sternutatio, concitata deambulatio, vel triste quid inopinanti nuntiatum, singultum soluent.

Atque cum quis satur est, nihil ei tum agendum, & si post aquam frigidam parce biberit, tum paulisper vigilet, deinde bene dormiat, multo facilius coxerit.

Si interdiu repletio fiat, post cibum, nec frigori, nec æstui, nec labori, se debet committere, & si satietas ex cibis tenuis succi sit, minus tædet quam ex crassis & valentis materiæ.

Si puer nimis expletus fuerit somniculosior statim euadet, & torpidus: venter intumescet, & inflabitur: & vrinæ reddentur aquosiores: atque tum ei nihil exhibendum antequam prius ingestos cibos consumserit.

Crapula.

Si crapula sit, eaq; ex potu, vel potando quis excesserit,

it,nihil fere edendum ei: sin ebrius ex eo eua-
ontinuo vomere studeat, ex aqua mulsa pota
er,dum plurima iecerit, & morsus obtuderit:
omitus solio vtendum cum larga vnctione,
o vero tempore quiescendum,ita vt sub te-
dormiat longissimo tempore, donec temu-
soluatur.
uis aduersus ebrietatē muniatur,vel potando
lædatur, brassicam edat, & amygdala, & ab-
i comam ante potationes bibat, & si ex vino
s percipiatur, aqua frigida bibenda est, & po-
rursus absynthii cremor sumendus.
ii vehementer crapuloso, & assidua cruditate
nti,incubus (id est, suffocationis in somno i-
atio,& velut ingruente aliquo oppressio cum
iandi impotētia, aut vociferatione nil signi-
)huic vena secanda,purgāda aluus, & corpus
vacuandum Purgationes autem fiant cum
it veratro nigro,vel confectione hamech:vel
iacolocynthidos, &c. victus tenuis sit, & fla-
tum cautio esto maxima. Cruditate diminu-
res plus solito inualescant. His conuenit &
im pæoniæ quindecim grana nigra, cū aqua
sidue bibere.

Hæc de crapula

onsuetudine ingurgitandi corpore repletus, *Repletio particularis.*
od cibus labores superauerit, quis plenitudi
ret:hæc sensim est diminuenda.
ctio autem illa est vel secundum partes ali-
pletas, vel corpus totum.
ndum aliquas, est vel secundum partes pu-
el corporis habitum.
icas, vel secūdū caput, thoracem, ventrem,

tis repleti signa sunt: vertigo, capitis dolor, *Capitis repleti signa.*
iorum grauitas, aures sonant, tempora gra-

ſaliunt, oculi mane illacrymantur, caligantque, nares opple tæ odorem non ſentiunt, dentium gingiuæ attolluntur.

Prophylactica. Prophylactica: ſummitates hyſſopi, vel origani terantur, & in ollula cum muſto aut ſapę dimidio heminæ deſeruiant: & iuſculum ieiuno abſorbeatur, ad os colluendum, & gargarizandum, vel ſinapi mulſa dilutum calida, eodem modo gargarizet capite prius operimentis calefacto.

Thoracis repleti ſigna. Thoracis repleti ſigna: totum corpus incipit ſudare, lingua fit craſſior, ſputum ſalſum, aut amarum, aut bilioſum exſiſtit, dolor coſtas & ſcapulas, ſine occaſione occupat: oſcitatio frequens, vigiliæ, ſuffocatio, ſitis ex ſomno, animus triſtior, pectus frigidum, brachia & manus tremiſcunt.

Prophylactica. Prophylactica: vomitus poſt cœnam, ſine repletione & vomitiones ante cibum: vomiturus autem radiculos tenues præſumat, naſturtium, erucam, ſinapi & portulacam, & mox aqua tepida ſuper bibita, contendat vomere.

Ventris repleti Prophylactica ſigna.

Ventris repleti ſigna. Venter cruciatur, turbaturque, cibus & potio amaræ videntur, genua grauantur, lumbi nequeunt flecti, crura torpent, & totum corpus ſine occaſione laborat.

Cura. Cura: venter his molliendus betis, mulſæ incoctis, alliis elixis, malua, lapatho, mercuriali herba, & ex melle confectionibus, cnici ſucco iniecto, ſi neceſſe eſt.

Si hepar, ac venæ ſanguine turgeãt, vel vires ſanguinis copia premantur: aluus molliter prius ſubducenda, tum ſanguis pro redundantia, ſemel vel partile, pro viribus redundantis mittendus, atque ad hoc vernum tempus eſt commodiſſimum: mox autumnale, ſi differre licet.

Si plenæ ſunt venæ, ex hæmorrhoidibus vel men-

tardantibus, venæ circum malleolos vel ape-
læ: vel loca illa ſcarificanda: prius ex vena he-
a ſatis copioſo ſanguine pro viribus exhauſto,
tempore, repletionis modo & conſuetudine.
circum veſicam plenitudo grauet, pleni ex ci-
odico eſſe videntur, inflationes ventris vrgēt,
s, pallor totius corporis, ſomni graues, vrina li-
& vix erumpens, naturalia tument. Prophyla-
vrinam cientibus opus eſt, videlicet radicibus
culi, apii, ruſci, aſparagi, in vino albo odorato
ratis, & diluto ex his, duobus cyathis poto, ma-
ebus ſingulis: vel aqua helenii, ſmyrnii, dauci,
ſta.

Repletio veſicæ.

Hæc de plenitudine partium publicarum eiuſq; Prophylactica.

corporis habitus tantum repleatur, exercita-
s, frictiones, vnctiones, balnea repletionem
bunt.

Hactenus de particulari repletione, ſequitur corporis totius.

orpus totum repletum fuerit, prędicta omnia
enda, a ventre ſumto initio.
nitudo totius eſt duplex, vel qualitatibus tem
a, vel intemperata. Temperata quãtitate tan-
noleſta eſt, & vacuationem tantum poſtulat.
mperata duplex eſt, vel tanta vt in ventrem
gitet, vel conſtans. Regurgitantis ſigna: *Somno grauitas capitis, & palpebrarum.*
gurgitans eſt duplex: doloris immunis, vel do-
aſſi particeps.
loris immunis gradus habet duos: Primi gra-
gna: nares citra manifeſtam cauſſam implen-
cœna: & quamuis repletæ videntur, nihil ta-
emungunt, aut ſpuunt: & progreſſu temporis,
bras graues habent, & pruritus frontem occu-

Repletio totius corporis.

Temperata.

Regurgitans.

Doloris immunis,

pat,& a cibis abſtinent, & bibere minus poſſunt, & habitus tandem fit decolor: atque hæc ſigna gradus primi ſunt. Gradus ſecundi, ſomni longi ac dulces, interdiu etiam dormiunt: poſt, ſomni accidunt iniucundi,& perturbantur, & cum aliquo videntur rixari.

Cura vtriq; communis.

Exercitatum conſuetis exercitiis citra laſſitudinem,calidaque lotum,cibis omnigenis expleto: & vomere facito: a vomitu os, & fauces vino auſtero abluant, & poſtquam quieuerint, loco tepido deambulent,atque hæc die primo.

Poſtridie,deambulationibus vtatur, & exercitiis reliquis detrahatur aliquid. Sin æſtas ſit,ne prandeat, reliquis anní temporib. parum quid in prandio, in cœna dimidium conſueti cibi detrahatur.

Tertio & quarto, exerceat ſe more conſueto: & alimenta ſint liberaliora quam die ſecundo.

Quinto vomat,& cibo vtatur conſueto: reliquis diebus cibus parcior, labor atque exercitatio copioſior,atque niſi hac arte repletio ceſſauerit,cum diebus duobus ſe largiter inuitauerit, repetatur, etiam ſi opus eſt tertietur.

Gradus ſecundus poſtulat longius tempus, & famem maiorem.

Sequitur doloris laſſi plenitudo particeps.

Doloris laſſi particeps.

Plenitudo doloris laſſi particeps duplex eſt: vel toto corpore æquabiliter dolente, vel capite præter partes ceteras.

Cura communis.

Mollibus fomentis vtendum & vnctionibus, vel multa aquæ calidæ lotione,vomendum & his,& cibi ſenſim adhibendi, leues ac molles: etiam matutinæ deambulationes creſcentes.

Cura propria æquabiliter laſſo: A multis ingeſtis cibis,primum acribus, deinde ſalſis, probe vomant:

ant: quo facto exſurgant: & modice deambulent tepore: deinde dormiant. Mane ſenſim creſcant eambulationes, & deinceps multę ſint, & attenua-o ſit multa.

Vbi caput præter ceteras partes dolet, palpebræ a ꝗna concidunt, & in ſomnis turbantur: videntur terdum calidiores: aluus aliquando ſiſtitur: a ve-eris vſu ſtatim leuiores videntur ſibi, poſtque ma-s grauantur.

Cura duplex: Celerior & tardior.

Celerior: ex veratro vomat, deinde ſenſim exhi-endi cibi leues, molles, ac aluum mouentes, ad di-decem: & curſibus tardis ac matutinis, & deam-ulationibus citra defatigationem vtendum.

Prandeat, & a prandio ſomnus leuis: a cœna ex-rgere ſatis erit, venere abſtineat: atque hæc cele-or cura eſt.

Tardior quatuor fere hebdomadis abſoluitur. rima hebdomade, ante diem ſeptimum multa ca-da lotus & cibis dulcibus, ac ſalſis expletus, vome- contendat, ſtatim quieſcat, ſequentibus diebus ane, tam deambulationes, quam exercitia reli-ua, paulatim augeantur atq; etiam cibi.

Secundæ ſeptimanæ die primo, vomat vt prius, um quieſcat, poſtremo ſenſim exerceatur, & dein-eps ad quatuor ſeptimanas ſenſim, & laborum & iborum, adiectio fiat: atque tum, (expletis qua-uor hebdomadis) dięta ad conſuetum morem pau-atim redigenda.

Sequitur repletio in ventrem regurgitans.

Repletio in ventrē regurgitans.

Hic venter grauatur, eſtque duplex: vel recepta n reliquum corpus regurgitat, vel nunquã recepta.

Recepta.

Receptæ ſigna ructus acidus, receptæ gradus ſunt duo: Primo gradu ructus acidus a cibo, color im-mutatus.

Secundo gradu, ructus acidus die sequente.

Cura communis est vtrique, nisi quod in secundo gradu pluribus est opus exercitiis. Cura duplex: velocior, tardior Velocior fit hellebori pharmaco modo prædicto. Tardior, calida totus die primo, secundo vomat, septimis diebus sequentibus victu consueto vtatur.

Tertio die vigesimo denuo vomat, deinde cibis vtatur cõsuetis ad diem trigesimum, ac nisi tum curatur, eadem ratio quarto repetatur. Cursibus vtatur circuiaribus, paucis ac velocibus motibus parum calefaciẽtibus, frictione copiosa ac diuturna, & post exercitium vnctio: Deambulatio multa mane ab exercitiis reliquis & a cœna. Omnis laboriosa, balneum calidum ieiunus, & cœnam exspectet.

Hac de cura plenitudinis regurgitantis admissa, sequitur nunquam admissa.

Nunquã recepta. Estque duplex: in prima flatus ieiunum infestat magis magisq; & a cibo meliuscule habere videtur, ac tandem diarrhœæ, ac dysenteriæ metus inuadit.

Prima. Cura: die primo, ad decimum cibo detrahendũ, prandium intermittendo, & cœnæ partem tertiam demendo, labores augendi, cursus, lucta, deambulatio ante exercitia, reliqua mane, & post exercitia gymnastica.

Die decimo, ad decimum quartum: dimidium cibi in cœna ablati, addatur, vomat: atque hac diæta quatriduum vtatur.

Decimoquarto, ad vigesimum: reliquum cibi, quod ablatum fuerat, restituatur: iterum vomat, ac pluribus laboribus, & exercitiis vtatur.

Secunda.

Secunda. Signa: vomitus, dolore tamen ventris nullo: decoloratur: suffocatur: & inualescit malum donec euomuerit, atque huic repletionis generi maxime densi corporibus obnoxii sunt.

Cura:

Cura: cibis vtatur acribus, ac ſiccis, auſteris, & o-
oratis: & per vrinam ducentibus: atque prandio
penitus abſtineat: & exercitatio adhibeatur multa
tam ſuperiores, quam inferiores partes exercens: &
ſiccans.

Deambulatio eſto multa ab exercitio, pomeri-
diana, item a cœna, & matutina, vocis exercitatio
ieiuna.

Decem primis diebus tertia cibi pars ſubtrahatur:
& quatuor tantum partes dentur: & duæ auferan-
tur. A decimo, ad decimum ſextum, addatur dimi-
dium ſubtracti cibi, vna ſexta, vt quinque partes
conſueti prius cibi ſumat, ac die decimo ſexto, vo-
mat, a 16. poſt vomitum, vſque ad vigeſimum, qua-
tuor tantum partes adhibeantur. Die tandem vige-
ſimo (qui decimus eſt a vomitu) redeat ad conſue-
tam viuendi rationem, exercitiis tamen multis &
pluribus quam pro ciborum ratione. Hactenus de
repletione temperata: ſequitur intemperata.

Hic qualitatis pariter alteratione opus eſt, cum
quantitatis diminutione.

Intemperata. Intemperata eſt duplex: frigida vel calida, frigi-
dæ ſigna: egeſtio alui cruda: Cura: acria ſalſa.

Frigida. Simplex. Frigida eſt duplex: ſimplex, compoſita. Frigidæ
ſimplicis ſigna, ructus die ſequente a ſumto cibo
apparent: Parcior eſt egeſtio, quam pro ingeſtorum
copia: venter doloris expers tamen. Cura: panis ſyn-
comiſtus, fermentatus, intritus in vino nigro, aut
iure carnis ſuillæ, piſces cocti in acri muria: carnes
ſuillæ bene coctæ. porcellorum, catulorum, hœdo-
rum parcius. Ficus cum cibis reliquis, & vini meraci
ab ipſis potio, olera acria, vel reliqua correta minus
acria.

Somni longi dieb. primis, ante exercitia gymna-
ſtica: ante meridiem, & prandio abſtineant, & poſt
meridiem vbi ſe gymnaſtica exercuerint, ante cœ-
nam indormiant.

Exercitationes autem siue cursus reflexus, sensim increscens.

Lucta vncta: mollis, vnctio multa. Deambulatio matutina multa ante cœnam pauca.

Hæc de simplici, sequuntur composita, frigida, humida.

Composita. Signa: Corpus attenuatur tandem, digestio frigida, humida, liquidaque, nec venter dolens.

Cura. Alimenti pars tertia auferatur, id est, quatuor partes edat, duas omittat. Prandio abstineat prorsus, panis ex tota farina, clybano coctus, calidus in vino astringente, & meraco tinctus. Pisces elixentur cum muria: assentur cum aceto: & ex horum partibus, dorsum, & cauda, sunt aptissima. Carnes omnes condiantur sale, vel aceto, ex quadrupedibus, canina assa: ex volatilibus: palumbes, & similes, tam assæ quã elixæ: Vinum nigrum, astringens. Exercitationes, deambulationes matutinæ, & vespertinæ, & vtrisque super dormiat. Cursus sint curui, sensim augescentes, frictio & vnctio multa.

Frigida sicca.

Primis decem diebus cibi pars quarta auferatur, reliquis diebus sensim ad consuetum reducatur. Panis purus, furnarius, obsonia dulcia, pisces cocti cum intritis, carnes suillæ coctæ, extremitates bene coctæ: pleraque assa, vuæ, & ficus copiosæ cum reliquis cibis, vinum mustum, expers austeritatis. Prandeat parce: Exercitiis vtatur frequentibus, sint autem cursus curui, sensim crescentes, ad extremum item circulares post cursum, lucta cum oleo matutina. Deambulatio copiosa, post exercitia non multa, a cœna, tantum exsurgat: ab exercitiis, balnea calida, somnus multus, stragulis mollibus, veneri his interdum indulgendum.

Hæc de frigida intemperata, sequitur intemperata.

Calida.

His

ic frigefaciendum,pariter ac vacuandum. Ca- *Calida.* est, vel calida humida, vel calida sicca.

Calidæ humidæ signa: aluus excernit liquida, & *Cal humida.* cocta sine dolore: si conuenientibus exercitiis ntur, sin vero his abstineant, dolor, labor, & cibi idium. Diæta frigida humida sit.

Primis decem diebus exercitiorum dimidium auatur, & alimentorum demartur pars tertia, maza atur non recenti vino dulci emollita, pisces esto cissimi: cocti absque oleo, & sale. Carnesque vocrum assæ: perdicis, & galli, absque condimento, porina esto reliquarum ferarum in aqua cocta, o-ra refrigerantia, beta cocta cum aceto. potus, ac inum nigrum, austerum. Exercitia: cursus circulaes concitati, frictio pauca, lucta pauca, acrocherifnus, chironomia, corychoniachia, volutatio in pulere quatuor hęc moderate: Deambulatio ab exercitio moderato, vt respondeat laboribus, maiore a cœna quā cibus postulat vtatur, matutina, quæ corporis habitui conueniat. Balneum tepidum, & post ipsum, quies, post dies decem, vomere studeat, corpore prius sequenti ratione præparato.

Alimentorum prius ablatorum dimidia, exercitiorum pars tertia: vtrobiq; vna sexta eius qua sanus vti consueuerat addatur.

Cibi autem sint sicci, & austeri, ac primis statim diebus quibus talibus cibis vti cœperit, vomat: post vomitum per dies quatuor, cibo, & exercitio partito, vtatur parciore.

Vigesimo die aduentante, cibo ac potui, addatur quod ablatum fuerat, sed exercitiis non item, vini quantum cum sanus esset, bibere consueuerat: inde vomat, post vomitum, cœna contentus sit, dum conualuerit.

Hæc de repletione calida humida, sequitur calida sicca.

Cal. ficca. Signa: dum incipit: fæces alui ficcæ, vftæ, os ficcũ, ac tandem amarum, aluus, & vrina fupprimuntur.

Cura: refrigandum, & humectandum: cœna, prandioque vtatur. Cibi, maza non recens, refperfa, panis ex tritico trimeftri fucco furfurum fermentatus. Potus: vinum aquofum ac lene, olera quæuis cocta præter acria: pifces leuiffimi, omnis generis cocti, carnes fuillæ, & earundem extremitates anteriores coctæ, hœdinæ, agninæ, vitulinæ coctæ: fructus humectantes poft reliquos cibos, ex leguminibus: ciceres virides, aut aqua macerati. Labores fint pauci & quieti, deambulatio mane ab exercitio, balneis vtatur. Somnus nocturnus efto leuis, diurnus a prandio breuis. Primis diebus dimidia pars exercitiorum dematur, atq; corpore prius cibis dulcibus, pinguibus, falfis, copiofis pręparato plurimis diebus, vomat poft vomitum fenfim per dies tres cibus exhibeatur, moderatus, decimo die, exercitia augeantur, & fi adhuc figna adfuerint repletionis, vomitum repetat: fin minus, in præfcripta victus ratione pergat dum confirmatur.

Hæc de repletione.

Inedia. Si quibus de cauffis inedia futura fit, labor omnis tum eft vitandus.

Qui fame laborant, refouendi pulegio odorato, & pane recenti naribus admoto, & admota carne fuilla affata, aut elixa, & panis vino diluto intinctus offerendus, & oua forbilia, ac iufcula liquida paulatim, & crebro offerenda: & cibi omnes liquidi, euchymi, & concoctu faciles.

Si quis aquam frigidam vel vinum, aut potum confuetum, a balneo, vel curfu, aut vehementi exercitatione liberalius, & confertim potauerit, huic fanguis protinus mittendus eft.

Cui aquam corruptam bibendi neceffitas incumbit, huic coquenda eft cum feniculo, aut pulegio:

vafis

is figlinis & sub dio tenenda ac frigefacienda, &
m denuo calefacta sumenda.

In peregrinationibus aut exercitu, fossæ facien-
sunt, ab altissimis locis ad decliues, per quas du-
nda est aqua in totas fossas: terra dulci immissa,
pingui, si aqua nitrosa sit: cibi hebetantes sumen-
, & pinguiores. Aluminosum vinum tenue: craf-
m, allium, cepe, & omnia vrinam ducentia corri-
unt.

Hirudo si forte pota fuerit, quod exsuctione per-
ipitur) muria absorpta excutietur, si faucibus hæ-
eat, lupinorum farina iniiciatur, & aqua frigida o-
e contineatur.

Suspicio veneni sumti. Si qua suspicio veneni cibis admisti fuerit, viten-
tur condita omnia, & intenso sapore dulcia, salsa,
vel acida, vel quouis alio sapore, insignia, nec sitibun
di affatim bibere, aut esurientes voraciter comesse
conuenit: & semper ad omnium saporem est atten-
dendum, & maxime potu frigida aqua præsumen-
da, vel optimum erit alexipharmacorum aliquid
præsumere, cuiusmodi sunt caricæ cum iuglandium
nucleis & seminis napi cum vino drachma vna, vel
rutæ folia cum iuglandibus, & prętet cetera omnia,
Andromachi theriaca ex vino.

Vbi vero quis degere cogatur locis venenatis a-
nimalculis obnoxiis: culina apparetur sub dio, &
sub dio cibi, ac potus condantur.

Si sub tecto apparetur: laquearia diligenter ani-
maduertenda, pręcipue vasa vinaria, & lactis omnia.
Vbi suspicio fuerit sumti iam veneni: sine mora ca-
lidum oleum ex aqua, aut seorsim sumatur, & vo-
mere conetur: vel olei loco butyrum sumat ex a-
qua calida cum malua, semine lini, vrticæ, fœnigræ-
ci, &c. Cumque vomitus diligenter citatus fuerit,
ne quid restet in ventre, intestinis hærētes reliquiæ
clystere acri deuocentur, iuuat & nitrum tritum su-

mere cum hydromelite, & vina vetera liberalius pota, ſic iuſcula gallinacea, pingues piſces, & carnes vetuſtæ, & pingues, adipe aut butyro, recenti paratæ. Quinetiam dentur abrotanum, eryngii radix, ſemen paſtinacæ, ſuccus marrubii, betonica, & cetera quæ communi dote aduerſus venena proſunt: drachmæ pondere ex vino.

Suſpicio cacochymia. Ex cibis corruptis, vel alia ratione qualibet, in cacochymiam ſi quis inciderit, atque humor craſſus, ac lentus ſit: incidendus ac tergendus, & corpus totum laxandum, ac faciendum fluidum, & niſi coqui poſſit humor purgandus. Coquetur autem quod coctioni paret, quiete pro cruditatis ratione ac ſomno, & cibis, potionibuſq;, moderati nutrimenti, & qualitatibus moderatis: vt, ptiſanæ cremore, atque ipſa ptiſana: mulſa, oxymelite, apomelite, zinzibere, pipere, & ſimilibus cibis inſperſis. Ex carnibus: aues montoſæ. Ex piſcibus, ſaxatiles. Ex oleribus, lactuca. Panis clybano coctus, fermentatus, modice purus. Potio: oxymeli, mulſa, vinum tenue & album. Deinde (cruditate ablata) ſenſim ad conſueta redeundum.

Sin autem humor coctioni ineptus ſit, præparatus (ſi opus eſt) prius, purgandus. Bilis, cholagogo: vt rhabarbaro, thamarindis, roſarum pallidarum ſucco, &c.

Pituita, agarico, turbetho, colocynthide, &c. Melancholia, fumaria, ſena, helleboro nigro: ſecundum cacochymici vires, & cacochymiæ menſuram: & diæta tota in contrarium mutanda, dum cacochymia prorſus ceſſauerit: omnia per quietem, ac otium.

FINIS.

THERAPEVTICA;
Hoc est,
DE SANITATE RESTITVENDA,
MEDICINÆ PARS ALTERA:

Auctore

TIMOTHEO BRIGHTO CANTA-brigiensi, Medicinæ doctore.

OMNIBVS *cuiusuis facultatis studiosis perutilis, ac prope necessaria.*

15  98.

FRANCOFVRTI
Ex Officina Paltheniana, sumtibus hered. Petri Fischeri & Ionæ Rhodii.

HONORATISSIMO VIRO DN. GVLIELMO CECILIO, præclari ordinis, quem vocant, Garterii militi, Baroni de Burghley. summo Angliæ Thesaurario, & Cantabrigiensis Academiæ Cancellario dignissimo, Thomas Brigthus, Cantabrigiensis, S P.D.

Cum primum in animo haberem (honoratissime Cecili) Medicinæ artem methodo explicatam in vulgus edere; & quæ apud me priuatim commentatus sum, cum aliis communicare; id simul occurrebat, cuius nomini inprimis hos meos literarios labores consecrarem: qui & eruditione tanta esset, vt de suscepto instituto recte iudicaret; & authoritate tantus, vt maledicentium vocibus imperaret, quorum alterum pergenti mihi animum daret; alterum, securitatem: & vt labores mei, ob virtutem, & sapientiam (cuicui nuncuparentur) eidem cultus atq; amoris testimonium exstarent: ita eadem sapientia, & virtute scripta mea comprobata, ab aliis auidius expeterentur. Si quid nouũ, ipso nouitatis nomine continuo apud imperitos quorum pars lõge maxima exsistit, odiosum est, & suspectum habetur: sin vero recte explicatum quid sit, id non illi simpliciores, sed periti ad inuidiã rapiunt, rodunt, & liuore insectantur. Ergo tu occurrebas (honoratiss. vir) ex omni nobilitate vnus, cui & Musa nostra debet istud testimonium: & à quo comprobata studia nostra, (quia tanta sapientia es) & præsentibus, & posteris per te futura sint gratiora: tuo nomini cedet nouitatis odium; cedet inuidiæ calumnia. Atque ita iam tum ex rumore tantum atque hominum vocibus de te existimaram Cum vero aliunde ex certa relatione accepissem, te haud scriptorientium libr-

dinem probare, librum antequam prælo tradatur petere, velle ante cēsere; magnum dicum testimonium prudentiæ tuæ, mihi spem fecit, quod postea coram si morbus cognoui, te vnum esse cuius iudicio permultum ad scriptorum meorū laudem, & auctoritatem accederet, vt qui non tantum ciuilibus causis atq; reipublicæ negotiis, æquitate, ac iustitia præsis; sed omni Philosophiæ parti successiuis horis aliquid otii impertias: Medicinæ autem & ad valetudinis curam, & honestum animi oblectamentum (magnorum Regū atq; Imperatorum exemplo, Tiberii, Hadriani, Iustini, Lysimachi, Gentii) ita studeas, vt huius facultatis scientia, vel cum ipsius artis Professoribus fere sis comparandus. Quid te solum dico (Clarissime Cecili) literarum scientia, atq; omnis Philosophiæ rerūq; multarum cognitione excellentem? Cuius familia tota docta est & in ea coniunx Græcarum literarum (vt olim Cornelia, Latinarum) & omnis humanitatis scientia celeberrima, ad honorem & amplitudinem tuam præterquam ex virtute ac pietate, magnum vitæ solatium; summum accedit ornamentum: vt domus Ceciliana cum ipsis Academiis literarum laude contendat. Ecce ergo tibi Medicinæ nostræ incrementum, honoratiss. Domine, quantum id si requiras, certe omnium morborum communem, dyscrasiæ autem, propriam complexum Therapeiam. Cum vero discrasia omnis, vel ex elementari qualitate ametra; vel ex venenata contaminata oriatur; vtramq; a summis ad infima persequuti sumus. Ex Hygieina tenes institutum, quod cum probas (probas autem & auctoritate & iudicio) alacrius pergimus, & in eo toti sumus, quantum per negotia, reiq; familiaris curam liceat, vt vniuersum medicinæ corpus, & ad sanitatem, & ad pulcritudinem omnibus membris conformatum, & excultum, Cecilianis auspiciis in lucem, atq; hominum conspectum producatur. Quod autem concisis partibus edimus, haud fabrica tota, dabis occupationibus. Interea dum totum absoluerimus, tibi magni voti reos nosmet habemus. In Therapeutica hac, quemadmodum in Hygieina fecimus, a magni nominis auctoribus cogimur dissentire; atque adeo in reliquis dissentiemus:

mus: dissensionis autem caussas Scholiis quas in hæc, & in cetera meditamur, aliquando docebimus. Interea leges illæ materiæ, atque formæ artium omnium; veritatis, iustitiæ, sapientiæ, methodi, in eo crimen (si quod commissum sit) id omne in sese recipient. Proponimus nobis artem secundum illas leges describendam; hanc si minus assequimur, saltem sequimur; & aliis persequendi auctores sumus. Mihi autem vel operis socium esse satis erit. Supersunt adhuc morbi conformationis omnes, & omnium composita Therapeia. Conformationis morbi (certis obstructionibus acceptis) fere Chirurgici sunt. Exspectabis ergo a nobis inposterum (sapientissime Cecili) Therapeiam Chirurgicam, cum illarum obstructionum morbis, quæ Physicis remediis parent, atque reliquorum omnium compositam Therapeiam. Interea conatus hosce nostros, & tamquam solidi corporis umbram (vt facis) boni consule. Addemus aliquando soliditatem, neruos, succum, sanguinem & colorem. Alii vero nec ipsi occupati, nec honesti otiosi (si tantum a seipsis impetrare queant) probris aliquando abstineāt, atque desinant maledicere. Deus Ecclesiæ suæ, & Reipub. Anglicanæ bono, amplitudinem tuam in vita tueatur, & laboribus exantlatis, fatoque perfunctum in æternas beatorum sedes suscipiat. Cantabrigiæ, ex ædibus meis 14. Martii, 1582.

Amplitudinis tuæ
studiosissimus,

TIMOTHEVS
BRIGHTVS.

In ſecundam Medicinæ partem D. TIMOTHEI BRIGHTI.

Nuper adumbratos Medicinæ vidimus artus,
Qualis Apellea pingitur arte Venus:
At deerat pectus; pectus quoq; BRIGHTE dediſti,
Cultaq; cincinnis eſt Θεραπεία tuis.
Adde pedes reliquis ſupremaque robora membris,
Principiis fines; & Dea qualis erit?

ΕΙΣ ΟΝΟΜΑ ΤΟ ΤΟΥ ΕΥΜΕΘΟ-
δικωτάτου Ἰατροῦ τοῦ Τιμοθέου Βρίχτου,
ὅτ' ἐστὶ λαμπρὸς δίστιχον.

Οὗ τόδε μαψιδίως λάχες ὄνομα· ἐστὶ γὰρ αὐτὸς
Λαμπρὸν ἐν Ἰησοῖς φῶς μεθόδοιο φέρων.

MEDI-

MEDICINÆ THERAPEVTICÆ PARS, DE DYSCRASIA CORPORIS humani;

Auctore

TIMOTHEO BRIGHTO D.
Medico Cantabrigienſi.

Therapeutica.

Therapeutica, eſt ſecunda pars Medicinę de ſanitate reſtituenda. *Therapeutices definitio.*

Sanitatis reſtitutio fit ametriarum correctione.

Ametria, eſt vitium partium ſanitatem conſtituentium. *Ametria.*

Ametriæ corriguntur remediis.

Remedium eſt therapeiæ opus ametriam expugnare affectum. Excipe quibus vires prorſus ſuccũbunt; nec ad integram therapeiæ hiſtoriam recreare queant. *Remediũ.*

His manus abſtinenda, atq; mors ipſa prædicẽda. *Virium proſtratarum ſigna*

Signum vero huius imbecillitatis eſt pulſuum ad aſphygmiam præceps declinatio.

Deficiunt autem vires proſtratæ duobus modis: vel Diſſipatæ, vel Suffocatæ. *Proſtratæ vires duobus modis deficiunt.*

Si vires diſſipantur, pulſus declinantes eduntur citra inæqualitatem.

Diſſipãtur vires dupliciter: vel ſenſim, vel repẽte. *Diſſipatæ.*

Sensim. Sensim dissipatæ hanc pulsuum seriem edunt languidum, paruum, rarum, tardum, si nullus a ſtus subijt; si quis autem sit, crebrum, atq. vehementem, deinde myurum reciprocum, reciprocum deficientem, myurum non reciprocum, formicantem, abolitum apparentem, atq. tandem vere abolitum.

Repente. Sin vero repente vires deficiant, talem pulsuum seriem obtinent: languidum, paruum, crebrum, celerem, vndosum, vermiculantē: formicantem, abolitum apparentem, atq. tandem vere abolitum.

Atq. virium dissipatarum pulsus ita habent: suffocatæ sequentem seriem ostendunt.

Vel suffocata. Languidum, tardum, rarum, & continuo inæqualem; nunc languidū, nunc vehementem, nunc paruum, nunc magnum, nunc celerem, illico tardum, crebrum, statim autem rarum: & quo plures sunt magni, vehementes, &c. eo minus vires pressas ostendunt. Vbi autem magis adhuc pressæ suffocātur, intercurrentem, intermittentem in pulsuum multitudine (quoq. intermissio diuturnior, eo periculosior exsistit. Diuturna autem est, quæ duos pulsus excedit. Iuuenibus periculosissima pulsuum intermissio; minus pueris, minime senibus; nec iuuenibus admodum, quibus ea intermissio familiaris. Atque intermissio si diu perseueret, repentina mors exspectanda)

(Intermittenti vicina est quies externa diuturna, in qua pulsus citra inæqualitatem exsistit: intermittens inæqualitatem obtinet) tum intermittentem in vno pulsu (ex quo genere sunt capricans & dicrotus) tum vndosum, vermiculātem, formicantem, (atque si arteria dura est, nec vndosus, nec vermiculans esse queunt) tum myurum in vna distensione reciprocum, tum non reciprocum, vltimo deficientem, non reciprocum.

Pulsus

Pulſus omnes hi, ſi ordinati etiā ſint, certiſſimum diſcrimen minantur.

Atq; hæc virium deſperatarum ſigna ſunt: atq; Anomalia communis:

Remedii partes ſunt duæ: Agendi vis contraria: atq huius recta committendi ratio.

Remedii partes duæ.

Agendi vis contraria ex duobus cōſiſtit: Ex qualitate contraria: Et copiæ, ſiue quantitatis paritate.

I. Agendi vis cōtraria ex qualitate contraria.

Agendi vis cōtraria duplex exſiſtit: Homoiomera, vel Anomoiomera.

Homoiomera eſt item duplex: Phyſica, vel Chirurgica.

Homoiomera.

Phyſica eſt quæ naturæ viribus infertur.

Phyſica eſt vel Diætetica; vel Pharmaceutica.

Diætetica eſt, quæ ex diæta petitur.

Pharmaceutica eſt, quæ pharmaco infertur.

Pharmacum eſt natura, extra diætam poſita.

Pharmacum.

Pharmacum ad partes internas, qualitatem deleteriam haud obtineat, & ad omnes partes quibus debetur, quantum eius natura ferat, eſto ſympatheticum: ad viſcera autem adhibitum, roborans, & adſtrictionis particeps, maxime ventriculo laborante.

Porro conſiſtentiam habeat proprias vires tuentem, quoad partis affectæ conformatio id ferat: & quam fieri poteſt gratum id eſto, vel ſaltem haud vehementer ingratum. Medendo autem, in eodem genere, per varia pharmaca euagari licet; atq. quod maxime conuenire compertum eſt, id ſedulo vſurpandum.

Pharmacum eſt duplex: Naturale vel Artificiale.

Naturale.

Naturale eſt tale, quale natura editur vſurpatum: vt *lactuca, bolus armena, roſa, &c.*

Artificiale, eſt arte confectum, vt *Syrupus, Emplaſtrum, Cataplaſma, &c.*

Artificiale.

Chirurgica est, quæ manus opera fit, vel instrumento chirurgico: vt *trepano, glossocomio, nouacula*, &c.

Vis homoiomera ita habet: sequitur
Anomoiomera.

Anomoiomera. Anomoiomera, est ex homoiomeris inter se mistis.

Anomoiomera est duplex: vel ex physica mista physicis; vel physica chirurgica.

Physica physicis, vt *diæta & pharmaco.*

Physica mista chirurgica, est vel alterutra principi, vel subsidiaria.

Physica mista chirurgica, est porro duplex: alterutra Physica, vel vtraque.

Hactenus qualitas contraria: sequitur
quantitatis paritas.

Agendi vis ex quãtitatis paritate. Quantitas par, est ametriæ vehementiæ æqualis.

Vehemẽtia percipitur ex symptomatum magnitudine: hæc autem, ex ipsis cum pistrinis actionibus, operibus, & corporis qualitatibus comparatis.

Atq; hic, morbus corpori, vel corporis parti valde dissentiens, remedii vim eo fortiorem postulat, & quantitate auctiorem.

Vis contraria ita se habet: sequitur recta
committendi ratio.

II. Recta committendi ratio. Recta committendi ratio in duobus consistit: in aditus commodi delectu; & virium dosi.

Aditus commodus. Aditus commodus est in ametriam directus: qui nisi natura detur, neque res aliter expediri queat, arte paretur, siue pharmaco, siue instrumento Chirurgico.

Aditus si longus sit, medicamenti consistentia eo liquidior esto: atque si opus est, adiunctum habeat vehiculum, naturæ tenuitate præditum: vt *vinum, acetum*, &c.

Aditus autem in partes natura directi, tales sunt

in ce-

in cerebrum, sincipur, coronalis sutura, aures, nares.

In Pulmones, latera, interna, & thoracem: Ore spiritu hausta, vel sensim lambendo deglutita.

In ventriculum, iecur, lienem, admota e regione, & in ventrem sumta.

In renes: extrinsecus adhibita, sumta, & subdita per sedem.

In intestina superna, os, inferna, sedes.

In vesicam, & vterum: è regione applicata, assumta, immissa.

Aditus delectus talis esto: sequitur

Dosis.

Dosis est quãtum semel ægrotus, vel pars ægrota applicari sustineat: siue loco, siue viribus; siue quod molestum est. *Dosis virium.*

Hic curationis atque creationis ametriarum, paria tempora sunto, nisi admodum leues eę sint: tum namq. cito tolli poterunt.

Dosis duplex est: Conferta, vel partita.

Conferta dosis omnem ametriam, vel maximam eius partem tollit: Estque ametriæ acutæ: & virium robustarum. *Conferta.*

Partita dosis, partem tantum ametriæ tollit. estque ametriarum, viriumque contrario sese modo habentium: atque initio maior dosis, atque validior esto: Et prior dosis, vbi partes suas egerit, altera applicanda: eaque toties repetenda, dum tota ametria euanuerit. *Partita.*

Hæc de Dosi.

Ametriæ, si vel sede vel natura obscuræ sint, primum explorandæ. *Ametriæ explorandæ.*

Sedes ex propria functione læsa deprehenditur.

Ametriæ natura ex functionis specie læsa & huius lædendi ratione. Hæc tamen si adhuc obscura est, res permittẽda naturæ, quæ recta diæta adhibita

rem prodet tan lem:sin minus;ad experientiam aut analogismum est perfugiendum.

Ametria,est vel simplex;vel composita.

Ametria simplex. Simplex Ametria, simplici remedio expugnari poterit.

Ametria simplex duas obtinet species: Solitariā; vel caussis fotam.

Eaq; Solitaria vel Caussa fota. Solitaria ametria, remedio solitario est expugnanda.

Caussis fota,remedium postulat, & has fouentes exstirpans:atque in fotis,à caussis fouentibus exstirpandis therapeiæ initium esto;& qua sese intulerint serie(si plures eæ sint) eadem auferantur, Excipe si quid grauius vrgeat;tum huic prorsus(ceteris interea haud neglectis)studendum.

Vrget autem grauissime primum quod ęgrotum in maximum vitę discrimen perducit:cuiusmodi est virium iactura,& harum labentium caussæ: vt *vigiliæ:functio præstans læsa.* Tum de quo maxime ægrotus quæritur:vt *dolor, æstus, &c.*

Ametriarum auctores expugnandæ, quæ sunt Primæ vel A primis ortæ. Ametriarum auctores expugnandæ:sunt vel primæ;vel à primis.

Primæ,aliarum auctores exsistunt. Atq.hę primo quoquo tempore sunt auferendæ.

Prima caussa est vel diætæ error; vel temere corpori irruens.

A primis sunt internæ,atque corpori inhęrentes. Hæ, quatenus ametriarum auctores sunt, eatenus emendandæ,viribus ægroti prospectis, & minima molestia.

A primis ortarū diuisio in opera praua: Ratione tantum. A primis sunt vel opera praua:vel temere irruentium partes,& reliquiæ corpori inhærentes: vt *spicula, ramenta* &c. Opera praua sunt vel ratione tātum: vel toto genere.

Ratione tantum praua sunt vel qualitate, vel quantitate.

Quali-

Qualitate praua, secundum hanc ipsam sunt emendanda.

Qualitate.

Qualitate praua, sunt vel elementari talia, vel venenata.

Elementari praua, sunt elementaribus corrigenda.

Elementari.

Sunt autem praua vel primis qualitatibus: vel à primis ortis.

Primis,		sunt corrig. vt:	
Calido,	*Calida frigidis*		*Viola. Rosis, &c.*
Frigido,	*Frigida, calidis*		*Chamæmelo, &c.*
Humido,	*Humida, siccis*		*Braßica Beta, etc.*
Sicco,	*Sicca, humidis*		*Buglоß. Malua, &c.*

A primis peccant tenuitate, crassitie, duritie, lentore, acrimonia.

Tenue, incrassantibus corrigatur: cuiusmodi sunt frigida, vel temperata, citra acrimoniam: vt *lactuca, amylum, tragacantha*, &c. Crassum attenuantibus, cuiusmodi sunt secundo, aut tertio recessu calida, vel frigida tenuis materiæ: Calida, vt *apium, fœniculum, petreselinum*; Frigida: *acetum, succus arantiorum, limonum*, &c. Durum molliatur ex naturis moderate, nec supra secundum gradum calidis, & humore aereo refertis: vt *oleo maturo, adipe temperati animalis, malua.*

Elementaris vitij emendatio.

Lentum tergeatur siccis naturis mediæ substantiæ, cuiusmodi detergentia fere amara sunt omnia, vel salsa, siue frigida, siue calida. Frigida, vt *cichorium, omne intybi genus*, &c. Calida, *absinthium, aristolochia, centaurium*, &c.

Acre mitigetur frigidis mediæ substantiæ, & austeritate præditis: vel aciditatis; vt *ribibus, oxyacantha succo, maligranati succo*, &c.

Elementaris vitii emendatio ita habet; sequitur venenati correctio.

Venenata qualitas alexiteriis, & alexipharmacis

Venenata.

est corrigenda: vt *succo mali punici, medici, citrei, dictamnio, scordio, gentiana*, &c.

Atque operis qualitate peccantia ita corrigenda.

Quantitate. Quantitate peccantia, eadem fere aucta tantum peccant: excepto sanguine, qui etiam defectu peccare queat.

Sanguinis defectus. Sanguinis autem defectus cibis euchymis, iusculis, vini potione, moderata exercitatione, & hilaritate reparandus.

Redundantia. Redundantia est vel succorum, vel excrementorum.

Succorum Succorum vniuersalis est..

Hæc valde lacessens, quo tempore natura contra insurgit, quod vigore ametriæ fit, minime tentanda; sed naturæ permittenda, nisi imperfecte mouerit: tum namq. eius conatibus est succurrendum.

Excipe cum præceps admodum redundantia sit, tum minime cunctandum, neq naturæ motus exspectandus, sed ipso initio redundantiæ vis frēnāda.

Crisis. In ipso naturæ congressu, & summo certamine, quæ *Crisis* dicitur, vehementissime corpus turbari solet, & ægrotus multo peius sibi videtur habere: pulsus inæquales, delirium, vigiliæ, inquietudo difficultas anhelitus, difficilis sensus, &c. inuadunt & inopina actionum multarum deprauatio, quæ tamen ipso vigore concoctionis signis apparentibus, terroris plus habent quam periculi.

Hanc naturæ luctam excretio manifesta, vel abscessus solent excipere: sine quibus virium imbecillitas, caussæ vim lethalem monstrat.

Excretionis futuræ signum. Excretionis autem futuræ, rigor præcedens repentinus, argumentum est.

Excretio si vomitu futura est, præcedit oris ventriculi morsus, capitis dolor vertiginosus, & tenebrosa oculis obuersantia, saliua multa, & iam ad fo-

res vomitu, labri inferioris tremor, & agitatio

Sin autem sudore,(vrina,atq; aluo, à rigore suppressis) calidus vapor repente exhalans, pulsu interea vndoso, atq. molli.

Sin vero nec vomitus, nec sudores succedant, aluus soluta exspectanda.

A crisi vero, si ægrotus melius sese habet, vrinis tamen nec multis, nec copiosam hypostasin habentibus, nec morbo sensim declinante, abscessus exspectandus.

Abscessus

Fit autem abscessus vel in partes superiores, vel in inferiores.

Abscessus in partibus superioribus & inferioribus signa.

Abscessum in partibus superioribus futurum spirandi difficultas incipiens; mox autem desinens, argumento est.

Circum caput autem fieri, huius dolor, grauitas, sopor, surditas, argumenta sunt.

Sin autem horum nihil apparuerit, sed grauitas, dolor, tensio, vel inflammatio circa infernas corporis partes apparuerint, partibus imis abscessus exspectandi.

Natura critice mouet dierum quaternionibus.

Mouere autem critice solet natura, dierum quaternionibus. Validissime & optimis ægroti rebus in eo quaternione, qui ab antecedente quarto numeratus septimum attingit; præsertim tum ametria in vigore exsistente. Atque tum quarti velitatio, talis namq; huius motus est ante septimum, illius index est, & coctionis signa manifesta præbet.

Quaterniones certis periodis continentur.

Periodus.

Periodus est tempus sex quaternionum.

Periodi primus atque tertius quaternio, perfecti sunt: reliqui, imperfecti; & ex præcedenti sumentes originem.

Periodi partes duæ.

Periodi partes sunt duæ.

Prima pars est à primo quaternione ad quartum.

Secunda est à quarto ad sextum.

Prima. Prima pars in duo membra diffunditur: prima pars intra primum quaternionem: secunda, intra secundum.

Secunda. Periodi secunda pars, duo item membra habet: prima pars est intra secundum & quartum quaternionem: secunda est intra quartum quaternionem & sextum.

Periodorum duæ species. Periodorum duæ sunt species:

Prima est ad diem vigesimum.

Secunda est à vigesima ad quadragesimam.

Prima. Prima periodo mota natura quaternionibus acutissime stimulatur: idque dupliciter.

Peracute: vel remissius.

Peracute dupliciter: Exquisite, vel haud ita.

Exquisite intra primum quaternionem.

Haud exquisite intra secundum quaternionem.

Remissius stimulata duos gradus obtinet.

Primo gradu stimulatur inter secundum & quartum quaternionem.

Secundo gradu inter quartum & sextum.

Primæ periodi index. Primæ periodi index optimus est vndecimus, decimus septimus, vltimo quartus.

Critici optimi sunt: primum septimus, tum decimus quartus, vltimo vigesimus.

Secunda. Secunda periodo, lente admodum stimulata indicat natura.

Huius vero quaterniones sunt; 24. 27. 31 34. 37. 40.

Huius ordinis anomalia oritur ex humoris accessibus: & vehementia. Atque tum naturæ motus in alios dies confertur: nisi accessus dies cum quaternione conspiret.

Hic crises fiunt difficiliores: præsertim si alii atq. stati accessus die contingant.

Accessus. Accessus fiunt, vel diebus paribus, vel imparibus.

Pares

Pares dies extra consuetum naturæ motum sunt 6. (cuius hic index quartus esse poterit) 8. 10. 12 16. 18. 28. 30. *Pares dies.*

Inter pares dies 18 saluberrime fiunt crises: Infeliciter autem hac serie. 6. 8. 10. 12 16.

Impares dies sunt. 3. 5 9. (qui & *intercalares* nominantur) 13. 19. 21. *Impares dies.*

Ex imparibus felicissimi sunt. 9. 5. 3.

Infelicissimus 19 minus 13.

Hæc de Criticis.

Vniuersalis redundantia, ex fontibus hauriatur: per initia; quo tempore melius sese habet ægrotus: Copiose præsertim pruriente, turgenteq. materia. *Redundantia vniuersalis.*

Attamen in raris, macilentis, valde obesis, ætate tenella, temperamentis, calidis & humidis, prægnātibus præsertim octauo aut nono mense tempestate digerente, vel nimium corpus densante, res temperanda

Vniuersalis plenitudo est æquabilis: vel inæquabilis.

Æquabilis plenitudo (natura meatibus conferente) vndelibet vacuari poterit. *Æquabilis.*

Inæquabilis vacuetur ex parte dissitissima ei, in quam inæquabiliter redundat. *Inæquabilis.*

Inæquabilis est vel mouens, vel quieta.

Mouens ipsius motus initio refrænetur. *Mouens.*

Quieta est vel libera, vel impacta. *Quieta.*

Libera, a parte vicina est vacuanda: atq; talis vacuatio deriuatio dicitur. *Libera.*

Si impacta sit, eodem loci est liberanda. *Impacta.*

Vniuersalis redundantia duplex est: plethora, vel cacochymia.

Plethora est vniuersalis redundantia sanguinis. *Plethora.*

Plethoram (vbi ametriam committit) paribus diebus natura vacuare solet: idq; naribus, vel menstruis, vel hæmorrhoide.

Si nares affectat, oculis splendores obuersantur: hebetescunt, lacrymantur, rubent, malæ rubicundæ fiunt, & nares rubræ: hypochondria tenduntur absq; dolore, spirandi difficultas premit; caput dolor distendens, atque pulsans afficit: & iam fluxu in procinctu, narium pruritus.

Menstruis fluxuris præcedit lumborum tensio, grauitas, dolor, in mulieribus præsertim, si aluus nulla signa dederit: & consueto tempore mẽstruo, hæc fiant.

Si loca circum anum tumuerint, cum dolore, neque alia signa sese proderint, & certis temporibus consuetæ sint, hæmorrhoides exspectandæ.

Sanguini deplendo commodissimum tempus (si optio datur) Luna in Ariete, Sagittario, Cancro, Libra, Scorpione, Aquario, Piscibus: nisi si Luna in aliquo signorum parti dominetur, vt in Ariete, capiti: Tauro, ceruicibus: Geminis, humeris & brachiis: Cancro pectori, stomacho, costis: Leone cordi, atque dorso: Virgine ventri, atque intestinis: Libra, renibus, vmbilici regioni, atque natibus: Scorpione, pudendis: Sagittario, femoribus: Capricorno, genibus: Aquario, tibiis: Piscibus, pedibus.

A lunæ coitu, ad quadrangulum, increscentibus ætate: A quadrangulo ad diametrum, mediæ ætatis hominibus: A diametro ad alterum quadrangulum, declinantibus: Ab eo quadrangulo ad coitum, senibus aptissimum tempus sanguinem mittendi. Si ignauus sit ęgrotus, recreetur frigidæ aspersione, vel aromate naribus admoto. Si sanguinis recursu deficiat, in dorsum decumbat, vel vomitus excitetur, hora vna, qui altera a sanguine misso, cibi boni succi aliquid sumat, & promte alentis, modo morbus sinat.

Plethoræ vacuationem (si morbus dat inducias) præcedat lenis alui subductio, vel clystere, vel pharmaco blando.

Ple-

Plethora omnis commodissime ex basilica vacuatur.

Plethora duplex est: { ad vasa, vel / ad vires. } *Plethora duplex.*

Si sanguis ad vasa redundet, corporis atque faciei, color rubicundior apparet: ab exercitatione, venæ admodum turgent, & arteriæ valde pulsant: sudor his facile erumpit: Lassitudo tensiua premit, atque ægre corpus, & artus præ pondere mouentur: manus in pugnum haud facile adducitur: respiratio difficilior, atque crebrior, præsertim ab exercitatione, atque si redundantia sanguinis ametriam commiserit, eiusmodi signa præcesserunt. *Ad vasa.*

Cum sanguis ad vasa redundat, copiose profundi poterit, & quantũ vires ferant, fortasse nostratibus medioeri mensura, ab vnc. 6. ad vnc. 10. Maxima, ab vnc. 12. ad 18.

Ad vires plethora est, vbi vires premantur. Hic corpus, & artus ingrauescunt, & motus pigrior euadit. Somnus grauis est, profundus, & interturbatus. Laborans per insomnia grauiter premi se, aut onus gestare, aut loco moueri se non posse putat: atq. hęc omnia ne venis plenis, neque distentis ametriam ex eiusmodi plethora commissam præcedunt. In hac, sanguinis vacuatio parcior esto: atq; dum plenitudinis metus cesset, sinatur fluere. *Ad vires.*

Si sanguis inęquabiliter redundans, mobilis sit, atque iam mouens: (secta prius basilica) alia distantissima secetur: rectitudine venarum semper obseruata: foramine exiguo, n. si præceps fluxus sit, & parti nobili minetur. Tum namq; ampla vena, loco finitimo secetur. Atq; vbi ob virium imbecillitatem, partita missio vsui fuerit, eodem die festinanter iteranda vacuatio.

Reuellit autem vena humeraria a partibus supra claues: celerius in cubito: tardius in ramo inter pol- *Reuulsio sanguinis.*

licem, & indicem. Interior vena reuellit a partibus intra claues, & renes: tardius in vena inter annularem, & minimum digitum.

Vna media ex vtrisque reuellit.

Poplitis vena reuellit ex partibus subter renes: lentius secta malleoli vena.

Renes ancipites sunt.

Atque sanguinis reuulsio, phlebotomia ita habet.

Phlebotomia. A capite vero deriuant scapularum atque humerorum scarificatus: iniectæ cucurbitulæ, sanguinis fluxus è naribus, arteriæ pone aures: sectæ iugulares.

Priores capitis partes, frontis vena deriuat: posteriores, cucurbitulæ ceruici iniectæ, atque humeris, vel incisa puppis vena.

Oculos, venæ in alterutrum angulum latæ.

Aures, vena sub aure.

Os, ea quæ sub labiis.

Fauces, quæ sub lingua.

Pulmonem, interior cubiti sinistri vena: eademque a corde deriuat.

A thorace interior vena cubiti, lateris eiusdem.

A iecore, interior dextera.

A liene, interior sinistra.

Ab vtero, vena poplitis.

Atque sanguinis deriuatio ita fit.

Sanguinis in pus mutati vacuatio. Si impactus sanguis sit, primum in pus immutatus, eodem loci vacuetur: suppurato (nisi sponte fiat) vel ferro, vel igni, vel medicamento rupto: vel diaphoretica exsucto. In pus autem mutabitur modice, atque temperate calidis applicatis, & humidis emplasticis: *vt pulte ex farina triticea, addito butyro, atq; oui vitello, &c.*

Sanguine in pus conuerso siue scalprum, siue cauterium,

terium, siue pharmacum causticum, ei parti applicetur, quæ mollior digito cedit, magis acuminatur, & qua commodius sanies effluat.

Scalprũ. Si scalpro res transigenda, & pars pro libidine cõuerti nequit, etiam aduersa parte vulnus inferendum. Vulnus simplex aliquando sufficit parte decliui, duplici aliquando, & trigono opus est.

Cauteriũ. Si cauterio vtendum ex subere, mollibus corporibus conueniet. Ex metallicis, aurum est clementissimum.

Ferro, vel igni vtendo, vasa insignia, neruus, tendo, vinculum, vel neruosum quid, cuiusmodi est latus, tendo, cauenda, nec vnquam articulus vrendus. Ergo cutis cui eiusmodi subiecta sunt, prius est apprehendenda, ne subiecta conuulnerentur.

Cum in profundo sanies resederit in musculis, fibrarum interstitia cultello ligneo, vel digito diducenda, ne fibræ præcidantur. Et locis quibus plurimę occurrunt arteriæ paruo vulnere contentus sis.

Porro partes acuti sensus nec ferrum, nec ignem sustinent; præsertim autẽ oculi cauteria refugiunt.

In occipitio, temporibus, & vbicunque caluaria mollior est, & vbi vel exitus neruorum, vel aditus vasorum est cauteria periculosa.

Exteriore humeri parte tendo, ignem, ferrumve haud sustinet.

In cranii fracturis, vbi modiolis, cycliscis, terebellis via puri fit: a suturis, neruorum radicibus, molliori osse, ferrum declinandum.

Vbi ad colli latera aperiendum: a carotide arteria, vena sphagitide, neruo vocali abstinendum.

In empyicis, & deploratis pleuriticis, scalprum, vel cauterium, inferiore parte mesopleuri collocandum.

In extremis ilibus, tendines, atque vasorum coitus cauendi: item quod in pollice neruaceum, &

partes genitales: Inprimis autem nerui (maxime qui sub natibus) ne nudati frigore violentur, prouidendum.

Rectum autem, transuersum, vel obliquum, an vulnus esse debeat, partis figura, flexus, rugæ, fibræ, indicant.

In collo, qua parte progrediuntur vena, arteria, neruus, rectum magis quam aduersum adigatur: alioqui melius transuersum.

In fronte e rugis transuersum sit, nec ita profundum.

In inguinibus, e flexu transuerso ducitur, duplex interim, angustum, & in myrti folium oblongum.

In ventre, nisi prohibeant flexus secundum fibras musculorum, vt etiam in reliquis.

Atque si vel ferro, vel igni opus est, ita res transigenda.

Ferro vel igne quo modo res transigenda.

Sin vero patiens mollis vtrumque refugiat, caustico, vel septico pharmaco res expedienda: a quibus minus doloris percipitur, si pars ante laxante remedio foueatur. Ab eis autem applicatis continuo folium ex lenientibus superponēdum, vel splenium epicerastico illitum.

Sin vero dolor ingens ex pharmaco oriatur, statim eodem reuulso, dolor liniendus, & mitius agendum.

Ruptoria.

Ruptoria autem eadem quantitate applicentur, qua vulneris magnitudinem esse cupis.

Petantur ruptoria ex naturis summo excessu calidis, vel naturæ proprietate talibus: *vt Theriaca, vrticæ semen, e vino tritum, caulium radices vstæ, tritæ, & axungia vetere exceptæ: arsenicum, mercurius sublimatus,* quibus habita ratione corporum, & vomicarum prudenter vtendum: excipiantur autem butyro, axungia, terebinthina, visco, &c.

Hactenus

Hactenus Plethora. sequitur Cacochymia.

Cacochymia est redundantia ex alio humore quam ex sanguine.

Cacochymia.

Cacochymia est pharmaco cathartico expurganda.

In cacochymia purganda minus virium requiritur quam in sanguinis missione.

Cacochymia purgatur pharmaco, vel vomitorio, vel deiectorio. Pharmaco vomitorio, *ut seminibus raphani, a drach. 3 ad unc. ß puluere radicum asari a drach. ß. ad scrup. 4. Hellebori albi fibris raphano transfixo maceratis, a scrup. 1. ad scrup. 2. arboris iuglandis iulis a dr. ß ad dr. 1 &c.*

Pharmacum vomitorium.

Vomitorium esto mellitum & haustu liquoris satis largo ebibitum, & calore tepidum.

Vomitorium autem impetretur materia ad stomachum obrepente, & ægroto ad vomendum apto. Eo perreptare solet humor æstate.

Ad vomendum autem apti sunt, quibus nec pressum, nec angustum pectus, nec ceruix gracilis, aut oblonga, nec tabidi sunt, nec asthmatici, neq; præcordiorum dolore laborant.

Ad vomendum qui sunt apti.

Vomiturus si ægre vomat, cibum præsumat, & post cibum pharmacum vomitorium.

Post haustum pharmacum corpus agitatione atque motu turbet: & vbi nausea vrget, prono se situ collocet, firmato capite & ventriculo manu circumacta: & vomitorii impetu sedato, aceto odorato, vel suaueolente grato recreetur.

E iecore, aut liene cursus in aluum vomitione reuellitur.

Atq; vomitus ita instituatur.

Purgando autem humor noxius, nunquam in affectam sedem est deriuandus.

Vomitus instituendi ratio.

Circa ventrem imum extenuatis macilentis, acuto sensu præditis, vehementer purgationes cauendæ.

Purgandus, loco temperato contineatur.

Pharmaco deiectorio (si optio datur) aptissimum tempus, Luna in Geminis: in Cancro: in Scorpione: in Piscibus: Hora vero cõmodissima matutina.

Ante pharmacum, (si dura sit aluus) clyster iniiciatur molliens. Austrino statu felices succedunt purgationes.

Vbi incognita sit laborantis natura blando pharmaco sensim exploranda.

Cacochymia interdum præparationem postulat, ergo vbi ametria accelerare haud postulat; quod crassitie impedit, incidendum atque tenuandum Quod lentum, tergendum, quod acre, atq. feruens, mitigandum, denique pori, atque meatus laxandi: circum viscera fotus adhibendi, & corpus fluidum habendum.

Quibus deiectorio purgandis ventriculus imbecillior, nauseabundus exsistit, pharmacum cõsistentia solidum esto.

Vbi pharmaco valido opus est, detur ieiuno: ventriculo tamen adhuc ciborum reliquiis madente.

Sin pharmacum imbecillius sit: purum inueniat ventriculum.

Si cui cõsueta est matutina vomitio, ea ante sumtum pharmacum cienda.

Hausto medicamento, vel aqua hordei, vel succo punici. vel vino austero, vel saccharo, reliquiæ, faucibus, & gulæ sunt deiiciendæ: præsertim si sapor ingratus offendat.

Corpus autem post surrectum, semihoræ spatio in quiete tenendum.

Si post sumtum pharmacum, inexpugnabilis somnus sit, vtile foret medicamento indormire: cum autem purgare cœperit, dum compleuerit est vigilandum.

Cum prorsus e ventriculo exierit, vt nullus eius

nec

nec odor, nec ſapor nec ructus, aut nauſea, aut eroſio ſubſit, cibus offerri poterit: excidit autem ventriculo quatuor poſt horis; cibus vero offerendus cito ſorbitio detergens. Vomitionem deiectio repellit.

Cacochymia ſimplex.

Cacochymia eſt vel ſimplex, vel compoſita.

Simplex eſt, cum vnus aliquis humor præter ſanguinem redundat.

Cacochymia ſimplex, eſt vel ex calido humore vel frigido. Calido ex bile.

Bilis redundantis ſigna.

Bilis redundantis ſigna ſunt: *faciei, oculorum, atque totius corporis color pallidus, flauus, aut citrinus, & ictericus; Urina flammea, acris, & pauci ſedimenti: vigiliæ*, vel *ſomni leues*

Bilem natura ſolet imparibus diebus excernere.

Bilis, ſi acris ſit, ante purgationem, epicerasticis eſt mitiganda. Purganda autem colaphygis; vt ex naturalibus, rhabarbaro per ſe a drach. 1 *ß* ad drach. 2 diluto. ad drach 3. Dacrydio a granis 5. ad ſcrup. 2. Caſſia ab vnc *ß*. ad vnc. 1 *ß*. Manna ab vnc. 1. ad vnc. 3. Oxyphœnice, ab vnc 1. ad vnc 3, vel 4. Aloe, a drach. 1. ad drachm. 2. Ex artificialibus Syrupo roſaceo, ab vnc 2 ad vnc 4. Diapruno ſimplici, ab vnc. 1. ad vnc. 1. *ß*. Compoſito a drach. 3. ad drach. 5. vel 6. Electuario de ſucco roſarum a drach. 2. ad drach. 5. Pilulis Aſaieret, & de fumaria, a ſcrup. 2. ad vnc 1. *ß*.

Atque ita bilis expurganda.

Frigidi humores interdum ſunt incidendi, attenuandi, detergendi, antequam expurgentur.

Frigidos humores paribus diebus natura ſolet excernere, & ſi ſuperent ſecundam periodum, fere abſceſſibus ſeſe exonerare.

Frigidi humores ſunt vel Pituita, vel Melancholia.

Pituita redundantis ſigna ſunt.

Pituitæ redundantis signa. Faciei atque corporis color albicans, interdum liuidus ac plumbeus, moles corporis ampla, & obesa, mollis, contactu frigida: Vrina pallida, alba, nunc tenuis, nunc crassa cum multo sedimento, somnus profundus. Atque hæc omnia pariter aquosi humoris signa esse poterunt.

Pituita phlegmaphygis est expellenda: vt ex naturalibus, agarico trito a drach. 1. ad drach 2 infuso: a drach. 2. ad drach. 4. vel 5. Colocynthide a scrup. ß. ad scrup. 2 Turbith, a drach. 1. ad drach. 1. ß. Lathyride, a granis 4. ad 7. vel 8 Euphorbio annotino, a granis 6. ad 12. Tithymallorum foliis torrefactis, a scrupul. 2 ad drach 1.

Ex artificialibus, hiera picra Galeni putata, a dra. 3. ad drach. 5. electuarii forma: in paluere autem a drach. 2. ad vnc. ß. Hiera Archigenis, a drach. 1. ad dr. 2. Pilulis mastichinis, de turbith, stomachicis, &c. a drach 1 ad drach. 1 ß.

Atq; pituita ita expurganda, sequitur Melancholia.

Melancholiæ redundantis signa. Huius redundantis signa sunt: faciei, atque totius corporis color fuscus, obscurus aut nigricans: interdum vniuersus, & æquabilis, interdum. maculis quibusdam inustis Vrina tenuis, alba, atq; si quid melancholiæ excernitur, crassa, atque atra, liuida, aut virescens. Somnus turbulentus, & horrendis insomniis turbatus.

Melancholia maiorem incisionem, quam pituita postulat, & melanophygis est exigenda: vt ex natura editis: helleboro nigro a scrup 2. ad drach. 1. sena in puluere, drach. 1 decocto, vnc. ß. vel drach. 5. Polypodio, a drach. 2. ad drach. 6. maceratis, decoctis & expressis. Epithymo, a drach. 2 ad vnc ß. vel drach. 6. Lapide armenio loto drach. 1 vel drach. 2. non loto a drach. ß. ad drac 1. ß Lapide Cyaneo, paulo minore quantitate. Ex artificialibus, Diasenna Nicolai, ab vnc. ß. ad drach. 6. &c.

Hactenus

Hactenus simplex Cacochymia, sequitur composita.

Composita Cacochymia est, cum varii humores redundant: atq; tum signa eduntur composita.

Cacochymia composita.

Composita cacochymia potissimum artificialia postulat.

Composita duplex est: vel cum aliqui humores, vel cum omnes redundant.

Composita duplex.

Cum aliqui tantum redundant, fit redundantia ex bile, cum pituita, vel bile cum melancholia, vel pituita cum melancholia.

I. Cum aliqui humores redundant.

Bilis cum pituita, redundans, vacuanda Diaphoenicone, Indo maiore: Benedicta, a drach. 3 ad drach. 5. Diaphoenico ab vnc. ß. ad dr. 6. pilulis aggregatiuis, maioribus, sine quibus, Cocciis, a scrup 2. ad drac. 1.

Bilis, cum melancholia redundans, expurganda electuario de psyllio, a drach. 6. ad drach. 10. &c.

Pituita cum melancholia. Diasenna Rasis ab vnc. ß ad drach. 6. Pilulis Indis: Haly a scrup. 2. ad drach. 1. vel drach. 1. ß.

Vbi omnes humores redundant, pharmaco catholico opus est: vt catholicone ipso, ab vnc. 1. ad vnc. 1. ß. Confectione Hamech ab vnc. ß. ad drach. 6. Hiera Logadion, a drach. 1. ad drach. 2.

II. Cum omnes redundant.

Plenitudo autem cacochymica, si inaequabilis sit, primum reuellenda purgatione, (si mobilis ea sit) & astringentibus repellenda.

Excipe cum venenatum quid sit, vel si in adenes, aut emunctoria fluxus fiat: vel cum metus sit regurgitationis in partem nobilem: tum namque foras rapienda.

Sin quieta sit, atq; libera, vicinus locus sumatur, praemissa vniuersali purgatione.

Sin impacta sit (quod crassae pituitae, & melancholiae proprium est) locus scarificandus, cucurbitulaeq; affigendae, & hirudines applicandae: vel pharmaco digerente, atq; discutiente res transigenda.

Hactenus redundantia vel Plethorica vel Cacochymica: sequitur vtriusq; (& Plethoræ, & Cacochymiæ) particeps.

Redundantia plethoræ & cacochymiæ particeps.

Redundantia vtriusque particeps signa edit vtrique propria: atque tam phlebotomiam, quam purgationem postulat: semper a Phlebotomia initio vacuation s sumto: atque quo sanguis impurior, eo sanguinis vacuatio parcior esto, si humor rodēs, & acris, ventriculum infestet: hic prius expurgandus, atque tum sanguis mittendus.

Biliosam plethoram imparibus diebus natura mouet.

Biliosa, ex dextra hauriatur: atque tutissime vena secta tollitur, & sectionem exilem postulat.

Pituitosam plenitudinem & melancholicam, paribus natura mouet: & nisi bilis mistæ quid habeant vel multitudine & copia, valde lacessant, reliquiæ abscessibus purgantur.

Melancholica plethora, secundum biliosam tutissime vena secta tollitur, & amplam sectionem postulat. Pituitosa vero minime tuto tollitur, atque parcam admodum vacuationem admittit.

Plethora cacochymica laborantibus (quoniam fere vires his infirmæ sint) phlebotomia ex modicis interuallis partienda, vel vinculo dissoluto, vel vulneri digito indito, dum vires restaurātur: & si dum vacuas, vires deficiant (quod ex pulsu percipietur) & si quid superuacui restet, cessandum. Interdum hora vna, interdum pluribus ad virium restaurationem opus est. Optimum haud vltra diem differre: atque bis die (si vires sinant) mittere conuenit, potius quam in sequentem differre Sin autem vires ita infirmæ sint, vt sanguinis missionē haud omnino ferant: boni succi cibis reparandæ primum, ac tum vacuandum. Vbi vero iterare phlebotomiam conuenit, in rectum sectio fiat.

Phlebo-

Phlebotomiæ vicem supplere poterunt cucurbitulę cruentę, vel hirudines, vbi vires phlebotomiam recusant.

Hactenus redundantia succorum, sequitur Excrementorum.

Redundātia excrementorū. Excrementorum redundantia, particularis tantum est.

Hæc ex parte tantum est vacuanda.

Excrementum redundat, vel in propria sede, vel in aliena.

Est item vel vbi publicum excrementum redundat, vel priuatum.

Red. publici excrem. Redundantia publici excrementi, est vel ex chylotico excremento, vel chymico.

Excrementum chyloticum. Chyloticum excrementum est eccoproticis vacuandum: vt aloe, a drach. 1. ad dr. 2. terebinthina a drach. 2. ad vnc. ß. maluæ, betæ, brassicæ decocto, &c. atque hæc paulo ante cibum, vel cum ipso sumi poterunt.

Chymicū. Redundantia chymici, est vel ex primario chymo, vel secundario.

Primarium. Primarii, est seri vel bilis, vel melancholię. Serum, diureticis est secernendum: vt apio, fœniculo. petroselino ex naturalibus. Ex artificialibus, lithonthybo, vel puluere Iustini a scrup. 2. ad drach. 2. Oxymelite diuretico ab vnc. 2. ad vnc. 4.

Bilis hanc detergentibus & aperientibus hepaticis est eluenda: vt gramine, intyborum generibus, asparago, lupulis, chamædry, &c.

Melancholia, splenicis de obstruentibus, vt cassuta, scolopendria, corticibus tamarisci, & radicum capparum, &c. Atque nisi tergentia hæc rem expedierint, a pharmacis catharticis auxilium est petendum.

Hactenus primarij excrementi redundantia, sequitur secundarij.

Secundarium. Secundaria ſunt ex ſuccis ſecundariis: Sunt autem vel ſudores, vel inſenſilis perſpiratio.

Sudores. Sudores diaphoreticis moueantur: vt ligno ſancto, radice ſalſæ parillæ, radice chinæ, &c. ab vnc. 6. decocti, ad vnc. 10. vel amplius pro viribus patientis.

Perſpiratio inſenſilis. Inſenſilis perſpiratio, frictionibus diſcutienda.

Hactenus redundantia excrementorum ex publica nutrimenti materia, ſequitur ex priuata.

Redund. priuati excrementi. Primum Cerebri excrementa, quæ vel errhinis, vel apophlegmatiſmis, vel ſternutatoriis, vel gargariſmatis ſunt expurganda.

Errhina. Errhina ſunt vel illinenda, vel inſpiranda, vel inferenda, ex cyclamine, cucumere, agreſti, ſcammonio colocynthide, &c.

Apophlegmatiſmata. Gargariſmata. Apophlegmatiſmata ad maſticandum petantur ex radice pyrethri, oxymelite macerata. Ad gargarizandum, ex decocto glycyrrhizæ, pyrethri ſaluię, betonicæ, &c. adiecto cathartici conuenienti: vt diaphœnicone, &c. Ad illinendum petantur ex aceto, ſinapi, melle, &c.

Sternutatoria. Sternutatoria ex hellebori albi, vel euphorbii puluere perexigua quantitate.

Pulmonis excrementa ſunt becicis elidenda, vt *loch ſano depnio, loch de ſquilla, &c.*

Ventriculi, vomitu eiiciēda materia prius, vt prædictum eſt, præparata: atque hic vomitoria poterunt eſſe faciliora quam in cacochymia: vt *raphanus ex oxymelite, atriplicis decocto, mulſæ potione, &c.*

Inteſtinorum, clyſteriis ex decocto conuenienti molliente atq; detergente, adultioribus, a libr. 1. ad lib. 2. duplo cathartico quam ore acceptum (ſi opus eſt) admiſto: olei vnc. 3. vel. 4. adiectis: niſi vel vermibus inteſtina laborēt, vel aluus nimis lubrica ſit: tum namque oleo eſt parcendum.

Sin vero balanus ſatis iuuerit: fiat e melle cum

ſale

ſale ad duritiem cocto adiectis (ſi opus eſt) pulueribus catharticis. Eſto autem balanus 4. vel 5 digitos tranſuerſos longa, minimum digitum craſſa.

Vteri, hyſtericis, clyſteriis, vel peſſis.

In vterinis clyſteriis, & liquoris, & catharticorum dimidium tantum ſumatur.

Peſſarium vero eſto quam balanus mole craſſiore, nec non longiore.

Veſicæ excrementa ſunt iniectis tergentibus elu-[illegible]a.

Hactenus ratione quadam peccantia, ſequuntur toto genere aliena.

Quod toto genere alienum eſt, id penitus corpore extirpandum: & ſi qualitatibus alienum ſit, ſecundum has alterandum. *Peccantia toto genere.*

Toto genere alienum eſt vel liquidum: vel ſolidius quid. Quod liquidum eſt: vel flatus eſt, vel humor.

Flatus eſt calefacientibus & attenuantibus digerendus: atque ſi quem habeat fouentē humorem, is primum eſt purgandus. *Flatus.*

Humores toto genere alieni, ſunt ex aliis naturalibus corruptis: vt *atra bilis triplex ex Melancholia, pituita ſalſa, bile.* *Humores.*

Bilis vitellina, praſſina, æruginoſa.

Pituita acida, ſalſa, vitrea.

Solidius quid eſt duplex: vel Animatum vel Inanimatum.

Animatum, vt *vermes, dracunculus.*

Inanimatum, vt *pus, ſanguinis grumus, calculi, arenula, tophi, materia mel, ſcuum pulticulam referens.*

Hactenus opera praua: ſequuntur temere irruentium partes.

Hæ ſi corpori inhæreant, eximantur (ſi opus eſt) inſtrumento, eadē qua ingreſſæ ſunt via, ſi fieri cō- *Temere irruentium partes.*

mode queat, si minus (loci natura ferente) in aduersum protrudantur, si acumine ea prædita sint, vel arte via paretur.

Hæc de caussis fouentibus, atque de ametria caussis sit.

Ametria simplicis duæ species.

Ametria simplex duas obtinet species: Dyscraticam, vel disdiaplasticam.

Dyscrasia

Discrasia curetur remediis contrariis qualitatibus præditis: eisq; tantum physicis.

Remedia, vel vis aduersa dyscrasiis adhibita, parti affectæ quam proxime liceat applicetur.

Dyscrasia diuisio.

Dyscrasia est vel partium aliquarum: vel omniũ.

Est porro vel elementaris, vel venenata.

Dyscrasia caussa.

Dyscrasia caussa.

Caussas procatharticas, vel primas, habet diætæ errores, vel temere irruentia, eisdem qualitatibus prædita.

Internas, vel a primis, opera vel qualitate, vel quantitate praua: qualitate per se, quantitate per accidens, vel temere irruentium reliquiæ, talibus qualitatibus præditæ.

In dyscrasia curanda, vberius adhibeantur, quę in prophylactica ad sanitatem secundum crasin flectentem dicta sunt.

Dyscrasia interna (si ventriculi temperies reluctetur) vel viscerum aliquod, præcipue topicis est alteranda: atq; tum sumendorum vsus mitigandus.

Dyscrasia elementaris.

Dyscrasia elementaris est vel { Calida, Frigida, Humida, Sicca.

Dyscrasiæ calidæ signa.

Calida dyscrasiæ signa.

Corpus solito calidius, iustoque. Si vniuersalis sit calor, pulsus celerior, & frequentior, atque respiratio

tio similis: si particularis sit, secundum illam partem corpus calidius, & rubicundius.

Caussæ primæ, atque procatharticæ dyscrasiæ calidæ.

Diætæ error calefaciens, vel temere irruens calidum.

Dyscrasia calida caussa prima.

Ex diętæ erroribus, motus immoderatus, & labor immensus: vt exercitationes, studia, perturbationes vehementes, ira, curæ, vigiliæ. Humorum calidorum excretiones impeditæ, vel fuliginosorum excrementorum.

Ex fomentis, aer æstuans, insolatus, vel ab exercitatione & balneis, ambiens nimis frigidum. Cibi aut potionis penuria, vel meraciora hæc atque calidiora. Aquæ frigidæ potio ab exercitatione, vel balneo.

Antecedentes caussæ & secundariæ.

Si vniuersalis dyscrasia sit, cacochymia biliosa, vel sanguinis plethorica redundantia: vel in his, qualitatum intensiones. Sin particularis sit, eædem in partibus feruentes. Porro chyloticum excrementũ retentum, & inaspectabilis perspiratio cohibita, huius caussæ esse poterunt.

Antecedentes & secũdariæ.

Temere irruentia sunt vstiones, vel rei irruentis particulæ feruidæ adhuc corpori inhærentes.

Temere irruentia.

Remedium

Caussæ ordine amoueantur. Bilis purgetur (quo motu maxime fertur) vomitu, vel secessu. Sin autem opera qualitate acrimoniam, vel feruorem nactæ sint, hæc eadem refrigerantibus sunt temperanda.

Remediũ.

Ametria calida est caute alteranda: præsertim vbi pars publica, & ex publicis princeps aliqua laborat: itẽ cum membrum natura sua frigidum sit, cautio maxima est adhibenda.

Diæta frigida esto, atq; refrigerans, tota & ex liquidis, ac mollibus: vt *hordeatum, iuscula ex pullorum gallinaceorum carne vel similium, lactuca, portulaca, oxalide, &c. alterata.*

Somno indulgendum, nisi viscera calore laborant.

Balneum his conuenit aquæ dulcis, & ab eo vnctiones ex oleo violaceo, vel alio refrigerante si vniuersalis ametria sit. Epithemata partibus principibus Cordi, atq; Hepati adstringentia, Cerebro nequaquam: denique vndique si vniuersalis ametria sit, medicamenta frigida sunt applicanda: sese excessus gradib. æquantia. Viola hordeo, cucurbita, cucumere, nymphæa, portulaca, cicuta, papauere, &c.

Febris. Ex aliquarum partium calidis dyscrasiis, quæ cordis est, Febris dicitur.

Febres inter se complicari solent.

Febris signa.

Febris signa. Calor molestus, pulsus crebrior, atque celerior; vrinæ coloratiores; spiritus frequentior atque totius corporis condolentia, nec tamen procatharctica subsistens, quæ horum symptomatum caussa esse poterit.

Caussæ.

Caussa. Ametriæ calidæ auctores vehementiores, cor ipsum petentes.

Therapeia omnium febrium communis.

Therapeia. In omnibus febribus diæta esto solito parcior, & tenuans, & ex nutrimentis concoctu facilibus.

In ipsa morbi exacerbatione, nullum alimentum præbendum: nisi media, vel insignis aliqua vacuatio ametriam intulerit: tum namque etiam ipso morbo inuadente ægroti sunt cibandi.

Tenuis autem nutrimenti ordo talis exsistit: Tenuissimum.

nuiſſimum aqua ſaccharata, ſecundum hanc amygdalogala, ptiſanæ cremor, vel ſuccus mali punici, aut cydonii. *Tum* integri fructus æſtiui deucrati, hordeum decorticatum,& accurate coctum. *Quarto* panis purus,piſces ſaxatiles, & ex his,qui dura carne ſunt prædití. *Vltimo* pulli gallinacei, & agni extrema: vinum oligophorum. Nutriendi tempus aptiſſimum,eſt febris initium,quo & plenius febricitans cibari poterit: verſus incrementum parcior cibus eſto: in ſtatu omnino nullus,niſi vires ſuccumbant; tum namque ex tenuiſſimo ſunt reparandæ.

Ceterum quacũq; hora melius ſe habuerit ægrotus(quod fere mane eſt)cibus ei offerendus: atq; vniuerſus tantum eſto ad vires ſuſtentandas: & hora qua ſani cibari erant aſſueti(modo ægritudo permittat) ſumatur.

Quo febris vehementior, eo parcius ægroti ſunt cibandi, atque celerius: multo magis cœlo digerente, & ætate puerili: ſi tamen vires ferant in febribus vehementibus, cibus per initia omnino circumcidi poterit: a quo initio tenuis admodum ſit, ſenſim ad ſtatum diminuendo.

Potus in ipſo acceſſus vigore, eſto vnus vel alter hauſtus ſatis largus.

Febricitantes in luce habendi ſunt omnes, (niſi ſint valde infirmi) & quam maximo conclaui cubare debent.

Si quando vires febricitantibus deficiant, aere frigidiore inſpirato, & ſtillatitio aliquo analeptico recreentur.

Vbi febres inter ſe complicantur, & remedium complicandum: vrgentioris maxima habita ratione.

Atq; hæc febrium communia ſunt.

Febrium duæ ſunt ſpecies: Schetica, & Hectica. *Febrium ſpecies duæ.*

Schetica. Schetica febris est, quæ extra solidas corporis partes caussas fouentes habet.

Scheticam pariant caussæ leuiores.

Schetica febris duplex est: vel spiritibus accensis, vel humoribus.

Ephemera. Spiritus accensi Ephemeram pariunt 24. horarum febrem: quæ interdum diem secundum attingit.

Ephemeræ signa.

Eius signa. His suauis adest calor, rara, aut nulla in vno pulsu inæqualitas, eaque admodum obscura. Pulsus magni. Vrina haud valde absimilis sanorum, rufa tamen, facile ægritudinem ferunt, nec vlla tenus vires succumbunt. Vel sudore, vel madore, vel transpiratu halituoso solet desinere.

Caussa.

Caussa. Procatharticas tantum solent Ephemeræ habere caussas, eas tamen (quod solæ sint) tanto vehementiores, frequentius tristitiam, curam, vigilias, lassitudinem, cutem astrictam, ex frigore, vel alio quolibet diætæ errore: vt suppressa excrementorum vacuatione.

Remedium.

Remedia. Aer omnibus Ephemeris, inspiretur frigidiusculus, corpore reliquo operimentis bene contecto, atque haud supra primum gradũ refrigerationis tam pharmaceutica, quam diæteticæ hic vsus esto.

In Ephemeræ declinatione, antequam cibus cõcedatur, corpus molliter fricandum, manibus oleo violaceo recenti, vel loco perunctis: & nisi inanitio febrem intulerit, & corpus calidum atque siccum natura sit, prorsus abstinere satius foret: vtque postero die, cum tempus accessionis ita transiit, vt nil mouerit, cibus dari poterit. Sin autem ex alto

calor

calor venerit, & grauitas vel capitis, vel præcordiorum ſequuta eſt, quia febris humoralis timeri poteſt, exſpectandus dies tertius: atque vbi acceſſionis tempus prætericrit, (quia adhuc timor ſupereſſe queat febris humoralis) cibus exiguus dandus: atque die quarto (ſi corpus integrum ſit) cum fiducia dari poterit.

In Ephemerarum ſtatu, largus potus eſſe poterit vini oligophori.

Hic Ephemerarum varietas ex cauſſarum procatharticarum vbertate diſtinguitur.

Ephemerarū varietas quo modo diſtinguatur.

Si fames, vigilia, coitus nimius, vel alia quælibet inanitio febrem intulerit: his pallet facies, & oculi caui fiunt, proprie autem quibus vigilia intulerit, facies ſubtumida exſiſtit, & vix oculorum palpebras attollunt, humore quodem imbutas. Atq; omnes, vigiliis, curis, cogitationibus febricantes, pulſuum magnitudine deſtituuntur: & qui ex triſtitia febricitant, his acrimonia potius quam abundantia caloris percipitur.

I.

Remedium.

Statim ipſo acceſſu, ægroti ſunt cibandi: maxime quibus corporis temperies, ad calidum, atque ſiccum vergit: aliter abſtinere præſtat: & vbi acceſſio remiſerit, in balneum continuo ſunt perducendi, & tepente oleo largiſſime perfundi debent: tum molli manu fricari; atque diutiſſime in calidi ſolii aqua morari; & frequentius lauari. Niſi caput dolet, his vinum vtile.

Qui ex labore ac laſſitudine febricitant, cutem habent ſicciorem.

II.

Remedium.

Hi ſunt multum oleo tepido manu molli fricandi. His etiam conuenit ſatis largiter vinum bibere pro ratione virium, ætatis, conſuetudinis.

III. Qui ex cute astricta febricitant, cutem densam obtinent: & primum tangenti, mitior percipitur calor; post acrior: absq; vrinis rufis, absque mole corporis concidente, vel oculis cauis, aut aridis: neque pulsus hic minores.

Remedium.

Frictio rarefaciens, a balneo aquæ dulcis temperato adhibeatur: & nisi supra modum refrigerati sint, & corpore pleno: Vinum his conuenit Sin ex frigore oriatur, & pariter accesserit capitis grauedo, & distillatio, lotiones, & balnea sub finem tantum fiant, his prius concoctis.

IV. Qui ex æstu febricitant, (quod ex prægresso errore percipitur) quamprimum in balneum aquæ dulcis ducendi, & multum lauandi, atq; post. oleo violaceo vngendi, & magis lauandi, quam vngendi, & frequentius: Et caput perfundendum oleo omphacino sine sale, vel rosaceo, violaceo vehementer refrigeratis. & capiti superfusis.

Si cui ex ira contigerit febris: primum ea sedetur: tum in febris declinatione, balneum, vnctio, frictio, ex oleo violaceo, nenupharino &c.

Hactenus febris Ephemera, sequuntur humorales.

Febris humoralis. Humoralis febris est, ex calore humores primum inuadente, atque per eos cordi ametriam procreante.

Signa.

Eius signa. Hæ calidiores sunt Ephemeris omnes: atque dierum plurium: pulsus item ex systole celeri sunt hic inæquales.

Caussæ.

Caussa. Caussas habent humorales, præter procatharticas, & primas, succorum item vitia, fouentes internas, & a primis.

Humo-

Humoralium commune.

Humoralibus initio, phlebotomia conuenit (si vires ferant) aluo prius (morbo inducias dante) clystere soluta, eoque horis duabus ante sanguinis missionem iniecto.

Humoralium communia.

Sin autem morbus festinationem postulat, sanguis, vel præterito clystere mittatur.

In humoralibus, vbi status morbi adest, vel imminet, (quod ex symptomatum incremento percipitur) nil vacuationum moliendum Si quid tamen humoris expurgandi publicis viis obsistat, præparatus prius, omni morbi tempore, deiici poterit.

Humoralis febris est vel sanguinea, vel biliosa. Sanguinea est, in qua sanguis accenditur: atque Synochus dicitur.

Synochus vnicam accessionem habet.

Synochus

Signa Synochi.

Vrinę rubicundę, crassæ, pulsus magnus, vehemẽs, plenus, nec mollis, nec durus, celer, frequens. Caput dolet, fauces rubent, venę extensione laborant: corpus madet: fatuitas linguæ imponit, vel dulcedo. Æger intumescere se putat, & ægre spirat.

Signa

Caussa.

Sanguis redundans, iustoque calidior.

Caussa.

Remedium.

Quantum vires ferant, tantum hic sanguinis vacuandum: etiam si prius sponte fluxerit, nisi morbum exstinxerit, vel saltem diminuerit.

Remediũ.

Si natura sponte sua mouerit, quod hic paribus diebus facere solet, eius motui succurrendum, siue ab hæmorrhoide, siue a nare, siue ab vtero, nec nisi nimius fuerit fluxus obsistendum.

Epithemata refrigerantia, in statu tantum, idq; concoctionis signis apparentibus, vsurpanda.

Cum euidentes concoctionis notæ apparuerint, nec principem partem inflammatio occupet, nec tumor œdematodes,aut ſchirrhus, nec partium internarum imbecillitas vlla, aquam frigidam largiter & audacter propinato,præcipue ſi ægrotus frigidæ ſit aſſuetus.

Febrium ſynochorũ toni.

Synochi febres tonos obtinent.

Tonus.

Tonus eſt Synochi febris certa affligendi ratio.

Tonus eſt duplex : vel Homotonos, vel Ditonos.

Homotonos.

Homotonos eſt cum ęquabiliter affligit:eo quod non minus caloris exhalat. quam generatur.

Ditonus eſt, cum inæquabiliter affligit: eo quod vel plus vel minus exhalat.

Ditonos.

Ditonus eſt vel Epacmaſticus : vel Paracmaſticus.

Epacmaſticus.

Epacmaſticus, eſt qui ſemper inualeſcendo inæquabiliter affligit: cum plus generatur, quam exhalat.

Peracmaſticus.

Paracmaſticus, eſt qui continuo decreſcendo inęquabiliter affligit,eo quod minus generatur quam exhalet.

Synochus mitior.

Synochus eſt,vel mitior,vel vehementior.

Mitior eſt, cum ſanguinis pars tenuior accenditur,& Ephemera extenſa dicitur.

Ephemera extenſa,non raro ante diem quintum iudicatur.

Signa.

Signa.

Oritur potiſſime vere,& autumno, adoleſcentibus ſanguine multo refertis.

Vrinæ ſunt ſimiles Ephemeris, & ægroti inflationem percipiunt : hic pulſus inæqualitas eſt obſcura.

Remedium.

Remediũ.

Diætæ erroribus ceſſantibus, intra primum triduum,

duum, ad lipothymiam sanguis mittatur: in qua tamen lipothymia, ægrotus audit, videt, astantes agnoscit, &c.

Cum optio datur, hora matutina (duabus horis a phlebotomia) cibetur ægrotus, cibis frigidis & humidis.

Nisi sanguinis missio febrē exstinxerit, aqua frigida largissime hauriatur: quod si quid dissuadeat, frigidus aliquis syrupus, vt acetosus, vel violaceus aqua frigida dilutus propinetur.

Parcendum hic somno: nisi vbi sanguis primum missus fuerit: atq; tum (duabus a phlebotomia horis) somno indulgere poterit ægrotus.

Hactenus Ephemera extensa, siue synochus mitior, sequitur vehementior.

Synochus vehementior est, cum sanguinis tota massa ferueat. *Synochus vehementior.*

Signa.

Cruditatis nota hic adest in pulsu, vt inæquabilitas manifestior. Et in vrinis quæ hic rubræ, turbidæque exsistunt. Exspiratio quam inspiratio hic insignior: lingua tandem asperior nigricat, & non nihil amaricat: Capitis dolor vehemens, & continuus vrgere solet. *Signa.*

Hic toni sunt euidentiores: & ex tonis, paracmastica haud vacat periculo, mox consistens.

Periculosæ signa sunt in quiete fatigari, dyspnœa multum infestari: ventrem inflari atq; rugire: pustulas nigras, atque liuidas apparere: inuoluntarias lacrymas perfundere: a somno laborem sentire: atq; etiam aere ambiente frigido, admodum vri.

Caussa.

Sanguis multus, calidior: atq; vehementiore paracmastica accensus. *Caussa*

Remedium.

Remediū. Hic sanguinis minus quam in præcedente vacuandum:& tantum citra lipothymiam est consistendum.

Potest in hac & quarto,& septimo,etiam post septimum sanguis mitti.

Si sanguis valde calens sint, (materia copiosa ac furente) leuis purgatio vel clyster purgans ex vsu erunt. Sumatur autem pharmacum colaphygum diluculo post phlebotomiam. Post vero & phlebotomiam & pharmacum, humectanti, atque refrigerāte,& diætæ & medicationi incumbēdum, dum dies decimusquartus aduenerit, atq; tum (morbo a natura victo) sensim pleniore victu ægrotus reficiatur, eo tamen solito humidiore, frigidioreq;.

Hactenus febris humoralis sanguinea, sequitur biliosa.

Febris Biliosa. Biliosa febris est ex accensa bile procreata.

Signa

Signa. Pulsus quam in prædictis magis inæquales, & systole multo citatior. Calor mordax & acris, vrinæ valde crudæ.

Caussa.

Caussa. Biliosa febris habet tam procatharticas caussas, quam internam fouentem cacochymiam. Succedit item ab Ephemera, quæ ad integritatem haud desierit.

Biliosa febris periodi. Biliosa febris periodos obtinet.

Periodus est febrilis accessus reciprocatio.

Periodus. Periodus est vel stata, ac typica, vel vaga.

Typica. Typica est, quæ certas & ordinatas habet reciprocationes.

Vaga. Vaga periodus, incertas habet.

Stata periodus est vel celer, vel tarda.

Celer. Celer est, quæ quotidie affligit ex nouæ materiæ generandæ facilitate.

Tarda

Tarda est, quæ extra quotidianam est: ex materiæ generandæ difficultate. *Tarda.*

Tarda est vel Tertiana: vel Quartana.

Tertiana est, quæ tertio die reciprocatur. *Tertiana.*

Quartana est, quæ quarto reciprocatur: & huius materia difficilime regeneratur. *Quartana.*

Est porro febrium periodus duplex: vel Remissionis: vel Intermissionis.

Vbi periodus remittit, quam integerrimo cibus offerendus.

Remittentes periodi sunt tantum, quib. materia est copiosa, vel crassa. Atque hic copiosior vacuatio est molienda: & victus tenuior imperandus. *Remittentes.*

Intermittentes periodi sunt ex materia parciore nec non tenuiore. Hic vacuandum parcius, & ipsa quiete, tanto ante accessionem tempore, vt ante ipsam compleri queat. *Intermittentes.*

Intermittentibus periodis, antequam ex toto integer sit ægrotus cibus offerendus; atque is copiosior quam in remittentibus. Atq; in his si tardet accessus longe ab exacerbatione. id est, sex vel 8 horis post, cibus offerendus: quibus horis ægroto vigilandum: sumto autem cibo dormire permittendus.

In intermittentium inuasionibus, vomitiones vtiliter mouentur.

Intermittentes periodi, paroxysmum habent frigidum in primo insultu.

Hæc de Periodis.

Biliosæ febres inter se complicantur: interdum vna pluribus: atq; tum accessiones haud pares sunt: Sed quę diebus morbo congruentibus accidunt, vehementiores sunt: ceteræ remissiores. Atq; si ambæ intermittant, nulla quies ægroto accidit.

Per initia febrium biliosarum, rhabarbarum, & astringentia, pharmaca sunt vitanda.

Biliosæ febris caussa, Biliosa febris est vel ex bile flaua, vel atra.
Ex bile flaua est, cum hæc febrem accendit.
Caussam habet cacochymiam biliosam.
Hæc colaphygo ducenda.

Febris biliosa flaua. Febris biliosa flaua est, vel cū bilis sese materiam foco præbet, vel aliam materiam accendit.

Si bilis foci materia sit iecori inprimis est consulendum, quod potissimum hic infirmatur.

Biliosæ vbi aliis eiusdē generis implicantur, diebus imparibus plus paroxysmos intendunt, quibus accessus fiunt.

Causos. Biliosæ hæ, si haud intermittant, sed remittant tantum, febris causos dicitur: magna vehementia vrens. In causo frigus, rigor, aut horror vbi finitura est: alias raro.

Caussonis signa.

Caussonis signa.

Color acerrimus, anxietas, iactatio corporis, velut confracti, lingua arida, scabra, citrina, vel nigra, sitis inexplebilis, ἀνορεξία: circum ventriculum, aut hepar mordicatio, dyspnœa: alui excremēta crocea: vrina tenuis valde: & ad liuidum inclinans. Nonnunquam hanc præcedit (quod rarum est) insignis rigor, valde pungens. Pulsus est frequens, velox, & quodammodo durus: Superveniunt vigiliæ, aut profundior somnus: aut vigilandi impotentia. Delirium, & ab ea interdum vera phrenitis: interdum conuulsio: & cordis agitatio maxima: tussicula, sudor leuis in fronte, & clauiculis: alibi cutis valde arida.

Pessimum signum æstus cui non respondet sitis: vigiliæ iuges. & delirium: color faciei insigniter immutatus: lentor circa dentes: vomitus, & deiectio mere biliosa: vrina valde tenuis, cruda, nigra, pauca, cum aluo astricta: vel aluus nimis lubrica pinguia excernens. Nares sanguinis guttas stillare, illacry-

matio

matio ſpontanea: externis partibus non admodum calere, aut etiam frigere, nec facile priſtino calori reſtitui: aut diebus paribus morbum exacerbari: ante ſeptimum diem auriginem apparere, aut ſudare, nihilominus febre increſcente.

Cauſſa.

Procatharticæ: ex diætæ erroribus, quę vehementiſſime calorem intenderint: inprimis potus abſtinentia per magnos æſtus. *Cauſſa.*

Antecedens: vitellina bilis ſincera, & retorrida: magis in cauſo, minus vbi tertiana continua (quæ ab hac cauſo gradu deficit) affligit.

Remedium.

Ægroti quoad fieri poteſt, quietem agant. *Remediū.*

Victus eſto liquidiſſimus: vt iuſcula ex pullo alterata lactuca, oxalide, plantagine, &c. Pruna acidodulcia. Potio larga.

Hic ſanguis mox ab initio, citra moram mittatur, etiam (prius iniecto clyſtere) die eodem quo primum inuadit.

Sanguis mittatur ad euentilationem tantum: & longe citra lipothymiam ad vnc. 4. vel libr. ß. Si quid ſanguinis miſſionem diſſuadeat, cucurbitulæ cum ſcarificatione applicandæ, vel hirundines affigendæ.

Die ſecundo, leni cholaphygo purgandum: & ſcammoniacis prorſus abſtinendum: &, modo nil diſſuadeat, aquæ frigidæ potus eſto vberrimus: Si quid diſſuadeat, acidus ſyrupus de limonibus, de acetoſitate citri, &c. aqua diluendus, & propinandus, vel etiam neceſſitate vrgente haud negandus papauerinus.

Declinante morbo, & ſtatu tranſacto, epithemata viurpentur ex ſympatheticis partibus principi-

bus: vel potius capiti raso, thoraci, hypochondriis, plantis pedum, pulmones recens mactatorum animalium, aut catelli vel pulli gallinarum aut columbarum, per spinæ longitudinem sectorum admoueantur: vel lanæ hapsus oleo violaceo tepente imbutus applicetur.

Die septimo peracto, si quæ morbi reliquiæ suspectæ fuerint, purgatione sunt deiiciendæ: & diaphoreticis, atque diureticis proliciendæ.

Si tertiana cõtinua sit, haud tanta vis vrget morbi, nec feruor tantus: Ergo tum quarto die medicamentum purgans præberi poterit: & cibi hic poterunt esse frugaliores, quam in causo, tenues tamen omnes.

In causo symptomata vehementissime affligere solent, & medicum pscere: secundum hunc, in tertiana continua.

Symptomata tertianæ continuæ. Sunt autem hæc: imbecillitas, oppressio, tussis, lumborum dolor, cephalalgia, vigiliæ, paraphrenitis, sitis inexplebilis, linguæ ariditas, nigredo, asperitas fissuræ, lentor dentium, linguæ, palati, cibi fastidium, bulimus, lipothymia, syncope, singultus, nausea, vomitus, alui fluxus, aluus adstricta, aurigo, sudor.

Ad imbecillitatem.

Imbecillitas. Hæc aere frigido, & puro recreetur, & aceti rosacei odore.

Ad oppressionem, & hypochondriorum tensionem.

Oppressio. Sedantur hæc citato vomitu, vel purgante medicamento, clystere, potius quam potione, si ex materia copia sit.

Sin vero nimio calore oppressio fiat, aer refrigeretur, & halitu, haud naribus inspiretur: ad cordis regio-

regionem epithemata frigida applicentur: vel potius olea refrigerantia, nenupharinum, violaceum, papauerinum, &c.

Ad tussim.

Hypoglottides sub lingua teneantur, ex leniente, ac refrigerante materia, vt ex glycyrrhiza, gummi, tragacantha, seminibus frigidis maioribus, &c.

Tussis.

Ad lumborum dolorem.

Lumborum dolor refrigerante linimento est placandus, vt refrigerante Galeni, cum succis frigidis.

Lumborum dolor.

Ad Cephalalgiam: hæc frontem & tempora occupare solet.

Omnis motus & corporis & animi vitetur, lux & strepitus. Vnctiones frigidæ atque humidę vt populeon, &c adhibeantur: & embrocha atque frontalia, ex frigida, humidaque materia vsurpentur: & cucurbitulæ cum multa flamma ad homoplatas, aut ceruicis radices affigendæ; & frictiones partium extremarum curandæ, & eisdem vincula dolorifica iniicienda.

Cephalalgia.

Ad vigilias.

Vigilantibus tenebræ inducendæ, & alta quies, atque altum silentium imperandum: nisi aquæ murmure, vel musica leni, vnico sensu occupato, communem consopire consilium sit. Frigida odorandum, & eadem capiti, atq; temporibus capiti applicanda Si opus est a proprietate hypnotica sumenda ex syrupo papauerino, nenupharino, de portulaca, &c. vel medicamentum diacodion quantitate dimidii cochlearis ore teneatur & exsputum post, recens sumatur dum somnus obrepat, atque tum quę

Vigiliæ.

vltimo sumitur, in ventrem illabi sinendũ, vel theriaca duorum mensium quod vnc. 1. clysteri indi poterit, & postea subiici. Porro in partium principum emunctoriis, vnctiones refrigerantes applicentur, & ad vasa maiora: item his ipsis irrigationes, & epithemata adhibenda.

Ad Paraphrenitim.

Paraphrenitis.

Hic initio refrigerantia, & astringentia applicentur: oxyrhodino misto, &c. Et ab his (malo procedente) capiti raso, recens mactata animalcula applicentur, & frictiones manuum, ac pedum, & ligaturæ dolorificæ adhibeantur, & continuus aquæ frigidæ odoratus esto.

Ad sitim inexplebilem.

Sitis inexplebilis.

Per nares ægrotus exspiret ore clauso, somno & silentio indulgeat, (nisi quid grauius somnum dissuadeat) & syrupus aliquis acetosus aqua frigida dilutus propinetur: vel humectans, atque refrigerans, vt de portulaca, de cucurbita, &c.

Sin autem sitis mendosa tantum sit, ex pulmone æstuante frigidissimus aer inspiretur, & aqua frigida subinde ore teneatur, & cum incaluerit, mutetur: vel cerasa sicca, acidula ore mandentur: & saccharum crystallinum ore contineatur

Nisi hac arte sitis restinguatur, post duas horas, potus satis largus, & bene refrigeratus haustu magno propinetur.

Ad linguæ, palati, dentium ariditatem, nigredinem, asperitatem, fissuras, &c.

Linguæ ariditas, nigredo, asperitas, fissuræ, lentor dentium, linguæ, palati, &c.

Liniantur hæc lento, humectante, refrigerante, atque detergente aliquo: vt hordei mundati decocto, carnis prunorum dulcium, cucurbitæ, cum saccharo crystallino, penidiis, & succo glycyrrhizæ ad eclegmatis consistentiam.

Lingua decocto hordei frequenter tergeatur, & asperiore linteo, vel cochleari, diligenter fricetur.

Si fissuræ molestæ sint, glutinētur seminibus cydoniorum cum gūmi arabico, tragacātha, ichthyocolla, &c. horum mucilaginibus decocto præcedente maceratis, & dissolutis.

Porro gutturi foris olea humectantia, & refrigerantia, leniter gutturi infricanda: vt violaceum, nenupharinum, &c. Si œsophagum lentor occupet, præmisso gargarismate ex attenuantibus, & abstergentibus: vt glycyrrhiza, iride, hordeo integro, hyssopo, &c. bolis crassioribus deuoratis abradatur: vel potione tergente affatim deglutita abstergeatur: vt decocto hordei cum saccharo, & aceto pauco, vel syrupo acetoso, &c.

Ad cibi fastidium.

Cibi fastidium.

Acidi intinctus apparentur: & aqua frigida potetur cum rātillo aceti: & malum coroneum, vel granatum acidulum edatur. Porro, varii cibi, minime pingues aut prædulces, apponantur, & aceto rosaceo, omphacio, oxalidis vel granatorum succo condiantur. Præterea fastidientibus cappares conueniunt, salsamenta, oxypora ex lactuca, oxalide, cichorio cum aceto, atq; oleo parcissimo.

Cibus parce, & raris interualliis sumatur. Atq; nisi hac arte cibi fastidium pelli poterit, (detersis prius intestinis) clysteres nutrientes infundantur: quantitate parca, ad vires & corporis molem, bis, vel ter quotidie, horis pastui dicatis.

Ad Bulimum.

Bulimus.

Alimentum valde tenuium partium hic esto: & frequenter acetum, pulegium, mala, pyra, & similes fructus olfiant, & cetera nidore bono plena: vt panis calidus, suillæ carnes assæ, & panis vino intinctus, sumendus, vinum ipsum, quæ sorbilia.

Diæta frigida esto, atq; refrigerans, tota & ex liquidis, ac mollibus: vt *hordeatum, iuscula ex pullorum gallinaceorum carne vel similium, lactuca, portulaca, oxalide. &c. alterata.*

Somno indulgendum, nisi viscera calore laborant.

Balneum his conuenit aquæ dulcis, & ab eo vnctiones ex oleo violaceo, vel alio refrigerante si vniuersalis ametria sit. Epithemata partibus principibus Cordi, atq; Hepati adstringentia, Cerebro nequaquam: denique vndique si vniuersalis ametria sit, medicamenta frigida sunt applicanda: sese excessus gradib. æquantia. Viola hordeo, cucurbita, cucumere, nymphæa, portulaca, cicuta, papauere, &c.

Febris. Ex aliquarum partium calidis dyscrasiis, quæ cordis est, Febris dicitur.

Febres inter se complicari solent.

Febris signa.

Febris signa. Calor molestus, pulsus crebrior, atque celerior; vrinæ coloratiores; spiritus frequentior atque totius corporis condolentia, nec tamen procatharctica subsistens, quæ horum symptomatum caussa esse poterit.

Caussæ.

Caussa. Ametriæ calidæ auctores vehementiores, cor ipsum petentes.

Therapeia omnium febrium communis.

Therapeia. In omnibus febribus diæta esto solito parcior, & tenuans, & ex nutrimentis concoctu facilibus.

In ipsa morbi exacerbatione, nullum alimentum præbendum: nisi media, vel insignis aliqua vacuatio ametriam intulerit: tum namque etiam ipso morbo inuadente ægroti sunt cibandi.

Tenuis autem nutrimenti ordo talis exsistit: Tenuissimum.

nuiſſimum aqua ſaccharata, ſecundum hanc amygdalògala, ptiſanæ cremor, vel ſuccus mali punici, aut cydonii. *Tum* integri fructus æſtiui deucrati, hordeum decorticatum,& accurate coctum. *Quarto* panis purus,piſces ſaxatiles, & ex his,qui dura carne ſunt præditi. *Vltimo* pulli gallinacei, & agni extrema: vinum oligophorum. Nutriendi tempus aptiſſimum,eſt febris initium,quo & plenius febricitans cibari poterit: verſus incrementum parcior cibus eſto: in ſtatu omnino nullus,niſi vires ſuccumbant; tum namque ex tenuiſſimo ſunt reparandæ.

Ceterum quacūq; hora melius ſe habuerit ægrotus(quod fere mane eſt)cibus ei offerendus: atq; vniuerſus tantum eſto ad vires ſuſtentandas: & hora qua ſani cibari erant aſſueti(modo ægritudo permittat) ſumatur.

Quo febris vehementior, eo parcius ægroti ſunt cibandi, atque celerius: multo magis cœlo digerente, & ætate puerili: ſi tamen vires ferant in febribus vehementibus, cibus per initia omnino circumcidi poterit: a quo initio tenuis admodum ſit, ſenſim ad ſtatum diminuendo.

Potus in ipſo acceſſus vigore, eſto vnus vel alter hauſtus ſatis largus.

Febricitantes in luce habendi ſunt omnes, (niſi ſint valde infirmi) & quam maximo conclaui cubare debent.

Si quando vires febricitantibus deficiant, aere frigidiore inſpirato, & ſtillatitio aliquo analeptico recreentur.

Vbi febres inter ſe complicantur, & remedium complicandum : vrgentioris maxima habita ratione.

Atq; hæc febrium communia ſunt.

Febrium duæ ſunt ſpecies : Schetica, & Hectica. *Febrium ſpecies duæ.*

Schetica. Schetica febris est, quę extra solidas corporis partes caussas fouentes habet.

Scheticam pariant caussæ leuiores.

Schetica febris duplex est: vel spiritibus accensis, vel humoribus

Ephemera. Spiritus accensi Ephemeram pariunt 24. horarum febrem: quæ interdum diem secundum attingit.

Ephemera signa.

Eius signa. His suauis adest calor, rara, aut nulla in vno pulsu inæqualitas, eaque admodum obscura. Pulsus magni. Vrina haud valde absimilis sanorum, rufa tamen, facile ægritudinem ferunt, nec vlla tenus vires succumbunt. Vel sudore, vel madore, vel transpiratu halituoso solet desinere.

Caussa.

Caussa. Procatharticas tantum solent Ephemeræ habere caussas, eas tamen (quod solæ sint) tanto vehementiores, frequentius tristitiam, curam, vigilias, lassitudinem, cutem astrictam, ex frigore, vel alio quolibet diætæ errore: vt suppressa excrementorum vacuatione.

Remedium.

Remedia. Aer omnibus Ephemeris, inspiretur frigidiusculus, corpore reliquo operimentis bene contecto, atque haud supra primum gradū refrigerationis tam pharmaceuticæ, quam diæteticæ hic vsus esto.

In Ephemeræ declinatione, antequam cibus cōcedatur, corpus molliter fricandum, manibus oleo violaceo recenti, vel loco perunctis: & nisi inanitio febrem intulerit, & corpus calidum atque siccum natura sit, prorsus abstinere satius foret: vtque postero die, cum tempus accessionis ita transiit, vt nil mouerit, cibus dari poterit. Sin autem ex alto calor

calor venerit, & grauitas vel capitis, vel præcordiorum sequuta est, quia febris humoralis timeri potest, exspectandus dies tertius: atque vbi accessionis tempus præterierit, (quia adhuc timor superesse queat febris humoralis) cibus exiguus dandus: atque die quarto (si corpus integrum sit) cum fiducia dari poterit.

In Ephemerarum statu, largus potus esse poterit vini oligophori.

Hic Ephemerarum varietas ex caussarum procatharticarum vbertate distinguitur.

Ephemerarū varietas quomodo distinguatur.

Si fames, vigilia, coitus nimius, vel alia quælibet inanitio febrem intulerit: his pallet facies, & oculi caui fiunt, proprie autem quibus vigilia intulerit, facies subtumida exsistit, & vix oculorum palpebras attollunt, humore quodem imbutas. Atq; omnes, vigiliis, curis, cogitationibus febricantes, pulsuum magnitudine destituuntur: & qui ex tristitia febricitant, his acrimonia potius quam abundantia caloris percipitur.

I.

Remedium.

Statim ipso accessu, ægroti sunt cibandi: maxime quibus corporis temperies, ad calidum, atque siccum vergit: aliter abstinere præstat: & vbi accessio remiserit, in balneum continuo sunt perducendi, & tepente oleo largissime perfundi debent: tum molli manu fricari; atque diutissime in calidi solii aqua morari; & frequentius lauari. Nisi caput dolet, his vinum vtile.

Qui ex labore ac lassitudine febricitant, cutem habent sicciorem.

II.

Remedium.

Hi sunt multum oleo tepido manu molli fricandi. His etiam conuenit satis largiter vinum bibere pro ratione virium, ætatis, consuetudinis.

III. Qui ex cute aſtricta febricitant, cutem denſam obtinent: & primum tangenti, mitior percipitur calor; poſt acrior: abſq; vrinis rufis, abſque mole corporis concidente, vel oculis cauis, aut aridis: neque pulſus hic minores.

Remedium.

Frictio rarefaciens, a balneo aquæ dulcis temperato adhibeatur: & niſi ſupra modum refrigerati ſint, & corpore pleno: Vinum his conuenit. Sin ex frigore oriatur, & pariter acceſſerit capitis grauedo, & diſtillatio, lotiones, & balnea ſub finem tantum fiant, his prius concoctis.

IV. Qui ex æſtu febricitant (quod ex prægreſſo errore percipitur) quamprimum in balneum aquæ dulcis ducendi, & multum lauandi, atq; poſt. oleo violaceo vngendi, & magis lauandi, quam vngendi, & frequentius: Et caput perfundendum oleo omphacino ſine ſale, vel roſaceo, violaceo vehementer refrigeratis, & capiti ſuperfuſis.

Si cui ex ira contigerit febris: primum ea ſedetur: tum in febris declinatione, balneum, vnctio, frictio, ex oleo violaceo, nenupharino &c.

Hactenus febris Ephemera, ſequuntur humorales.

Febris humoralis. Humoralis febris eſt, ex calore humores primum inuadente, atque per eos cordi ametriam procreante.

Signa.

Eius ſigna. Hæ calidiores ſunt Ephemeris omnes: atque dierum plurium: pulſus item ex ſyſtole celeri ſunt hic inæquales.

Cauſſæ.

Cauſſa. Cauſſas habent humorales, præter procatharticas, & primas, ſuccorum item vitia, fouentes internas, & a primis.

Humo-

Humoralium commune.

Humoralibus initio, phlebotomia conuenit (si vires ferant) aluo prius (morbo inducias dante) clystere soluta, eoque horis duabus ante sanguinis missionem iniecto.

Humoralium communia.

Sin autem morbus festinationem postulat, sanguis, vel præterito clystere mittatur.

In humoralibus, vbi status morbi adest, vel imminet, (quod ex symptomatum incremento percipitur) nil vacuationum moliendum Si quid tamen humoris expurgandi publicis viis obsistat, præparatus prius, omni morbi tempore, deiici poterit.

Humoralis febris est vel sanguinea, vel biliosa. Sanguinea est, in qua sanguis accenditur: atque Synochus dicitur.

Synochus vnicam accessionem habet.

Synochus

Signa Synochi.

Vrinę rubicundę, crassæ, pulsus magnus, vehemēs, plenus, nec mollis, nec durus, celer, frequens. Caput dolet, fauces rubent, venę extensione laborant: corpus madet: fatuitas linguæ imponit, vel dulcedo. Æger intumescere se putat, & ægre spirat.

Signa

Caussa.

Sanguis redundans, iustoque calidior.

Caussa.

Remedium.

Quantum vires ferant, tantum hic sanguinis vacuandum: etiam si prius sponte fluxerit, nisi morbum exstinxerit, vel saltem diminuerit.

Remediū.

Si natura sponte sua mouerit, quod hic paribus diebus facere solet, eius motui succurrendum, siue ab hæmorrhoide, siue a nare, siue ab vtero, nec nisi nimius fuerit fluxus obsistendum.

Epithemata refrigerantia, in statu tantum, idq; concoctionis signis apparentibus, vsurpanda.

Cum euidentes concoctionis notæ apparuerint, nec principem partem inflammatio occupet, nec tumor œdematodes, aut schirrhus, nec partium internarum imbecillitas vlla, aquam frigidam largiter & audacter propinato, præcipue si ægrotus frigidæ sit assuetus.

Febrium synochorũ toni. Synochi febres tonos obtinent.

Tonus. Tonus est Synochi febris certa affligendi ratio.

Tonus est duplex: vel Homotonos, vel Ditonos.

Homotonos. Homotonos est cum ęquabiliter affligit: eo quod non minus caloris exhalat. quam generatur.

Ditonus est, cum inæquabiliter affligit: eo quod vel plus vel minus exhalat.

Ditonos. Ditonus est vel Epacmasticus: vel Paracmasticus.

Epacmasticus. Epacmasticus, est qui semper inualescendo inæquabiliter affligit: cum plus generatur, quam exhalat.

Peracmasticus. Paracmasticus, est qui continuo decrescendo inęquabiliter affligit, eo quod minus generatur quam exhalet.

Synochus mitior. Synochus est, vel mitior, vel vehementior.

Mitior est, cum sanguinis pars tenuior accenditur, & Ephemera extensa dicitur.

Ephemera extensa, non raro ante diem quintum iudicatur.

Signa.

Signa. Oritur potissime vere, & autumno, adolescentibus sanguine multo refertis.

Vrinæ sunt similes Ephemeris, & ægroti inflationem percipiunt: hic pulsus inæqualitas est obscura.

Remedium.

Remediũ. Diætæ erroribus cessantibus, intra primum triduum,

duum,ad lipothymiam ſanguis mittatur: in qua tamen lipothymia, ægrotus audit, videt, aſtantes agnoſcit,&c.

Cum optio datur, hora matutina (duabus horis a phlebotomia) cibetur ægrotus, cibis frigidis & humidis.

Niſi ſanguinis miſſio febrē exſtinxerit, aqua frigida largiſſime hauriatur: quod ſi quid diſſuadeat, frigidus aliquis ſyrupus, vt acetoſus, vel violaceus aqua frigida dilutus propinetur.

Parcendum hic ſomno: niſi vbi ſanguis primum miſſus fuerit: atq; tum (duabus a phlebotomia horis) ſomno indulgere poterit ægrotus.

Hactenus Ephemera extenſa, ſiue ſynochus mitior, ſequitur vehementior.

Synochus vehementior eſt, cum ſanguinis tota maſſa ferueat. *Synochus vehementior.*

Signa.

Cruditatis nota hic adeſt in pulſu, vt inæquabilitas manifeſtior. Et in vrinis quæ hic rubræ, turbidæque exſiſtunt. Exſpiratio quam inſpiratio hic inſignior: lingua tandem aſperior nigricat, & non nihil amaricat: Capitis dolor vehemens, & continuus vrgere ſolet. *Signa.*

Hic toni ſunt euidentiores: & ex tonis, paracmaſtica haud vacat periculo, mox conſiſtens.

Periculoſæ ſigna ſunt in quiete fatigari, dyſpnœa multum infeſtari: ventrem inflari atq; rugire: puſtulas nigras, atque liuidas apparere: inuoluntarias lacrymas perfundere: a ſomno laborem ſentire: atq; etiam aere ambiente frigido, admodum vri.

Cauſſa.

Sanguis multus, calidior: atq; vehementiore paracmaſtica accenſus. *Cauſa*

Tarda est, quæ extra quotidianam est: ex materiæ generandæ difficultate. *Tarda.*

Tarda est vel Tertiana: vel Quartana.

Tertiana est, quæ tertio die reciprocatur. *Tertiana.*

Quartana est, quæ quarto reciprocatur: & huius materia difficilime regeneratur. *Quartana.*

Est porro febrium periodus duplex: vel Remissionis: vel Intermissionis.

Vbi periodus remittit, quam integerrimo cibus offerendus.

Remittentes periodi sunt tantum, quib. materia est copiosa, vel crassa. Atque hic copiosior vacuatio est molienda: & victus tenuior imperandus. *Remittentes.*

Intermittentes periodi sunt ex materia parciore nec non tenuiore. Hic vacuandum parcius, & ipsa quiete, tanto ante accessionem tempore, vt ante ipsam compleri queat. *Intermittentes.*

Intermittentibus periodis, antequam ex toto integer sit ægrotus cibus offerendus; atque is copiosior quam in remittentibus. Atq; in his si tardet accessus longe ab exacerbatione. id est, sex vel 8 horis post, cibus offerendus: quibus horis ægroto vigilandum: sumto autem cibo dormire permittendus.

In intermittentium inuasionibus, vomitiones vtiliter mouentur.

Intermittentes periodi, paroxysmum habent frigidum in primo insultu.

Hæc de Periodis.

Biliosæ febres inter se complicantur: interdum vna pluribus: atq; tum accessiones haud pares sunt: Sed quę diebus morbo congruentibus accidunt, vehementiores sunt: ceteræ remissiores. Atq; si ambæ intermittant, nulla quies ægroto accidit.

Per initia febrium biliosarum, rhabarbarum, & astringentia, pharmaca sunt vitanda.

Biliosæ febris caussa,

Biliosa febris est vel ex bile flaua, vel atra.
Ex bile flaua est, cum hæc febrem accendit.
Caussam habet cacochymiam biliosam.
Hæc colaphygo ducenda.

Febris biliosa flaua.

Febris biliosa flaua est, vel cũ bilis sese materiam foco præbet, vel aliam materiam accendit.

Si bilis foci materia sit iecori inprimis est consulendum, quod potissimum hic infirmatur.

Biliosæ vbi aliis eiusdẽ generis implicantur, diebus imparibus plus paroxysmos intendunt, quibus accessus fiunt.

Causos.

Biliosæ hæ, si haud intermittant, sed remittant tantum, febris causos dicitur: magna vehementia vrens. In causo frigus, rigor, aut horror vbi finitura est: alias raro.

Caussonis signa.

Caussonis signa.

Color acerrimus, anxietas, iactatio corporis, velut confracti, lingua arida, scabra, citrina, vel nigra, sitis inexplebilis, ἀνορεξία: circum ventriculum, aut hepar mordicatio, dyspnœa: alui excremẽta crocea: vrina tenuis valde: & ad liuidum inclinans. Nonnunquam hanc præcedit (quod rarum est) insignis rigor, valde pungens. Pulsus est frequens, velox, & quodammodo durus: Superveniunt vigiliæ, aut profundior somnus: aut vigilandi impotentia. Delirium, & ab ea interdum vera phrenitis: interdum conuulsio: & cordis agitatio maxima: tussicula, sudor leuis in fronte, & clauiculis: alibi cutis, valde arida.

Pessimum signum æstus cui non respondet sitis: vigiliæ iuges, & delirium: color faciei insigniter immutatus: lentor circa dentes: vomitus, & deiectio mere biliosa: vrina valde tenuis, cruda, nigra, pauca, cum aluo astricta: vel aluus nimis lubrica pinguia excernens. Nares sanguinis guttas stillare, illacrymatio

matio ſpontanea: externis partibus non admodum calere, aut etiam frigere, nec facile priſtino calori reſtitui: aut diebus paribus morbum exacerbari: ante ſeptimum diem auriginem apparere, aut ſudare, nihilominus febre increſcente.

Cauſſa.

Procatharticæ: ex diætæ erroribus, quę vehementiſſime calorem intenderint: inprimus potus abſtinentia per magnos æſtus. *Cauſſæ.*

Antecedens: vitellina bilis ſincera, & rętorrida: magis in cauſo, minus vbi tertiana continua (quæ ab hac cauſo gradu deficit) affligit.

Remedium.

Ægroti quoad fieri poteſt, quietem agant. *Remediũ.*

Victus eſto liquidiſſimus: vt iuſcula ex pullo alterata lactuca, oxalide, plantagine, &c. Pruna acidodulcia. Potio larga.

Hic ſanguis mox ab initio, citra moram mittatur, etiam (prius iniecto clyſtere) die eodem quo primum inuadit.

Sanguis mittatur ad euentilationem tantum: & longe citra lipothymiam ad vnc. 4. vel libr. ß. Si quid ſanguinis miſſionem diſſuadeat, cucurbitulæ cum ſcarificatione applicandæ, vel hirundines affigendæ.

Die ſecundo, leni cholaphygo purgandum: & ſcammoniacis prorſus abſtinendum: &, modo nil diſſuadeat, aquæ frigidæ potus eſto vberrimus: Si quid diſſuadeat, acidus ſyrupus de limonibus, de acetoſitate citri, &c aqua diluendus, & propinandus, vel etiam neceſſitate vrgente haud negandus papauerinus.

Declinante morbo, & ſtatu tranſacto, epithemata viurpentur ex ſympatheticis partibus principi-

bus: vel potius capiti raſo, thoraci, hypochondriis, plantis pedum, pulmones recens mactatorum animalium, aut catelli vel pulli gallinarum aut columbarum, per ſpinæ longitudinem ſectorum admoueantur: vel lanæ hapſus oleo violaceo tepente imbutus applicetur.

Die ſeptimo peracto, ſi quæ morbi reliquiæ ſuſpectæ fuerint, purgatione ſunt deiiciendæ: & diaphoreticis, atque diureticis proliciendæ.

Si tertiana cõtinua ſit, haud tanta vis viget morbi, nec feruor tantus: Ergo tum quarto die medicamentum purgans præberi poterit: & cibi hic poterunt eſſe frugaliores, quam in cauſo, tenues tamen omnes.

In cauſo ſymptomata vehementiſſime affligere ſolent, & medicum poſcere: ſecundum hanc, in tertiana continua.

Symptomata tertianæ continuæ. Sunt autem hæc: imbecillitas, oppreſſo, tuſſis, lumborum dolor, cephalalgia, vigiliæ, paraphrenitis, ſitis inexplebilis, linguæ ariditas, nigredo, aſperitas fiſſuræ, lentor dentium, linguæ, palati, cibi faſtidium, bulimus, lipothymia, ſyncope, ſingultus, nauſea, vomitus, alui fluxus, aluus adſtricta, aurigo, ſudor.

Ad imbecillitatem.

Imbecillitas. Hæc aere frigido, & puro recreetur, & aceti roſacei odore.

Ad oppreſſionem, & hypochondriorum tenſionem.

Oppreſſio. Sedantur hæc citato vomitu, vel purgante medicamento, clyſtere, potius quam potione, ſi ex materia copia ſit.

Sin vero nimio calore oppreſſio fiat, aer refrigeretur, & halitu, haud naribus inſpiretur: ad cordis regio-

regionem epithemata frigida applicentur: vel potius olea refrigerantia, nenupharinum, violaceum, papauerinum, &c.

Ad tussim.

Hypoglottides sub lingua teneantur, ex leniente, ac refrigerante materia, vt ex glycyrrhiza, gummi, tragacantha, seminibus frigidis maioribus, &c. *Tussis.*

Ad lumborum dolorem.

Lumborum dolor refrigerante linimento est placandus, vt refrigerante Galeni, cum succis frigidis. *Lumborũ dolor.*

Ad Cephalalgiam: hæc frontem & tempora occupare solet.

Omnis motus & corporis & animi vitetur, lux & strep.tus. Vnctiones frigidæ atque humidę vt populeon, &c adhibeantur: & embrocha atque frontalia, ex frigida, humidaque materia vsurpentur: & cucurbitulæ cum multa flamma ad homoplatas, aut ceruicis radices affigendæ; & frictiones partium extremarum curandæ, & eisdem vincula dolorifica iniicienda. *Cephalalgia.*

Ad vigilias.

Vigilantibus tenebræ inducendæ, & alta quies, atque altum silentium imperandum: nisi aquæ murmure, vel musica leni, vnico sensu occupato, communem consopire consilium sit. Frigida odorandum, & eadem capiti, atq; temporibus capiti applicanda Si opus est a proprietate hypnotica sumenda ex syrupo papauerino, nenupharino, de portulaca, &c. vel medicamentum diacodion quantitate dimidii cochlearis ore teneatur & exsputum post, recens sumatur dum somnus obrepat, atque tum quę *Vigiliæ.*

vltimo sumitur, in ventrem illabi sinendũ, vel theriaca duorum mensium quod vnc 1. clysteri indi poterit, & postea subiici. Porro in partium principum emunctoriis, vnctiones refrigerantes applicentur, & ad vasa maiora: item his ipsis irrigationes, & epithemata adhibenda.

Ad Paraphrenitim.

Paraphrenitis. Hic initio refrigerantia, & astringentia applicentur: oxyrhodino misto, &c. Et ab his (malo procedente) capiti raso, recens mactata animalcula applicentur, & frictiones manuum, ac pedum, & ligaturæ dolorificæ adhibeantur, & continuus aquæ frigidæ odoratus esto.

Ad sitim inexplebilem.

Sitis inexplebilis. Per nares ægrotus exspiret ore clauso, somno & silentio indulgeat, (nisi quid grauius somnum dissuadeat) & syrupus aliquis acetosus aqua frigida dilutus propinetur: vel humectans, atque refrigerans, vt de portulaca, de cucurbita, &c.

Sin autem sitis mendosa tantum sit, ex pulmone æstuante frigidissimus aer inspiretur, & aqua frigida subinde ore teneatur, & cum incaluerit, mutetur: vel cerasa sicca, acidula ore mandentur: & saccharum crystallinum ore contineatur

Nisi hac arte sitis restinguatur, post duas horas, potus satis largus, & bene refrigeratus haustu magno propinetur.

Ad linguæ, palati, dentium ariditatem, nigredinem, asperitatem, fissuras, &c.

Linguæ ariditas, nigredo, asperitas, fissuræ, lentor dentium, linguæ, palati, &c. Liniantur hæc lento, humectante, refrigerante, atque detergente aliquo: vt hordei mundati decocto, cornis prunorum dulcium, cucurbitæ, cum saccharo crystallino, penidiis, & succo glycyrrhizæ ad eclegmatis consistentiam.

Lingua

Lingua decocto hordei frequenter tergeatur, & asperiore linteo, vel cochleari, diligenter radatur.

Si fissuræ molestæ sint, glutinētur seminibus cydoniorum cum gūmi arabico, tragacātha, ichthyocolla, &c. horum mucilaginibus decocto præcedente maceratis, & dissolutis.

Porro gutturi foris olea humectantia, & refrigerantia, leniter gutturi infricanda: vt violaceum, nenupharinum, &c. Si œsophagum lentor occupet, præmisso gargarismate ex attenuantibus, & abstergentibus: vt glycyrrhiza, iride, hordeo integro, hyssopo, &c. bolis crassioribus deuoratis abradatur: vel potione tergente affatim deglutita abstergeatur: vt decocto hordei cum saccharo, & aceto pauco, vel syrupo acetoso, &c.

Ad cibi fastidium.

Cibi fastidium.

Acidi intinctus apparentur: & aqua frigida potetur cum tātillo aceti: & malum coroneum, vel granatum acidulum edatur. Porro, varii cibi, minime pingues aut prædulces, apponantur, & aceto rosaceo, omphacio, oxalidis vel granatorum succo condiantur. Præterea fastidientibus cappares conueniunt, salsamenta, oxypora ex lactuca, oxalide, cichorio cum aceto, atq oleo parcissimo.

Cibus parce, & raris interualiis sumatur. Atq nisi hac arte cibi fastidium pelli poterit, (detersis prius intestinis) clysteres nutrientes infundantur: quantitate parca, ad vires & corporis molem, bis, vel ter quotidie, horis pastui dicatis.

Ad Bulimum.

Bulimus.

Alimentum valde tenuium partium hic esto: & frequenter acetum, pulegium, mala, pyra, & similes fructus olfiant, & cetera nidore bono plena: vt panis calidus, suillæ carnes assæ, & panis vino intinctus, sumendus, vinum ipsum, sorbilia.

Lypothymia & syncope.

Ad lipothymiam, & syncopen.

Alimenta omnia sint substantiæ tenuissimæ, & quæ celerrime vires reficiant: vt panis assus, & vino generoso maceratus, multo saccharo, & vino generoso conditus, oua sorbilia, pullorum gallinaceorum testes, gallinæ, aut capi iuuenis decoctum expressum; panis calentis odor frequentissime ore, & naribus excipiendus. Vinum esto oligophorum.

Corpus oleo rosaceo, myrtino, melino, mastichino, &c. vngendum, subucula rosacea, santalis, camphora, macerata, & post siccata inducenda.

Sin autem syncope prehenderit, vinum fuluum, subausterum, & vetus propinandum, & frictiones extremorum adhibendæ.

Singultus

Ad singultum.

Vomitus citetur, & pharmacum cholaphygum propinetur, & ab eo cremor ptisanæ, vel amygdalogala, lac caprinum, vel asininum recens mulctũ sugatur. Sin vero æstus vehemens vrgeat, quatuor seminum frigidorum maiorum emulsio ex vsu erit: nec non theriaca recens, vel philonium Romanum præbẽda. Cucurbitula cum multa flamma ad regionem ventriculi applicanda: vincula artubus iniicienda, & frictiones dolorificæ vsurpandæ.

Ad nauseam ac vomitum.

Nausea & vomitus.

In nausea si quid humoris inesse suspicio fuerit, ipso vomitu est quam primum eiiciendus.

Si vomitus nimium lacessat, somnus concilietur, & quies: & acetum rosaceum, vel aliud quid odore gratum naribus admoueatur, atq vomitum stimulantis materia clysteriis, & artuum ligationibus reuellatur: pedes & manus in calidam aquam immittantur, & cucurbitulæ ventris regionem suspendãt, quo tempore cibus laboranti offeratur.

Quod si nec ita vomitus sedetur, vẽtriculus pharmaco

maco constringente est purgandus: vt diacydonio laxatiuo, admistis myrobalanis emblicis vel citrinis. Post huius purgatorii vsum, etiam iam operante medicamento, aliud cydonium adstringens sumatur: additis cornis & prunis syluestribus, vel alio adstringente aliquo.

Aer esto frigidus & siccus, cibi siccãtes & adstringentes, vt ex amylo, oriza, &c. Lac chalybeatum, & ex eo polenta cum hordei torrefacti farina. Omnes carnes succo malorum granatorum, limonũ, arranciorum, &c. cõdiantur. Vinum esto antiquum, subausterum, aqua chalybeata dilutum. Potus frugalis esto, cibus exiguus, & ex interuallis sumtus, actu vel frigidus, vel calidissimus. Post alios cibos, edantur adstringentia, vt cydonium coctum, &c.

Ad alui fluxum.

Alui fluxus.

Humoris acrimonia prius epicerasticis syrupis est mitiganda: vt violaceo, hordei decocto, lacte amygdalino, itẽ clysteriis epicerasticis aluus est perfundenda: & post catharticum adstringẽs ex rhabarbari infuso est propinandum. Corpore autem purgato, diaphoreticis vtendum, & ab his adstringentium vsus multus esto: vt syrupi de ribibus, de cornis &c. conuenienti liquore diluti: & abdomen oleo cydoniorum, myrtino, mastichino, &c. adstringentibus admisto aceto vngendum: si opus est, clysteres adstringentes iniiciantur, & cucurbitula vmbilici regio suspendenda. Hic primi cibi sint adstringentes, & adstringentes fructus. In primis (aluo nimiũ profluente) somno & quieti est indulgendum.

Ad aluum adstrictam.

Aluus adstricta.

Aluus adstricta glande irritetur, atq. venter oleis mollientibus foueatur. Sumantur aũt iuscula, quib. multa borrago, oxalis, portulaca, atriplex, malua incoxerint. Pruna edãtur dulcia, & fructus horarii, maturi: post quos aqua pura bibatur. Decubit' supinus

vitetur. Et clyster molliens & tergens ex decocto maluarum, helxines, furfurum, admistis oleis refrigerantibus, vt violaceo, nenupharino, rosaceó, & iniiciatur.

Aurigo.

Ad auriginem.

Balneum extergente materia imperetur atq attenuante: vt, ex bryonia, enula campana, parietaria, furfure, beta, brassica, &c. A balnei egressu, corpus oleo chamæmelino vngatur, vel costino, vel irino, &c, Et frictiones fiant frequentes & molles. Sin vero in venis quid subsit humoris, nec totus in corporis habitum fusus: id primum cholaghygo purgandum, & tum cetera peragenda.

Sudor.

Ad sudorem.

Aer frigidis temperetur: & si opus est, euentiletur. Mollis culcitra detrahenda: & facies posca frequenter inspergenda: potiones sumantur viscerum roboratrices, vt decoctum borraginis, buglossæ cum syrupo myrtino, & santalis, &c. vinum esto adstringens, & paucum vt & potio omnis.

Sudor sinendus concrescere nec abstergendus: & pannis aqua rosácea, cum santalis, camphora, &c. madentibus, & egelidis inuoluendum corpus: & totum (si opus est) prçsertim ad cor, iecur, thoracis, atque ventris partes, oleo rosaceo, cui puluerıs myrtillorum, vel santalorum aliquid admistum sit, inungatur.

Hactenus symptomata, quæ in hac febre medicum implorare solent.

Tertiana intermittens.

Sin autem biliosa hæc intermittat, tertianam vulgo intermittentem dictam parit.

Intermittentes hæ dupliciter complicantur: vel cum eodem die: vel diebus alternis binę accessiones fiunt. Est hæc humoralium intermittentium breuissima: septimum accessum non prætergreditur: sæpe quarto desinit. Et tertio, vel quarto die, vrinæ

incipiunt

incipiunt apparere coctæ. Acceſſus paroxyſmi longiſſimus eſt 11. vel 12. horarum: frequentius 5.6.7. vel 8. horarum.

Signa tertianæ intermittentis.

Inuadit cum vehemẽti rigore velut acri quadam re pungente. A quo rigore, ardor excitatur acerrimus. Pulſus euadit magnus, vehemens, celer, frequens, æſtuans, & omnis inæquabilitatis præterquã febrilis expers, quæ in vno pulſu deprehenditur.

Signa eius.

Cauſſæ.

Cauſſæ.

Hæc eaſdem habet cum prædicta cauſſas, remiſſiores tamen.

Remedium.

Remediũ.

Primo die quietis (pro ægroti viribus) ad ventilandum corpus ſanguis hauriatur vnc.6. vel vnc.8.

Die ſequente, multo ante paroxyſmum (ſi tardior is futurus ſit, & horis pomeridianis accidat) medicamentum leuiter purgans imperetur, etiam natura ſua refrigerandi viribus pollens: vt electuario de pſyllio, diadamaſceno, cum ſyrupo refrigerante ex hordei decocto diluto.

Si locus nullus purganti pharmaco die tertio detur, quarto imperetur.

Ceteris diebus, extra paroxyſmum, aluus tenerrima teneatur clyſteribus refrigerantibus, humectantibus & mollientibus. Deinceps vero alterationi, & bilis temperationi, eſt prorſus ſtudendum.

Manifeſtis ſignis concoctionis apparentibus, validiore pharmaco eſt purgãdum: etiam adſtringentia admittente. Atque tum poſtea, balneũ calidum adhibendum: videlicet eo die, qui grauiſſimum paroxyſmum ſequutus eſt: quo & ſalubriter iterari poteſt. Deinceps vero diureticis, & diaphoreticis ſudorificis vtendum.

Eandem ægroto morbo perfuncto: hepar triaſantalo, vel diarrhodone abbatis firmandum, atque

recreandum est, & deinceps, (certo ſpatio) diæta quodam modo eſt febrilis.

Hactenus febris biliosa, in qua bilis flaua materiam ſe ſuo præbet; ſequuntur in quibus alios humores accendit.

Febres aliis humoribus præterquam bile accenſa.

Febres hæ fere diebus paribus acceſſus habent. Atq. vbi intermittunt, rigor hic nullus, ſed potius horror. Atq abſceſſibus fere potius quam excretionibus finiuntur.

Longiores ſunt prædictis, & vltra 40. diem: atque acceſſus vltra duodecim horas habent.

Vbi ſui generis febribus implicātur, die pari maxime intenduntur.

Signa

Hic quam in prædictis minor feruor: & pulſus paruus, rarior atq. tardior quam in eis.

Cauſſa.

Cacochymia compoſita interna cauſſa exſiſtit: vel per ſe vel ab aliis procatharticis mota atque irritata.

Remedium.

In his diæta paulo plenior quā in ceteris eſſe poterit: & plenior in intermittēte quam in remittente: & tota morbi hiſtoria, contra quam in præcedentibus, cibus potu copioſior eſto: & vbiq. attenuans.

Porro in his magis humorū præparationi, quam alterationi eſt incumbendum, & attenuantia refrigerantibus ſemper miſceantur; quæ in his quam in prædictis minus frigida eſſe debent.

Per initia attenuandum, incidendū, coquendum, aperiendum vehementius: ſolutiua tamen tum leniora ſint, deinceps fortiora vt ſcammoniata bene tamen retuſa, quæ ex interuallis ſunt vſurpanda.

Materia ſi multa ſit, manifeſta ſigna concoctionis haud ſint exſpectanda, ſed tum per initia ſatis valide purgandum.

Signis

Signis vero concoctionis apparentibus, oxymel diureticum, syrupus de epithymo, oxymel squilliticum vsurpentur, &c.

Sanguinis hic parum detrahendum, nec omnino ab initio, sed præparata materia, & cum vrinæ rubentes, & crassæ apparent.

Vena secetur satis amplo foramine, die paroxismum præcedente. Atq. tum si sanguis tenuis fit, & flauus, cõtinuo est supprimendus. Quantitas detrahenda, haud multum vnc.4. excedat.

Item in hisce febribus, ab initio, ad vigorem, rebus acribus est vtendum: pipere, sinapi, diatrion piperion, &c. Quarto quoquo die.

Vbi signa concoctionis manifesta apparent, balnea, & thermæ vsurpandæ, & vomitus pridie accessionis à cœna citãdus: & stomachus postea, oleo absinthii est inungendus. Postridie detur absinthii comæ decoctum: & ab illo horis duabus ante paroxysmum, drach 1 vel scrup. 2. veteris theriacæ porrigatur Deinceps vero diuretica, sudores, viscerũ fotus, sedulo curãdi: nec nõ antidota ex interuallis danda.

Atq; prædicta communia sunt.

Bilis vel accendit vnum humorem vel plures.

Exquisita febris. Vbi vnus tantum humor accenditur, exquisita talis dici poterit.

Signa.

Hæc ex humoris pariter accensi signis spectanda.

Cacochymia composita duorum accensa.

Humor vnus à bile accensus, est vel Pituita, vel Melancholia.

Febris pituitosa. Ex pituita accensa frequentissime fiunt accessus quotidiani, raro tertiani: quod si contingat, fit tertiana vulgo notha dicta.

Pituitosæ, nocturnæ fere sunt, & hyemales.

Interdum pituitosæ materiæ copia, bis die irritantur: paucitate, diebus alternis.

Qui pituitosis febribus detinentur, humidiores habitu sunt. Pituitosa continua implicata tertianæ intermittenti, parit semitertianam. Hæc continua est cum horrore. Et quanquam prioris accessus in sudores desinat, non tamen intermittit febris: sed hos altera accessio excipit. Semitertiana hæc, gradus obtinet. Parua 24 horarum exsistit; media 36. magna 48. horarum accessum obtinet.

Semitertiana. Semitertiana est vel exquisita, vel non exquisita.

Exquisita. Exquisita est, cum ambæ æquipollent. Atque in hac pugna duorum exsistit: & excretiones febriles tertianæ, retunduntur pituitosæ febris mistione; videlicet ex crasso humore genitæ.

Non exquisita. Non exquisita est, vbi alterutra vincit: vel bilis, vel pituita.

Si febris tertiana, bilisq. vincat: tota febris fit horridior, & initio rigoris particeps.

Cito mouetur: feruidior exsistit, & incendii plus habet: & bilis aliquid per vomitum, aut per sedem, aut per sudores excernitur.

Sin autem quotidiana vincat: vix horror percipitur, aut ne vix quidem. Pulsus & magis, & diutius comprimuntur: accessio tardius inualescit: ac post longum tempus consistit: non tamen aut sitis magna, aut incendium fatigant: neq. bilis accenditur.

Si ambæ intermittant, huic similis oritur mistio; in qua tamen intermissio exsistit, & die secunda, horrida apparet quotidiana.

Epiala febris. Si vitrea pituita sit, quæ accenditur; fit febris epiala dicta.

In epialo ab ægroto continuum frigus percipitur: ab aliis calor; frigus ex fusa materia per sensiles partes corporis habitus.

Accessionem habet epialus à 4. horis ad 24.

Commouetur; item 4. die: raro vltra 20. dies extenditur. porro quotidiana intermittens interdum

tertianæ

tertianæ æmula existit: sed accessiones habet 12. horarum spatio longiores: & nō raro diem integrum perseuerantes; aut etiam excurrentes longius.

Atq; morbus nonnunquam bimestris, trimestris, etiam semestris existit.

Pituitosæ signa.

Pituitosæ febris signa.

Vrinæ albæ, ac tenues, vel crassæ ac turbulentæ, vel rubicundæ. Vomitus pituitosus: nec sitis intensa: grauitas totum corpus occupat: soporosi, atq. veternosi sunt.

Pulsus rarus, laxus; facies subliuida, & peponum modo tumida.

Calor primo occursu ad manum vaporosus sentitur: sed tandem mordacitas increscit: atque admodum inæquabilis, ac si per cribrum excolari videatur.

Remedium.

Remediū.

Hic vacuationes vltra diem septimum differri queunt.

Iniecto prius clystere sanguis mittatur. Tum die postero, propinetur catharticum lene, pituitam bili mistam expurgans.

Post pituita est attenuanda, & humores præparandi vsque ad morbi vigorem: syrupo byzantino, acetoso simplici, oxymelite, &c. Et post septimum accessionis diem absinthii coma frequēter est propinanda.

Si pituita dulcis accendatur, minor præparatio conuenit quam si acida: atque minor si acida, quam vitrea.

Sin autem sine excretione insigni, vel abscessu morbus inclinet, medicamentum purgans paretur adstringentia admittens: velut rhabarbarum, myrobalanos, &c. atque ab illo pharmaco; sudores mouendi, ac vrinæ.

Si tertianam æmulatur, alternis diebus ægrotus

cibandus;atq.intermiſſionis die, corpus leuiter exercendum. Hic ſomnus conuenientiſſimus exſiſtit: modo nil caput grauet,nec laſſitudinem inferat.

Si febris pituitoſa hæc inueterauerit,à cibo interdum vomere,vtiliſſimum fuerit.

Symptomata hic medicum poſcunt.

Symptomata. Ventriculi imbecillitas, ſyncope humoralis,ſopor, capitis dolor, nauſea, vomitus, alui fluxus, frigus,cibi faſtidium.

Ventriculi imbecillitas.

Ad ventriculi imbecillitatem.

Ventriculo præſertim in ſtatu eſt conſulendum roborantibus & ſiccantibus ſympatheticis, vt aromatico roſato, lætificante Galeni,&c.

Syncope.

Ad Syncopen.

Purgatio imperetur(prius vno vel altero die materia præparata) ex leuibus pharmacis. Materia autem præparanda incidentibus:vt mulſa,ſyrupo acetoſo ſimplici,&c:Ex decocto glycyrrhizę,hordei integri, &c.

Tertio autem die, copioſius humor eſt vacuādus ex rhabarbari infuſo Deinceps autem humore magis præparato,rhabarbari ſubſtantia ſumi poterit.

Porro ſi materia ventriculū affectat, inprimis vomitus eſt excitandus:& quieti, ac ſomno multo,talibus indulgendum ,loco obſcuro decumbendum, & frequentes acriuſculi clyſteres iniiciendi.

Sopor.

Ad Soporem.

Soporoſi excitandi aere calefacto & lucido , corporis agitatione vehementiore, frictione aſpera, linteis aſperis,& ſcabro aſperſo ſale, ligaturis dolorificis,pilorum auulſione,clangore, ſtrepitu, odoribus ingratis,& clyſteribus valde acribus, quibus benedicta,Indum maius,vel trochiſci Alandal adiecta ſint,cum oleo rutaceo,laurino, &c. Et thymus,pulegium,origanum,& ſimilia calefaciendi & attenuandi viribus prædita,aceto coquenda,& naribus admouen-

mouēda:& palatum acribus, vt ſinapi, mithridatio, theriaca, &c.illinēdum: tandem autē ſternutatoria ex pipere,helleboro albo,&c. naribus ſunt inferenda. Atq capiti prius raſo, pulueres cephalici, & acriores ſunt inſpergendi & affricandi: vt nucis moſchatæ, piperis,cardamomi,& ſi opus eſt,euphorbii,ſtercoris murium,&c. Poſtremo (re poſtulante) ſinapiſmus ex pari ficuum, ac ſinapios quātitate adhibendus:à quo ad phœnigmum ex thapſia, pane porcino,foliis lepidii,&c eſt accedendum: atq. ex his puſtulæ excitatæ pungantur; & humor ſinatur effluere:& vlcera diu aperta teneantur.

Ad capitis dolorem.

Cephalalgia.

Hic digerentia adſtringentibus miſta ſunt applicanda: vt oleum roſaceum cum chamæmelino, vel pannus,roſarum,chamęmeli,anethi,ſambuci decocto intinctus,poſtque expreſſus capiti applicandus: atq.tandem mere attenuātium vſus eſto; vt irrigationum ex decoctis cephalicis,ſaluia,betonica,libanotide,&c. & ab eis inunctiones ex oleo anethino, coſtino,& ſimilibus curentur: ſecundum eas frōtale ex cephalica materia, ex foliis ſaluiæ, meliſſæ, anthos,betonicæ, &c. Niſi his cedat remediis capitis dolor,cucurbitulę cum multa flamma,homoplatis, aut ceruicis radicibus applicandæ: partes extremæ fricandæ,& dolorificis vinculis conſtringendæ.

Ad nauſeam atq; vomitum.

Nauſea atq; vomitus.

Purgandus extra paroxyſmum humor clyſtere:& de ventriculo in aluum prouocandus medicamentum diaphœniconis,vel catholicum recipiente: vel eis acriora,ſi vſus exigat. Atque poſt clyſteris vſum, ventriculus ex pilulis aloeticis purgandus.

Die ſequente vini abſinthitis dimidius cyathus ſumendus: vel alia ventriculum adſtringēdo roborantia: vt ſyrupus de mentha,ex triplici malogranato,& cydonii ſucco,roſis,& menthę puluere,aromatizatus.

Hic ad coquendum ventriculi humores pituitosos, somnus, & inedia maxime conueniunt, neque hic omittendæ frictiones, ligaturæ, & hypochondriorum per cucurbitulas suspensiones.

Præparato humore, post alias vacuationes etiam rhabarbarum integrum commanducetur; vel in puluerem redactum syrupo rosarum laxatiuo ad opiatæ formam misceatur; vel mala cydonia caryophyllis, aut cinnamomo transfixa, & saccharo condita, edenda; vel similiter præparatæ tenellæ nuces iuglandes.

Alui fluxus.

Ad alui fluxum.

Cucurbitulæ ad ventriculi regionem affigantur: & vomitus (si nil dissuadeat) sollicitetur: vel medicamentum catharticum adstringēs imperetur. Post autem venter adstringentibus foueatur, atque illinatur, & adstringentia cibis præsumantur: vt cydonium aromate, cinnamomo, caryophyllis, cōditum; vel rosarum rubrarum ita præparata conserua.

Frigus.

Ad frigus.

Horum plantis, aliisque partibus, lateres calefacti, aqua vitæ irrorati, & linteis inuoluti admoueātur: qui quam primum effectum præstiterint, semouendi Porro spina tota oleo calefaciente, aqua vitæ admista, vel ipsa theriaca vetus infricanda.

Cibi fastidium.

Ad cibi fastidium.

Cibi fastidium præcipue post morbi statum curandum. Ergo intestinis clyster ex vino albo, vel vrina pueri impubis cum multo melle despumato, multo ante cibum iniiciatur, eidem drach. i. ß agarici adiecta, & varii cibi apponantur. Si haud ita succedat, clysteres nutrientes iniiciantur, detersis ante intestinis.

Hactenus febris pituitosa: sequitur Melancholica.

Febris melancholica

Melācholica fere quarto quoquo die accessiones habet: 24. horas longas, interdum breuiores.

Raro

Raro eundem bis prehendit.

Quartana stata fere pomeridianis tantum temporibus inuadit: & eo contumacior est, quo meridiei propior.

Raro continua est: Autumno solet corripere. Accidit potissime post 35. annum: & naturis melācholicis, siue diæta, siue consuetudine talibus. *Continua.*

Rigor post initia accidit & in declinatione sudores.

Desinit vrinis, crassis, alias albis, alias nigris; hæmorrhoidibus, menstruis, vel abscessibus in crura. Initio, id est, 8 primis diebus, tenues sunt vrinæ, & aqueæ: longiore interuallo si quartana intermittat.

Producitur intermittens vltra secūdam dierum criticarum periodum: in tertium, vel sextum mensem: aliquando in annum: aliquando in decimum annum. *Intermittens.*

Quartanæ Melancholicæ æstiuæ sunt breuissimę: Autumnales quæ hyemem attingunt longissimæ exsistunt. Lieni nocent quartanæ.

Melancholica signa. *Melancholica signa.*

Frigus initio abest quod in altum penetrat: vt etiam ossa pertundere videatur. Calor hic minor quā in pituitosa: & pulsus imbecillior, minor, rarior, tardior, & obscurior.

Remedium. *Remedium.*

Melancholica materia bene attenuanda, incidenda, tergendaque calore; temperatis ad gradum primum excessus.

Febris paroxysmo imminente, ab initio, spinæ, atque scapulę, inungātur oleo de cucumere asinino, ex euphorbio, &c. tum postea, molli lecto ęgrotum, bene tectum reponito: & lateres calidos, vino tenui odorato perfusos. & raro linteo conuolutos, plantis, & volis, admoueto, & calore succensa, amoueto, mature. Victus attenuans esto: gallinarū, caponum,

carnes adultiores,& verueces minores,pulii columbarum,& auiculæ nemorales,&c.

Iuscula alterentur borragine,apii foliis,& radicibus,vel eisdem melissophylli, ochymi, adiecto cichorio,oxalide,endiuia.

Olera refrigerantia asperso piperis,vel zinziberis puluere retundantur.

Vuæ passulæ his conueniunt, & cappares sine aceto.

Potus:vinum oligophorum per se: vel hydromel dilutum,ex decima mellis parte ad aquam.

Si suppressa aliqua naturalis purgatio sit,vel ex hæmorrhoide,vel ex vtero ea excitanda.

Intra 14. vel 20. diem sanguis parce mittatur ex saluatella si vires infirmæ sint: sin minus,ex interna sinistra,præmisso clystere.

Die phlebotomiam sequente, poterit imperari purgantium aliquod leniter melanophygum:& ab eo septem vel octo dies attenuando,incidendo,detergendo,humor præparetur. Ex apozematis hyssopi,maioranæ,melissæ,&c. (nunquam boragine & buglossa omissis) quibus apozematis syrupi conuenientes addantur.

Ab hac humorum præparatione, validius paulo est purgandum : & ab eo iterum humor præparandus per varias medicamentorum formas: opiatas tabellas,&c.percurrendo,vsq; ad tertiam vel quartam hebdomadam : quo tempore (adhuc morbo persistente)per quatuor dies humore præparato, iterum purgandum:atq.deinceps(morbo ad statum accedente)clysterum solummodo vsus esto , medicamentorumq alterantium tantũ,& humores præparantium. Excretione facta vel abscessu, si vires adhuc robustæ sint,catharticum adstringens, vt hamech,vel rhabarbarum integrum exhibendum. Atque postea sudores prouocandi, & vrinæ, & viscera

sympa-

ſympatheticis roborāda, diarhodone, diambra, diamoſcho.

Melancholica intermittens & huius ſigna.

Melancholicæ intermittentis ſigna.

Primum ſuboritur pandiculatio, oſcitatio, & moleſta quædam totius corporis inæqualitas: tum frigoris horror minime acris: ſed velut oſſa confringens, & tūdens cum articulorum diſſolutione Horrorem ſequitur dentiū ſtridor maximus, interdum binas horas durans.

Cum ad ſtatū morbus vergit, rigor leuis loco horroris ſuboritur, & horrorem huius febris ſequitur calor leuis, pulſus initio rarus, tardus, in morbi augmento velox, frequēs, ſed rarior atq. tardior quam in biliosa flaua ſincera intermittēte. Et in pulſu longe habet velociorem arteriam in principio & fine motus, quam in medio. Vrinæ omnes crudæ ſunt.

Paroxyſmus tres diei naturalis partes ſæpe occupat: nō raro vltra 24. horas protenditur. In exiguum ſudorē deſinit: & finito paroxyſmo, pulſus impreſſum febris veſtigium continet: rarior tardiorq; exſiſtens.

Remedium.

Remedium.

In intermittente melancholica, liberalior cibus concedatur, quam in remittente tantum. Omnia valde humectantia & magis quam in remittente incidentia, atq calefacientia, tam ſumta, quam admota.

Aer calidior eſto, nec diebus intermiſſionis (ſi vires ferant) negotia cōſueta intermittantur: & ante ipſum acceſſum, corpus vehementer exerceatur.

Cibi ſint moderate ſicci: vt panis puriſſimus, diligenter ſubactus, probe fermentatus, ſale perexiguo, vel potius ſalis loco, aniſi, aut fœniculi granis aſperſis.

Carnes: hædina, vitulina, pulli gallinacei, iuſcula elixorum, carnes aſſorum.

Æſtate conueniunt potiſſimum piſces ſaxatiles, vt cancri, & teſtudines toti, & ex hordei cremore cocti.

Ex fructibus humidi, nec tamen frigidi: vt poma dulcia cocta, & ex ſaccharo ſumta, pruna dulcia, caricæ pingues: paſſulæ exacinatæ, &c. Lac amygdalinum, hordeum ad tabem decoctum.

Iuſculis incoquātur borrago, & ſpinachia & mercurialis aliquid, ſi aluus eſt adſtricta, atque tempus æſtiuum ſit. Sin hyemali, mentha, maiorana, meliſſa, &c. porro diæta omnis eſto humectans atq moderate calefaciens Condiantur nutrimenta omnia aromate pauco, nec valde acri: vt cinnamomo, mace, nuce muſchata, croco; niſi caput diſſuadeat.

Salſamentorum hic vſus maior quam in prędicta conuenit: ſinapios, piperis, &c.

Potus eſto vinum generoſum, clarum, dulce, dilutum aqua cocta cum aniſo, cinnamomo, fœniculo, aut cereuiſia eadem arte præparata.

In hac intermittente per initia (virium habita ratione) vberrime alendum: & ſomnus longus affectandus.

Aluus libera eſto: & niſi per initia reſpondeat, clyſteres acriores vſurpentur quam poſtea.

Horrori hic oleo ex caſtorio, vel euphorbio, &c. conſulendum, & ſudor copioſiſſimus eliciendus

Vomat ægrotus à cibo paulo ante acceſſionem leni vomitorio, vario prius cibo ſumto: pingui, ac oleoſo.

Si ſitiat in paroxyſmi ſtatu, potus eſto ſyrupus borraginis, violaceus, vel capillorum veneris cum decocto fœniculi, & aqua hordei: & in ipſo paroxyſmi ſtatu, conſulendum viribus aliquo reſtaurante, & pariter ſitim leniente: multo magis vbi morbi ſtatus vrget.

In hac ſecetur initio baſilica, vel media ſiniſtra, &c. ſi nigerr

si niger sanguis fluat,& crassus:satis magno foramine,audacius perfundatur.

Vno vel altero die post sanguinem missum, purgatio melanaphyga satis fortis paretur: eius tamen siccitate,vel cassia, vel aliquo syrupo humectante refracta.

Deinceps(materia prius preparata)mensibus singulis,nunc hoc, nunc illo modo purgādum lenius: & sumatur catharticum pridie accessionis: aut si accessus tardior fuerit,ipso accessus die.

Postea studendum coctioni,atq; humorum præparationi:nunc syrupis, nunc tabellis, nunc opiatis, &c.omnibus magis calefacientibus, & attenuantibus,quam in continua; vt oxymelite squillitico,syrupo de radicibus,de fumaria,de epithymo:singulis dilutis decocto radicum capparum,tamarisci, corticis medianæ fraxini. Atq hæc omnia laxatiua fiant ex cartami medulla, senæ foliis, vel agarico; atque tum haustus vnus sumatur quarto quoquo die paroxysmum antecedente.

Porro iuscula pullorum alterentur herbis mollientibus,malua, mercuriali, atriplice, & aromatum aliquo.

Diebus intermissionis poterunt inspergi pulueres diambræ, diamoschi, dulcis, diagalangæ, &c.omnia pondere maiore quam in continua: & quo propius ad statum,eo calefacientia & attenuantia sint remissiora quam in continua.

A statu,viscera fouenda, ac fotu molliēda:& manifestis signis concoctionis apparentibus, lene purgans ex adstringente materia propinetur: & viscera ab eo firmentur: sudores,& vrinæ moueantur.

Viscera postquam quater aut quinquies fota fuerint,molliente vnguento illinantur, & incidente: vt martiato,&c.Cor inprimis hic muniēdum, & in ipsis accessibus epithemata ex cardiacis applicanda:

& ex eadem materia ficca,fcutū affidue extra paroxyfmum geftandum.

In morbi ftatu(lienis gratia) fanguis ex faluatella pro viribus,ac morbi ratione detrahatur.

His peractis & concoctionis fignis apparentibus, balneum valde humectās & refrigerans minus imperetur: & ab eo corpus oleo violaceo inungatur, vel amygdalarum dulcium.

Si fatis robuftus fit ægrotus, poterit ex decocti attenuantis vapore poftridie acceffionis,bis bebdomade,fudare,præfertim vbi morbum inclinare cōftiterit: quo tempore theriaca imperari queat,aliquo humectante mifta.

Hactenus febres ex bile vnum humorem: fequuntur ex eadem plures accendente.

Febres ex bile plures humores accendente. Vbi plures accenduntur, fpuriæ dici queunt: & ex fignis plurium humorum bile accenforum deprehenduntur.

Hæ duplices funt,vel æquabiliter miftis, atq; accenfis,vel inæquabiliter.

Spuriæ. Æquabiliter miftæ. Vbi æquabiliter mifcētur, æquabilis ratio habenda,& præparationis & vacuationis humorum.

Et in æquabiliter. Vbi inæquabiliter:inæquabiliter redundantis ratio eft maxima habenda.

In pituita ficcandum magis: in Melancholia humectandum.

Hactenus febris ex bile flaua: fequitur ex atra.

Febris ex bile atra. Ex atra quarto quoquo die frequentiffime corripit.

Signa.

Signa. Acceffiones à leui rigore incipientes habet,eafq; Melancholica breuiores: fed cum mordaci calore atq. fiti vehementi.

Sunt item hac febricitātes magis inquieti quam ex melancholica laborantes,minus tamen diuturna febris eft.

Si ex

Si ex flaua bile vsta oriatur, omnia sunt hic tanto acriora.

Caussa.

Ex prægressis aliis febribus maxime erraticis, ac vagis oriri solet.

Remedium.

In hac omnia humidissima sint, & frigidiuscula tantum: vinum si concedatur, id bene aqua dilutum esto ad vehementiorem humectationem: aceti tamen vsus hic (quod in melancholica negandum) parcus esse poterit.

Somnus esto extra paroxysmum diuturnus.

Sanguinis plus hic depleatur quam in melancholica: die prima dextra basilica aperta ad vnc. 4. vel vnc. 5. sequenti, & sinistra saluatella, & (si vires ferãt) vnc. 3. vel amplius si opus est.

Si atra bilis ex sanguine fuerit, plus deplendum quam si vel ex bile, vel pituita, vel melancholia exusta oriatur.

Purgantia omnia hic aliquatenus frigida sunto: & bene humida ex melanaphygo aliquo.

Incidentia haud valde calefaciãt: vt oxymel squilliticum, cum syrupo violaceo temperatum atq. dilutum decoctis herbarum mollientium & valde humectantium: borragine, buglossa, violis, &c. Vel potius iuscula carnis salubris vt pulli gallinacei, veruecis iuuenis vel vitulina cum multa borragine, buglossa, & pauca citragine alterata, vsurpanda: atque tandem humore epicerasticis temperato & præparato, blande melanophygum singulis hebdomadis sumatur.

Morbo tandem declinante adhibeantur fotus, balnea, illitus, mollientia atq. attenuantia omnia, citra insignem calorem: maxime secundum hepatis regionem: præsertim si atra bilis sit sanguinea

Hic cor toto morbi cursu, epithematis cardiacis

muniendum: & tandem sub finem sudores prouocandi, & vrinæ: atq. vltimo viscera roboranda.

Hactenus febris schetica: sequitur Hectica.

Febris Hectica. Hectica febris est, quæ in cordis substantia accenditur.

Hæc biliosis tantum febribus complicatur. Gradus tres habet: 1. ros conflagrat. 2. gluten. 3. humidum radicale.

Signa.

Signa. Calor luculẽtior à cibo, alioquin æquabiliter per corpus diffusus: atq. vix febricitanti ob æquabilitatem perceptus. Qui tamen ab alio percipitur acris. Manifestior tamen in volis manuum, & plantis pedum percipitur.

Caussæ.

Caussæ. Raro oritur nisi alio prius morbo prægresso. Interdum diariam febrem excipit, frequentius ardentes, atque alias diuturnas.

Remedium.

Remediũ. In hectica, humidissima sunt omnia, & moderate frigida. Aer temperatus habeatur aquæ vaporibus, vel leui flamma: & acrior ignis est fugiendus.

Alimentum esto lac muliebre, asininum, caprillum, vaccinum, ebutyratum, recens mulctum, vel si muliebre sit, ex ipsa mamma suctum, ab vnc. iii. sensim augendo, vel etiam à pluribus pro viribus ęgroti, donec ad vnc. 8. peruentum sit: plus, minus, prout vires patientis ferant: atq. in hac dosi, integrã mensem consistere ex vsu erit. Si forte in ventre lac acescat, sacchari parum admisceatur: sin vritur, diluatur parum aqua & ita subferuefactum propinetur. Exhibeatur autem mane, horis quatuor, vel amplius à prandio: atq. si ex eo prandere velit, mica panis sæpius lota immisceatur.

Ab his postea (viribus ferentibus) astaci fluuiatiles,

les, aqua hordei decoquantur, & apponantur [illegible]-tem cācri marini teſta exuti, bene loti, & aqua hordei admodum elixi: ex quibus cum hordei farina, amygdalis, pineis recentibus, ſeminibus melonum, atq. cucurbitæ eiſdem miſtis inter ſe, atq poſtea furno coctis, teſtudinatum fieri poterit.

Porro his ſimiles cibi reliqui exſiſtant: vt iuſcula pullorum alterata lactuca, portulaca, borragine, bugloſſa, &c.

Potus eſto frigidiuſculus, atq; egelidus, ſomnus admodum prolixus. Et reſtaurantium deſtillatorum, colatitiorum, expreſſorum, vſus eſto frequentiſſimus.

Balneum frequenter vſurpetur tepidum, eius vapore prius excepto, tum balneum ipſum, ſenſim aſſuefacto ægroto.

Epithemata partibus principibus accommodentur ex frigidis, humidis, ſympatheticis.

Sudor ſi quis hic oritur, inhibendus oleis refrigerantibus, & adſtringētibus leniter inunctis: vt roſaceo, nenupharino, myrtino, &c. Omnia in ſecundo huius gradu, quam in primo, diligentius & vberius vſurpanda.

Symptomata medicum implorantia.

Symptomata hecticæ febris.

Syncope, aluus adſtricta, nimis laxa.

Syncope.

Syncopes mitigatio ex præcedentibus petenda. Si aluus profuſa ſit, (quod ſæpiſſime accidit in hac febre,) ſyrupus de roſis ſiccis, vel myrtinus, &c. Diluatur priſana colata ex hordeo torrefacto, & dilutus propinetur. Et gelatina ſantalis aromatizentur: & aceto condiantur.

Aluus laxa.

Sin autem aluus adſtricta ſit, clyſter refrigerans & humectans, ex malua, violaria, lactuca, &c. additis oleis refrigerãtibus, violaceo, nenupharino, &c. infundendus.

Aluus adſtricta.

Tertius hecticæ gradus omne remedium reſpuit,

atq. ſignum habet faciem ab Hippocrate depictam: oculi caui,nares acutę,collapſa tempora,frontis cutis arida,aures frigidæ atq. contractæ, & aurium extremitates auerſæ: vngues acuti, & adunce detorti,&c.

Hæc de cordis dyſcraſia calida:atq; ita de febribus omnibus: ſequitur reliquarum principum dyſcraſia.

Ad Capitis dyſcraſiam calidam.

Dyſcraſia capitis calida.

Signum.

Æſtus cum dolore vehementi.

Remedium.

Moderata lux,alta quies. Fronti atq: temporibus (hæ namque partes in capitis calida dyſcraſia laborare ſolent) panis ex oleo roſaceo inducendus: vel linteolum ſucco ſemperuiui,plantaginis,lactucæ, portulacę,meſpillorum,&c.maceratum dolenti loco applicandum,& totidem gradibus frigida per omnes meatus applicāda:quæ omnia,ſiue faſciis. ſiue anacollematis applicentur,crebro ſunt mutanda.

Dolor autem vbi ingens ſit,narcotica:opium & camphora,cum croco ex lacte muliebri inducenda: cautione maxima, ne longius quam dum dolorem ſedauerint ſinantur.

Sin autem dyſcraſia hæc cauſſam habeat feruentem ſanguinem(quod ex tenſione, grauitate, faciei rubore percipitur) pro vſu atq. ægrotantis viribus, vena pertundatur: primo cephalica dextera; atque tum poſtea vena puppis,vel alterutra iugularium ſi opus eſt. Vel cucurbitulæ cum multa flamma, ſcarificatis ceruicibus affigantur.

Sin vero bilem fouentem cauſſam habeat (quod ex doloris acerbitate pungente,& veluti erodente, abſque grauitate,oris amaritudine,faciei pallore,& inſomniis percipitur(præmiſſa parca phlebotomia) chola-

cholaphygis potionibus, & clysteribus res transigenda. Atque ab his, detonso capillo, topica sunt applicanda.

Porro, si dolor contumax sit, atq. pulsatilis: arteriæ in temporibus maxime micantes sunt incidendæ: & sanguis satis largiter fundendus: necnon cucurbitulæ affigendæ, extremorum frictiones adhibendæ: & vincula dolorifica iniicienda. Atq (malo adhuc contumaci) cauterium actuale in medio capite ad suturas adigendum: nec sinapismos, nec dropacismos, pro mali contumacia, prætermittendum.

Sin vero ex ardore mens laborat, vel vigiliæ fatigant, multo diligentius prædicta vsurpanda: atque à narcoticorum, valideq. refrigerantium vsu, sensim discutientia cephalica ceteris admiscenda: vt betonica, saluia, libanotis, stœchas, &c. quibus tādem solis vtendum, & animalcula viua per spinam secta, & exenterata, vt catelli, columbi, &c. sunt applicanda.

Hæc ad capitis dyscrasiam calidam.

Ad pulmonem calida dyscrasia laborantem.

Dyscrasia calida pulmonis.

Signa.

Signa.

Frequens spiritus atque is exspiratus, iusto calidior perceptus, lingua siccior, malæ solito rubicundiores.

Remedium.

Remediū.

Aer frigidissimus, potio liquidissima, ac refrigerans, sensim pitissando bibita, amygdalogala, quatuor seminum frigidorum maiorum emulsiones ex hordei decocto, syrupi violacei dilutiones: pectoris inunctiones ex humectantibus, atque refrigerantibus: oleo violaceo, nenupharino, &c. cum succo refrigerante portulacæ, lactucæ. &c.

Discrasia calida vẽtriculi.

Ad ventriculum calidum.

Signa.

Signa. Appetentia remissa præterquam potionis, cuius ingens exsistit, à cibis, ructus nidorosi.

Remediũ.

Remedium.

Cibus liquidus, frigidus, iurulentus, vt pulli ius cũ herbis refrigerantibus alteratum, maxime sympatheticis, oxalide, lactuca, &c.

Potus esto valde dilutus, vel aqua hordei, decoctum glycyrrhizæ, cum endiuia, lactuca, oxalide, &c.

Si bilis in ventriculo ferueat (cuius signum est oris amaritudo cum rosionis sensu) cholaphygo est abigenda: & si os ventriculi lacessat, vomitu excutienda: sin fundum petat, ex adstringẽte cholaphygo, vt rhabarbaro, vel diacydonio laxatiua est expurganda: à qua expurgata, epithemata refrigerãtia ad ventriculi regionem ante & pene ex succo solani, endiuiæ, lactucæ, cum santalis aut camphora imponenda; vel cataplasmata refrigerãtia ex farina hordei cum refrigerante succo, oleo rosaceo, vel melino addito, applicanda.

Sumantur autem ante cibum frequenter ribes, oxyacanthæ succus, oxalidis, mali medici, &c. corna, cydonia, &c.

Dyscrasia calida hepatis.

Hepatis discrasia calida.

Signa.

Signa. Sitis contumacior, vrinæ coloratæ, & acriores. Corporis color solito flauior.

Remediũ.

Remedium.

Si sanguis ferueat, ex hepatica depleatur: sin bilis æstuat, prius refrigerantibus atque humectantibus alterata vacuetur.

Omnia intro sumenda sint copia largiore, atque maiore quam in ventriculo laborante. Cetera cum ventriculo conueniunt, si locum & sympathetica propria excipias.

Lienis

Lienis dyscrasia calida.

Signa.

Proditur communibus signis.

Remedium

Idem quod iecoris, nisi quod sympathetica propria sint huic accommodanda.

Renum dyscrasia calida.

Signum.

Calor molestus circum horum regionem perceptus,& oleosum quid vrinis innatans.

Remedium.

Decubitus in alterutrum latus tantum,& in dorsum vitetur:dormiturus baltheo accingatur cui intexta sint spinacii semina, ne temere dorso noctu incumbat. Lectus esto durus. Quæ sumuntur hic liquidissima sunto omnia: & largiore quantitate quam in hepatis dyscrasia hauriantur.

Sin vero ex ardore renum diabetes oboriatur, vberius & assumta,& admota applicanda, & quæ admota sunt,frequentius immutanda: vt farina hordei cum succo foliorum vitis, plantaginis, portulacæ,&c. cataplasmatis consistentia; & refrigerantia tum(quibus semper acetũ admiscendum) toti ventri inducenda.

Testiculorum dyscrasia calida.

Hæc calore insolito atq. molesto proditur:& eandem cum renibus therapeiam obtinet.

Vteri dyscrasia calida.

Signum.

Feruor atque dolor.

Remedium.

Loca circum os sacrum & pubem, decoctis refrigerantibus rigentur,& refrigerantia loco applicentur:vt oui candidum,vel ipsum integrum,cum oleo rosaceo quassatum,& stupa exceptum,&c.

Lienis dyscrasia calida. Signa. Remediũ. Renum dyscrasia calida. Signum. Remediũ. Testiculorum dyscrasia calida. Vteri dyscrasia calida. Signum. Remed.

Ad ambuſta Remedium.

Curantur ambuſta, vel ipſum ardorem auocantibus, vel exſtinguentibus

Euocantia. Euocantia calida ſunt: vt ari, aut porri illita folia, cepe ſale contuſa & inducta, vel oleum cum ſale, atque hæc quam celerrime ſunt inducenda.

Exſtinguentia. Exſtinguentia, frigida ſunt: oxycratum, ſemperuiui ſuccus, oui album, ſuccus ſolani, &c.

Hactenus ametria calida: ſequitur frigida.

Ametria frigidæ ſigna.

Signa.

Pars tactu frigidior percepta: excrementa cruda & multa: pallor (ſi partium externarum aliqua ſit) & decoloratio.

Cauſſa.

Cauſſa.

Primæ & procatharticę: Exercitationes intermiſſæ, triſtitia, curæ, &c venus prodiga, in mulieribus menſtrua nimium fluentia, ſomnus nimius: aer impenſe frigidus, cibus, vel potio nimiũ refrigerantes.

Internæ cauſſæ, frigida cacochymia, interdum ex pituita, interdum ex melancholia.

Remediũ.

Remedium.

Diæta calida & calefaciens. Exercitatio pro corporis viribus ſatis valida, habitus fricandus, & à balneo attenuante, calidus vngendus. Hilaritas procuretur, etiam interdum ira excitanda.

Cibus calidus, panis triticeus, modice fermentatus, ſale, aniſo, &c. conſperſus.

Carnes ſalubrium animalium, & concoctu faciles, veruecinę, vitulinę, pullorum, gallinarum, piſces ſaxatiles atq omnia aromate condita.

Potus meracus, olera acria, cepe, porrum, &c.

Medicamentum ex tribus piperibus, ex vino, certis interuallis ſumatur: vel aliquid electuariorum aromaticorum vel puluerum diagalangæ, diamoſchi, &c.

Cordis

Cordis dyscrasia frigida.

Signa.

Respiratio parua, & pulsus paruus, metus, tristitia.

Cordis dyscrasia frigida. Signa.

Remedium

Signum.

Corpus exercendum, hilaritas procuranda. Diæta reliqua esto aromatica. Potus, vinum satis generosum. Medicamenta exhilarantia cardiaca: vt diamoschi, aromaticum rosatum: lætificans Galeni & ex eadem materia stillatitia aqua rosarum, melissæ, vel ochymi admista, epithemata aptentur: atque ex eisdem siccis scuta ad cordis regionem gestanda concinnentur.

Cerebrum frigidum.

Cerebri dyscr. frigida.

Signum: Sensus perceptio frigida.

Remedium.

Cephalica vberius quam in prophylactica adhibita.

Pulmo frigidus.

Pulmonis.

Conuenit cum corde frigido, si locum & sympathetica excipias.

Ventriculus frigidus.

Ventriculi.

Signa.

Tarda coctio: ructus acidus.

Remedium.

Si humore pituitoso fota sit: (quod ex grauitate quadam, & nausea, & ex ventriculi dissolutione, & languore, percipitur,) ipse humor medicamento aloetico, vt hiera picra, pilulis stomachicis. &c. est expurgandus, vel prius attenuatus (ceteris cōsentientibus) excutiendus: & postea ventriculus sympatheticis calidis corrigendus: sumto vel diaspolitico, vel diatrion pipereon, &c. & fomētis ac sacculis ex stomachica materia, vino aromatico, caryophyllis, nuce moschata, absinthio roborandus.

Cibus esto siccus ex volatilium carnibus, cinnamomo, caryophyllis, &c. transfixis.

Potio esto parca & meraca. Cibus actu calidus, potus frigidus.

Sub finem autem (expurgato humore) adstringentia vsurpentur, præsertim si inde diarrhœa lienterica immineat: tum namq. adstringentia vel toti ventri sunt inducenda.

Hepatis.

Hepar frigidum.

Signa.

Color faciei pallidus, vrina alba, alias tenuis, alias crassa, attractrix facultas, vel alteratrix, vel ambę infirmæ.

Si attractrix vis infirma sit, liquida cruda, incocta per aluum excernuntur, ad chyli tamen formam accedentia.

Si alteratrix tantum infirma sit, simile quid loturæ carnium, vel sanguinis aqua diluti, ex interuallis excernitur.

Remedium.

Cibi calefacientes: mel, passulæ, ficus, amygdalæ, pistachia, &c Potio: vinum. Ex pharmacis: Electuatium ex vino chyphondes dictum, vel mel passulatum cum cinnamomo, cassia, spica, ligno, aloes, & croco, sumatur vnc. ß. ex vino odorifero.

Eupatorium, absinthium, schœnanthus, ex vino & aqua cum melle cocta, frequenter vsurpanda.

Foris autem illinantur oleum irinum, mastichinum, costinum, &c.

Si quis autem humor ametriam pariat, est is primum pharmaco expediendus, atque deinde cetera sedulo vsurpanda.

Lienis.

Lien frigidus.

Conuenit cum iecore, si locum, & sympathetica propria excipias.

Renes frigidi. *Renum.*
Testes. *Testium.*
Vterus. *Vteri.*

Calidis sympatheticis inprimis, secundum naturales aditus applicatis curantur.

Ad partem frigore læsam. *Pars frigore læsa.*

Remedium.

Pars sensim calefiat,&(perfrigerato loco calidiore collocato)pars ipsa oleo irino,costino,e castorio, vel euphorbio inungatur, & lana succida inuoluatur,nunquam omissis parti sympatheticis.

Hactenus dyscrasia frigida: sequitur humida. *Dyscrasia humidæ signa.*

Signa.

Pars nimis mollis,& humiditate diffluens,excrementa copiosa,facilis sudor.

Caussæ.

Procatharticæ,vita sedentaria, somnolentia,aer, & habitatio humida,iuscula crebra,cibi humidi,potio multa. *Caussæ.*

Internæ: excrementa,vel succi humidi copiosi, serosi humores redundantes.

Remedium.

Siccantia omnia,exercitatio valida,sudores multi,frictiones siccæ,& hypocausta. *Remediũ.*

Cibus assus, & ex animalibus siccis, salsamenta, panis siccus & vetustus, modo haud nimium induruerit Iuscula nulla, potus parcus,Venus.

Cor humidum,
Cerebrum,
Iecur,
Ventriculus.
Lien,&c.

Omnia siccantibus, sympatheticis, & roborantibus sunt corrigenda.

Hactenus dyscrasia humida: sequitur sicca.

Dyscrasia sicca signa. Hæc difficilius quam humida cedit remediis.

Signa.

Pars durior, squalidior, excrementa pauca.

Caussa.

Caussæ.

Procatharticæ: studia, vigiliæ, curæ, labor vehemens, & exercitatio vehementior, & laboriosa. Venus prodiga.

Aer siccus, Laconica multa. Cibus siccus. Potio parca. Interna: sanguis parcus.

Remed.

Remedium.

Humida omnia, exercitatio lenta & parca: iuscula crebra, lac, iuscula hordeo, borragine. buglossa alterata. Balnea ex hydrelæo; & ex hydrelæo frictiones Hilaritas. Somnus etiam à cibo breuis. Potio diluta, & vinum oligophorum.

Siccitas marasmodes (exhausto humido radicali) omnem therapeiam respuit.

Partium principum sicca dyscrasia.

Harum atque reliquarum omnium siccitas, ex vberrime adhibitis, quæ in prophylactica dicta sunt, est corrigenda.

Hactenus quarundam partium elementaris dyscrasia.

Dyscrasia vniuersalis. Si vniuersalis dyscrasia sit: per omnes vndiq. aditus est abigenda: exordio ab illa parte ducto quæ alteri incommodat.

Caussas habet vel vndique afficientes vel principes: & signis prædictis vndiq. manifestis proditur.

Hactenus ametria Elementaris: sequitur venenata.

Ametria venenata. Venenata ametria est, omnium eucrasię partium: à venenata caussa corruptio,

Venenata ametria est alexiteriis demolienda.

Venenata duplex exsistit: ex veneno { In corpore genito. Vel extraneo.

In cor-

In corpore genitum est duplex, vel { Spiritus tantum inficiens: Vel substantiam corporis, item corrumpens.

Spiritus inficiens; fere vel cerebri, vel cordis, tantum spiritus inuadit, idque pro veneni motu, vel seorsim, vel simul.

Cerebri spiritus seorsum inficiens epilepsiam parit.

Epilepsia. Est autem epilepsia conuulsorius vniuersi corporis motus, ab aura venenata, in qua de repente ægroti concidunt, & ex interuallis cõuelluntur, & interdum voce nil significante exclamant, & ore spumam edunt. Aliquibus vesica & aluus, inuoluntarie soluuntur, aliis adultis, genitura excernitur.

Signa. Pueros vexare solet septimestres iam dentientes, & interlunio natos, & matris menstruis fluentibus conceptos, atq. tum perseuerare solet ad pubertatis annos, quibus cum primum semen mares emittũt, & menstrua femellis effluunt, cessare solet: quos si superet annos, difficile curatur, & fere desperata res est. Atq. alias vbi stertor, stridor dentium, partium faciei peruersio, corporis totius iactatio vehemens, spuma multa, seminis effusio, in ipso casu acclamatio, res periculi plena exsistit.

Remedium.

Remedia. Corpus loco lucido collocandum ex temperate calido, capite sublimiore, ex quo membra superne, deorsum fricentur: clystere satis acri prius iniecto. Ante omnia os diducendum est, atq. tenendum diductum: & lingua & palatum, theriaca, & mithridatio, vel alterutro, rutæ succo, vel oxymelite squillitico dissoluto illinenda, & naribus excipiatur fumus belzoini, vel castorium odorandum, vel castorium, atq. belzoinũ oxymelite squillitico dissoluta in gulam indãtur, in aures & nares, oleum rosmarini, aut nucis moschatę infundatur, & iisdẽ coronalis suturæ

& lambdoides,fricentur;& extremis vincula dolorifica iniiciantur.

Hac arte excitato epileptico, reuulsionibus studendum,& vacuationibus ab ipso cerebro,primum clysteriis;tum purgantibus,præsertim per sedem,ex hiera diacolocynthidos: deinde cucurbitulæ,cũ scarificatione affigendæ, pro ægroti viribus, ac morbi vehementia. Ex interuallis (ægroto interea recreato)cucurbitulæ primum hypochondriis affigantur: deinde scapulis,cum scarificatione, atq. (diebus interiectis purgato corpore & ægroto recreato) occipitio affigantur:& rubrificantia,& vesicas excitãtia, collo iuxta scapulas,admouenda; deniq. cetones,& cauteria, extremo occipiti, & carneæ brachii parti inducenda, aperto diu seruato vlcere, caput radendum,vel detondendũ, & cucupha ex cephalicis adiectis morbo antipatheticis,vt visco querno,pęonię maris radice,hyssopo,&c. gestãda, & sternutatoriis ex pipere,euphorbio sinapi,&c. vtendum,& apophlegmatismis. Atque tota therapeię historia,antidotus sumatur huic malo proprius: vt squilla apud Gal.in consilio pro puero epileptico,vel aliud quodlibet accommodatum ex visco querno,radice,& semine pæonię maris,decrescente Luna collecto,cranio humano,vngula asini,cornu alcis, &c. Quibus autem inueterata est,malleoli venæ,veris initio,incidendæ.

Si infans sit, nutrix esto abstemia, & coitu abstineat.

Pueri corpus molliter fricãdum, & caput detonsum inungendum oleo anethino,rutaceo,sampsuchino,&c puluere cyperi, angelicæ, radicis pæoniæ maris adiecto. Aluus semper tenenda tenera ex butyro & saccharo,vel melle nutricis mammæ illito, mercurialis cauliculo in anum inserto: vel aliquid syrupi laxatiui rosarũ pallidarũ pulticulę misceatur,

vel

vel ſedes melle illinatur,& rutæ ſucco: vel ſalis grumus in podicem indatur.

Si aliunde venenum deferatur: tum & origini eſt obſtandum. Quæ ex ſanie maligna bilioſa in ventriculum irruente ieiuno fere, oriri ſolet. Hic ergo panis vino tenui auſtero, vel granatorum ſucco macerandus, atque ſumendus: atque ventriculus ex aloetico medicamento purgandus: vel vomitu humor vacuandus: & ne talem ſaniem admittat, ſympatheticis aſtringentibus roborandus. Pueris ſolet ex vermibus putreſcentibus accidere. His, amaris, & alexiteriis, vermes enecandi, atq; eiiciendi, tam ſumptis quam ad vmbilici regionem applicatis. Atq; detur (luna declinante) ſemen pæoniæ cum puluere contra vermes, bis hebdomade.

Si ex alia particula quę conſtringi poterit malum oriatur, fune diligenter excipiatur: & pars arctiſſime conſtringatur, vt præcludatur veneno aditus: & particulæ, rubrificans, & veſicans medicamentum, imponatur: vt lepidum, ſinapi, cantharides, &c. Cucurbitulæ loco affigantur, & mithridatio, vel theriaca, vel anagallide rubra, locus inducendus, & vicinia omnis ex ſinapi pipere, euphorbio cum melle anacardino, vel theriaca. Si locus præligari nequit, ſaltem cucurbitulæ adhibeantur cum ſcarificatione & multa flamma,

Lipothymia. Vbi cor venenum petit, idque vehementius: lipothymiam, aut ſyncopem parit, vbi remiſſius palpitationem. Id autem fere accidit ex ſanguinis grumo in ventriculo, vel inteſtinis, vel in pectore, vel in veſica putreſcente: vel ex vermibus putrefactis, vel vomica ſubito rupta, ac virus in cor exhalante. Hic primum ex ſyncope reuocandus ægrotus vino porrecto, & odoratis aſtringentibus naribus adhibitis, & ſpiritus recreantibus, vt aceto roſaceo, in quo hyſſopus maduerit, vel ipſa hyſſopi coma intincta, &c.

odorata: & frictiones adhibendæ partibus extremis: & vincula dolorifica iniicienda. Atque deinceps, (reuocato ægroto) grumus, & venenum, expurgandum: & Cor sympatheticis,& antidotis,tam sumtis, quam admotis muniendum: vt diamargarito frigido. puluere de gemmis, quæ sumi poterunt ex syrupo de acetositate citri, & aqua rosacea dissoluta pannis intinctis, ad regionem cordis pro epithematis applicari,&c. Nec non vtile theriacam cum conserua borraginis sumere. Deniq; cor vndique muniendum,& sibi sympatheticis: atq; antipatheticis veneno, eademq; ratio in palpitatione ex aura venenata est tenenda. Atq; hæc vbi seorsim petuntur: veneno simul autem,& cerebrum,& cor,in vteri suffocatione affici solent. Ergo in hac,cum accessio propinqua est:torpor mentis,pigritia,crurum imbecillitas,pallida facies, aspectus tristis: cum iam instat, strangulatus, grauis sopor premit; mens desipit; sensus torpent,vox obmutescit,crura contrahuntur; Deinde maxillæ rubere incipiunt; facies aliquantulum ardescit, pulsus exiguus,languidus,in nonnullis vix perceptibilis. Cum remittit,humiditas quædam ad tactum ex locis mulieribus procedit: atque tandem redeunt ad se.

Circuitibus mouetur: hyeme & autumno magis,accidit iuuenculis, ad venerem procliuibus: sterilibus maxime, si ex medicina sumta fuerint infœcundæ: & eis quæ præter consuetudinem non miscentur viris.

Caussa.

Caussa. Vapor in principes partes elatus ex semine corrupto,vel alio quouis humore crasso,& veluti seminali in vtero putrescente: & in partes nobiles virus exhalante.

Remedium.

Remediũ. Excitetur e paroxysmo vellicatis auribus, maxime

me pilis pudendo adnatis. Aliquando opus & piper, zinziber, sal gemmæ, & huiusmodi alia pudendis immittere. In accessione, summa diligentia & crura tota, & corpus totum perfricandum, ex aceto, & sale. Odore fœda naribus admoueantur: vt castorium, galbanum, allium, pili combusti, veteramenta combusta, & naribus excepta. In vuluam autem odoratissima vnguenta infundenda, vt oleum, cieuta, vel moscho, mistum: vel in quo nux moschata, caryophyllum, &c. incoxerint: vel pulueres aromatici miscentur. Et inde obstetrix (intincto digito) affricet os vteri, in virginibus: in aliis interiora.

Porro sternutamenta fiant ex castorio, pipere, elleboro, sinapi, &c. Cucurbitulæ affigantur inguinibus, & ventri, cum multa flamma: & voce aspera excitetur, vbi accessio conquieuerit: vomitus excitandus, & cibus parcus offerendus, vel nullus: & cardiacis roboretur.

His per interualla, castorium drach. 1. pondere vel scrup. 2. bibendum ex artemisiæ decocto: vel bryoniæ radix, vino albo incocta.

Si virgines sint, vel viduæ, nubant: si nuptæ, coitus frequentior esto solito.

Si prægnans laborat suffocatione, ea quæ conceptum corrumpunt cauenda: & quæ vehementer vterum concutiunt.

Hactenus de veneno spiritus tantum inficiente: sequitur corporis item substantiam corrumpens, atque primum de Elephantiasi Signa.

Pili Elephantiacis defluunt: & vbi auelluntur, cutis pars vna sequitur: tubercula rotunda, multa, granosa, sub superciliis, & pone aures, variisque faciei locis. Auricolarum cõtractior & exactior rotunditas: frontis rugositas: oculorum obtuitus fixus, & exacta rotunditas: nares extrinsecus patulæ: intrinsecus constrictæ: labrorum sublatio, crassities, &

Elephantiasis signa.

tumor gingiuarum ſordes: fœtor: eroſio. Venæ ſub lingua varicoſæ, & nigræ: animæ fœtor: vox clangoſa, & ex naribus manans. Vniuerſæ cutis defœdatio cum arida ſcabritie, cum multis herpetibus, ſcabie, & vlceribus, ſquamas, cruſtaſque remittentibus: ſenſus compunctionis per vniuerſam cutem: conſumtio muſculorū inter pollicem, & indicem: ſcapulæ inſtar alarum exſtantes: partium ſtupor, partium extremarum putredo: terrifica inſomnia: timores: ad coitum furentes: ſanguis ſi aqua diſſoluatur, arenoſus: pulſus debilis: vrina inſtar iumentorum craſſa.

Remedium.

Remediū. Malum ſi inueterauerit, incurabile exſiſtit. vbi recens ſit, (id eſt, cum nihil ex ſummis deciderit: nec vlla ſit vlceratio, nec eminentiæ tuberoſæ plurimū exſurgant: ſola facies aſpectu ingratior, neque tamen admodum indecora) therapeia experiunda, quantumuis difficilis.

A ſomno, manu molliter permulceantur: aluoque deiecta prius, geſtetur: & vocem exerceat: deinde perfricetur, & vario exercitationum genere vtatur. Sudor ab exercitatione contractus abſtergeatur, & corpus butyro recenti delineatur: & poſt (tēpore pauxillo interpoſito) ſucco fœnigræci, aut ptiſanæ cremore corpus perungatur in balneo: & a balneo, deterſus, perungatur oleo myrtino, vnoq; modico cum alumine, vel ammoniaco, vt ſordium ſit ſpiſſitudo: rurſus teneris panniculis abſterſus, dimidia hora conquieſcat, inde potu aquæ ad vomitum ſollicitetur, poſt vomitum detur vinum abſinthites, aut origanites.

Cibus: Panis hordeaceus, vel maza, ptiſana, oua, lac, mel cum pane, piſces molli carne præditi, ſaxatiles: ex teſtaceis oſtrea, pectines, tellinæ cum betis incoctæ.

Volatilia boni ſucci.

Ex

Ex oleribus: beta, lactuca, malua, rumex, &c.

Ex fructibus: ficus, vuæ, passulæ, pinei nuclei, amygdala, &c.

Vino, ac venere, toto morbi curriculo abstinendum.

Leui adhuc malo, caput vrendum ferramentis nuclei modo rotundis: capite ad cutem prius detonso, quinque crustis excitatis: vna supra sinciput, altera paulo supra frontem vbi pili desinunt, tertia in occipitio: duabus reliquis supra ossa squamosa: vlceribus diu apertis seruatis.

Quo nisi cedat malum, atque valentius sit: protinus per initia sanguis mittatur, præsertim vere, pro viribus, ac vsu, ex vtroque brachio, ampla vena, si ferant vires, sin minus, ex malleolis, vel manu extrema, ac nouem diebus, vel decem interpositis: purgetur corpus hiera diacolocynthidos: non semel, sed (habita virium ratione) frequentius, atque aliis decem diebus interpositis, lactis scissilis serum detur, haud minus tribus heminis, nec amplius quinque: sequente tempore, recens mulctum bibi poterit: & frequenter vsurpari.

Si morbus haudquaquam cedat: lacte abstinendum, & vomitus tentandus ex radicula: atque postea ad helleborum album accedendum: bis vere, (si fieri potest) semel per autumnum, & metasyncriticis vtendum ex alto humorum rapientibus: & leues cucurbitulæ hypochondriis, & ori ventriculi applicentur: & membra dropaci illinantur, atque iterum ex interuallo corpus purgandum ex hiera: & sanguinis tum missio prætermittenda: atq; hoc ter in anno repetendum: vere potissimum, & autumno.

Inter dies purgationis, vtendum frequentibus balneis, & antidotis: balneis ex fumaria, boragine, buglossa, nepeta, &c. smegmatis in balneo vtēdum,

ex rumicis radice, sulphure, nitro, & tumidis eminentiis, iberidis viridis folia, cum axungia tusa, applicentur.

Ad spirandi difficultatem: qua elephantiaci affligi solent: aselli sub aquariis degentes, quinque aut sex, ex aquæ mulsæ cyathis tribus potentur.

Antidotus autem sint, decoctum brassicæ, absinthii, ligni sancti, cum passulis, ficubus, violarum floribus & boraginis, ac buglossi foliis, erinacei caput eodem modo decoctum.

Viperarum carnes, abscisso capite, & cauda, ad putrilaginem coctæ: carnibus assis, & iusculo absorpto, theriaca ipsa, tum pota, tum illita: & sales theriaci.

Atque hæc potius ne morbus inualescat: quam vt omnino curetur.

Cancer.

Signa.

Cancri signa. Durities partis: color liuidus, id est, inter rubrum, & nigrum medius: circa locum affectum ictus, quasi punctim illati sentiuntur: interdum torpet: venas ostendit in circuitu tumentes, ac elatas, cancri brachiorum modo, vbi exulceratur pars, dolet; labra prætumida habet, aspectu horrida, & colluuie ingrata, sanies continue manat tenuis, aquosa, nigra, aut fulua, & grauiter olens.

Remedium.

Remediū. Est item fere & istud malum immedicabile, estque vel mitigandum, vel prorsus excidendum: si in eis partibus sit, quæ incidi poterunt, mitigatur primum sanguinis missione: tum alios humores purgante pharmaco ex interuallo. diæta esto ex ptisanę cremore, lactis sero, piscibus saxatilibus, omnis generis auiculis, exceptis palustribus.

Ex oleribus conueniunt malua, atriplex, blitum, cucur-

cucurbita,&c.acria vitentur omnia: & potus generosus,menses, & hæmorrhoides cõsuetis irritentur: & linteum molle duplicatum succo solani imbuatur, & applicetur, &c. lanam molliusculam extrinsecus eodem succo madentem linteo circum dato: & ne siccescant, hæc eo succo subinde irrigato,vel applicetur vnguẽtum album, vnguentum e lithargyro, & plumbo vsto: ex pompholige, &c.

Atq; hæc mitigandi ratio.

Vbi autem excindere libet,prorsus rescindendus, vt nulla radix supersit: & sanguis exprimendus, & sinendus fluere,etiam exciso cancro, cãdente ferro locus inurendus: vel si minus libet secare, & cãdente cauterio adurere: Exedatur carcinoma arsenico sublimato: quod triduo sinendum, vel dum effectum præstiterit, quod ex loci tumore percipitur. Interea vicinis partibus bolo, oleo rosaceo, succo solani,plantaginis,semperuiui, munitis, dolor mitigandus malua,althæa,in mulso subacta,&oleo rosaceo pauco admisto,ad cataplasmatis formam.

Carbunculus.

Signa.

Pars dura, ardore feruens, pustulæ sæpe multæ, exiles, milii magnitudine: interdum vna maiuscula,ab eis crustosa vlcuscula,qualia ferramentis candentibus excitantur, crusta modo cinereum colorem,modo nigrorem, præ se fert; eoq; loco, leuari cutis nequit: sed carni inferiori quasi infixa est. circumiacens caro inflammatur ingenti ardore, & colore nigrescente,splendetq; bituminis, & picis modo. His accidit febris,nausea, frequens vomitus,appetitus prostratio, cordis tremor,palpitatio ,& frequens animi defectio.

Carbunculi signa.

Remedium.

Cordi inprimis hic. consulendum antidotis,

Remediũ.

& alexiteriis sumtis, & admotis, sympatheticis, & veneno repurgantibus diamargarito frigido, de gemmis, puluere bezoardico. &c. Sanguis (si vires ferant) ad lypothymiam mittatur: ac deinde tumor scarificandus plagis altis: & ipsæ incisiones, aqua calente statim perfundendæ: interdum & opus est arsenicum sublimatum imponere: vel sanguisugæ affigendæ & vicinæ partes muniendæ bolo, succo solani cum rosaceo, &c. & malum punicum acidum in aceto coquatur ad tabem: tum deteratur, ad liquorem, & parti laboranti & circumiacenti imponatur, & recondita facultate præditum sequens pulticula applicetur; succorum symphyti maioris, scabicsæ, pedis columbini, an. drach. 2. farinæ hordei vnc. 3. misce. Quidquid carnis emortuæ fuerit, radicitus exstirpandum: quod nisi succedat inurendum ferro candenti, dum omni ex parte sensus doloris sit; & crusta laxanda, vel si vri recuset, adhibeatur plebeius quis, qui carbonem mordicus apprehensum radicitus euellat.

Porro diæta esto tota acida: vt pruna acida, oxalis in iusculis: & aceti, mali punici, & aranciorum, atq; omphacii condimenta.

Ad Gangrænam. Signa.

Gangrænæ signa. Color partis liuidus, fuscus, arteriarum motus in parte insensilis, putredo, ac fœtor: pressa pars digitis cedit: atque etiam apparet cutis a parte semota.

Remedium.

Remediũ. Gangræna quamprimum excidenda: quanquam pars aliquem sensum obtineat. Cor roborandum theriaca ex aqua cardui benedicti, angelicæ, &c. Et epithemata ex sympatheticis cordi imponãtur: atq; veneni vim retundentibus, santalis, corallo, rosis, theriaca, mithridatio, &c. Pars ipsa scarificanda, vel vbi opus est, ad ossa vitatis vasis, nisi & ipsa putruerint, incidenda: & pars aqua salsa lauanda in qua ægyptia-

gyptiacũ,& aloe bullierint:sub finẽ addita aqua vitę post lotionẽ, ægyptiacum imponendũ,& ægyptiaco aliud emplastrũ loca vicina cōplectẽs, putredini resistens ex fabarũ farina, hordei, orobi, lupinorũ &c. cum aloe,myrrha,mastiche,aqua vitæ,& oxymelite exceptis. Interea partes circumiacentes muniendæ repellente, atque astringẽte materia: succo plantaginis,solani,semperuiui, cum oleo rosaceo,bolo armena,oxyacantha,&c. Atque sępe repetenda remedia hæc,quæ nisi fructum præstiterint,cauterio pars vrenda, & ab eo, porri succus,cum sale trito atque dissoluto apponendus.

Quod si nec cauteria proficiant,pars (si præscindi poterit) est examputanda prorsus: potius ex sana parte aliquo exciso,quam ex ægra relicta.

Venenum extraneũ.

Hactenus venenum genitum, sequitur extraneum.

Extraneum est vel	Intro sumtum.
	Foris exceptum.

Intro sumtum est duplex: vel	Spiritu raptum.
	Potum,vel æstum.

Spiritu raptum,vt pestis.

Signa.

Pestis signa.

Rapto per inspirationem veneno, continuo per pulmones cor petit,& labefactat:huius,arteriarumque spiritus, atque interdum humores, & vniuersum corpus inquinat. Vires omnes vitales quamprimum infringuntur, & squalent spiritus hinc pulsus arteriarum exilior,imbecillior,frequentior, celerior,quæ argumenta sunt pestis acutissima, quæ vno die hominem rapit. In hac nec ardor mordax, nec sitis vehemens, vt nec laborans sibi febricitare videtur: nec in vrinis, quid alieni apparet: sed syncope,pulsu paruo,ac presso,vel assidua vomitione, vel vigiliis,iactatione corporis,viriumque prostratione, proditur:nullus item sensus doloris percipitur.

Si vna & humores corrumpuntur mitior pestis

est sine carbunculo: Carbunculo sociata grauior. Atque in his minus grauis, si bubo apparet ante ægroti decubitum.

Remedium.

Remediū. Vbi corpus plethoricum est, ad diminuendum hanc, sanguis mittendus audacter: & frictionibus (pro ægroti viribus) & vigiliis, venenum euocandum,& leuibus pharmacis & clysteriis.

Cor muniendum antidotis: tormentilla, betonica, morsu diaboli, scabiosa, vel electuaria ex bolo, vel theriaca, cum oxalidis stillitica,&c.

Aeris fiat frequens mutatio,& temperatus sit.

Aluus quotidie ducatur clysteribus blandis & catharticis mollibus.

Cor epithematis muniatur ex aqua rosarum, violarum,&c. cum santalis, camphora, vel puluere bezoardico N. Præpositi, & subinde repetenda alexiteria: & vires,& cor recreanda diamargaritone, diarrhodo,&c.

Cibus esto leuis,& acidis conditus.

Bubo si proruperit, conandum pro viribus foras euocare, cucurbitulis, cum scarificatione: sanguisugis, cauteriis si vires ferant, catellis dissectis,& applicatis, vel attrahentibus pharmacis: vt in cepa incocta theriaca, vel scabiosa, lysimachia Vomica aperta, sinatur die vna, vt virus exspiret.

Si pestis mitior sit, erumpunt bubonis loco, exanthemata, morbilli, variolæ, atque in his, præstat febriculam præcedere quam sequi. plures hic deteriores, paucioribus, maiores, minoribus, malæ pruriginosæ, ardentes, & quas vomitus comitatur frequēs, & alui fluor. item quæ intro redeunt, sunt perniciei plenissimæ: nisi aluus fluat.& colluuiem expurget: solent apparere, primo, secundo, aut tertio post febrem die: melius cito apparere, celeriter augeri & maturari: atq; fere ad diem 7. maturantur.

Exan-

Exanthemata. Exanthematis & ecthymatis magis obnoxii sunt pueri, ob corporis teneritatem: nec viris accidunt, nisi constitutio aeris valde grauis fuerit. Ex his autumnales grauissimæ sunt. In his initio rapto veneno, vniuersum corpus, maxime caput ingrauescit, dolore plerumque concutitur, oculi tument, & illachrymantur: facies quasi inflammata rubescit: raucescat vox, spiritus crebrior, ac difficilior euadit: pulsus frequens, ac celer, & malo ingrauescente, proditur in cute. Ecthymata pustulis multis, toto corpore, confertim albo colore, extuberant: pituitæ, ac bilis mistionem præ se ferentes. Exanthemata quasi pulicum maculæ, fere rubra apparent: interdum purpurea, interdum viridia aut nigra.

Remedium.

Remediū. Postquam eruperint, parcendum somno, atque tum diaphoreticis, & sudorificis vtendum: Ex decocto fœniculi, caricarum vel ficuum, semine apii, &c. cum sirupo acetoso simplici.

Hactenus inspiratum venenum: sequitur potum vel esum.

Ad venenum sumtum.

Ad venenum sumtum. Actutum ex hydrelæo vomendum calente, vel oleum aut eius loco butyrum, ex decocto seminum lini, maluæ, fœnigræci, bibendum.

Atq; post, clyster paulo acrior, infundendus ad intestina purganda: & ab his, lac copiose potandū: & antidotus veneno repurgans sumenda larga quātitate: vt terra lemnia, marrubii succus, betoniæ folia, & præ ceteris theriaca vel mithridatium. drac. 1. vel 2. pondere, vel bis etiam die.

Venena sumta sunt vel ex
- Animalibus aut horum operibus:
- vel inanimatis, eisq; vel
  - Vegetabilibus:
  - Metallicis.

Ad animalia venenata: atq; primum ad Cantharides. Signa.

Ad Cantharides. A Cantharide sumto: a stomacho ad vesicam, cuncta morderi sentiuntur: & gustum similem pici, aut cedrino liquori habent. Dextra hypochondria inflammantur: Vrina difficulter redditur, & sæpe vna sanguis exit: & per aluum excernuntur, qualia in torminibus intestinorum egeri solent: animo linquűtur, anguntur, vertiginibus laborant: tandem mente alienantur.

Remedium.

Hic oleum rosaceum potandum ex hordei cremore: & frequentes post vomitum clysteres ex cremore hordei, orizæ, cum semine fœniculi, & maluis. In vesicam item fundenda emulsio seminum frigidorum maiorum, cum decocto hordei, & balneum aquæ dulcis imperandum.

Ad Buprestem. Signa.

Ad Buprestem. Buprestis sumto, gustus virolys offendit vehemẽter, stomachus, & venter dolent, & instar hydropicorum tument: extima corporis cutis intenditur, vrina supprimitur.

Remedium.

Post vacuationes, detur decoctum ficuum aridarum ex vino, & remittente malo, iuuabit & palmulas, & ex omni genere pyrorum edere.

Salamandra. Signa.

Lingua inflammatur, mens impeditur, tremor cum torpore quodam, & resolutione vrget, partes quædam corporis in orbem liuoribus variantur, & subinde permanente veneno, putrefactæ defluunt.

Remedium.

Ad Salamandrã. His conuenit resinam e pinu, aut e picea sumere: vel galbanum cum melle, & nucleos pineos, cum decocto chamæpityos, vel ranarum ius, cum decocta eryngii radice sumere.

Tinorum

Tinorum erucæ, *Signa.*

Oris palatique dolor, valida linguæ inflammatio, stomachi intestinorumq; cruciatus, quæ cum pruritu circumtendi sentiuntur: feruor toto corpore affligit, & stomachi fastidium vrget.

Ad pinorũ erucas.

Remedium.

His oleum melinum sumendum: & clystere excipiendum.

Lepus Marinus. *Signa.*

Gustus piscibus virosis haud absimilis: temporis progressu, aluus indolet, vrina supprimitur, & si quãdo eruperit, purpurei coloris cernitur. Auersantur pisces omnes, præter fluuiatiles cancros: sudor fœtidus erumpit, & vomitus biliosus, & nonnunquam sanguine mixtus.

Ad leporẽ marinũ.

Remedium.

His sumendũ continue lac asininum: aut passum, aut sanguis recens, & calens anseris, aut cyclamini radix trita ex vino propinanda.

Rana rubeta, & palustris. *Signa.*

Corporis tumor, pallor intensus buxo similis: ægre spiritus trahitur: os fœtet, singultus infestat: & semen aliquando inuoluntarie prorumpit.

Ad ranã rubetam & palustrem.

Remedium.

His multum meraci vini sumendum, item arundinis radicis, vel ciperi drach. 2.

Porro cogendi sunt celeriter ambulare, & currere: & calida quotidie lauandi sunt.

Cameleon. *Signa.*

Valida ventris erosio, dolor cum totius corporis peruersione, tremor, mox conuulsio, item vomitiones spumantes, & pituitosæ: quibusdam singultus: vox nihil sonat, facies distorquetur.

Ad Cameleonta.

Remedium.

Pinguis tritici cremor calidus epotus, absinthii potio: nitrum cum oxymelite, vel radicula: præcor-

diorum fotus: terebinthina, ſtyrax, ſemen vrticæ, folia cupreſſi, ſumta.

Cerebrum felis. Signa.

Ad cerebrum felis.

Vertigines crebræ, ſtoliditas: amentia.

Remedium.

Potent moſchi ſcrup.ß. ex vino, vel diamoſchi ſumant drach. 1. quatuor horis ante cibum: mane, ex vino, certos dies, dum malum cedat.

Hactenus venena ex Animalibus: ſequuntur ex vegetabilibus.

Altercum. Signa.

Altercũ.

Mentis alienatio, ebriorum more.

Remedium.

Conquieſcendum his: & mulſa, vel lac aſininum: & ficuum ſiccarum decoctum bibere his vtile.

Porro cichorium, ſinapi, naſturtium, raphanus, cepæ, allia ſingula cum vino ſumta, plurimum conferunt.

Coriandrum. Signa.

Coriandrum.

Raucitatem facit, mentem mouet, ſimiliter temulentis: loquuntur turpia, totum corpus coriandrum olet.

Remedium.

Potandum oleum irinum, & id ipſum clyſtere ſumendum: atque tandem vinum meracum cum abſinthio bibendum: & oua teſta vacuata, & agitata, cum muria ſorbenda: & muria, & ius ſalſum gallinaceum, vel anſerinum, bibendum.

Pſyllium Signa.

Pſyllium.

Totum corpus refrigeſcit: torpetque cum reſolutione, atq; triſtitia, vt animum deſpondeant.

Eaq; præſidio ſunt, quæ coriandro conueniunt.

Cicuta. Signa.

Cicuta.

Caligo: vertigines, vt nec minimum videant: ſingultus, mentis alienatio: & artuum perfrictio: vltimo conuulſio, & ſuffocatio.

Reme-

Remedium.

Vinum meracum potandum per interualla, quibus interuallis, absinthium cum pipere, & vino exhibendum, vel passum per se potandum,

Opium. Signa.

Veternus cum perfrictione & pruritu vehementi: & toto corpore odor veneni percipitur. *Opium.*

Remedium.

Merum copiosum cum absinthio, & cinnamomo, piper cum castorio, & oxymelite.

Excitandi sunt, naribus admotis hyssopo aceto intrito, vel pulegio, vel sternutatoriis insertis.

Aqua calida, & balneis fouendum corpus.

Carpesia. Signa.

Sopor & præsens strangulatio. Eadem quæ cicutæ conueniunt remedia. *Carpesia.*

Mandragora. Signa.

Sopor, virium resolutio: validus veternus, atque lethargicus. *Mandragora.*

Remedium.

Corpus excitetur, & commoueatur admotis acribus ad nares: & absinthium cum vino dulci sumendum. Caput aceto & rosaceo fouendum.

Aconitum. Signa.

Lingua cum astrictione quadam dulcescit: inde vertigines: præsertim in surgendo, & oculorum humiditates: thoracis, & præcordiorum grauitas, vt multi erumpant flatus. *Aconitũ.*

Remedium.

Chamæpitys, origanum, marrubium, aut abrotonum ex vino. Vinum in quo ferrum, aurum vel argentum, exstinctum est frequentius.

Ixia. Signa.

Linguæ inflammatio; valida mentis abalienatio; omnium naturalium excretionum suppressio, murmura alui, ac strepitus: nec quicquã tamen eiicitur. *Ixia.*

Remedium.

Absinthium cum vino diluto copiosoque, aut cū aceto, vel oxymelite, vel castorium, & ruta, ex eisdem: & acetum calidum.

Ephemerum. Signa.

Ephemerum. Totius corporis pruritus velut vrtica, aut squilla tactum: interiora roduntur: stomachus vritur, cum ponderosa grauitate, & malo inualescente, cruenta strigmentis mista, per aluum egeruntur.

Remedium.

Folia quercus, aut glandium, aut malicorii, aut serpilli decoctum cum lacte bibendum: lac vaccinum calidum potandum, & simul in ore continendum.

Taxus. Signa.

Taxus. Perfrictio totius corporis, strangulatus.

Remedium.

Omnia, quæ cicutæ conueniunt.

Solanum furiosum. Signa.

Solanum furiosum. Gustum lactis repræsentat, singultus crebri: linguæ humiditas, & larga sanguinis eductio.

Remedium.

Dulce vinum tepidum, cum anisi modico potum: amygdalæ, & elixa gallinarum pectora: conchylia cruda pariter, & tosta, in cibo: locustæ marinæ, & gammari, & ex ipsis ius esculentum, potui sumtum.

Sardonia. Signa,

Sardonia. Mentis alienatio: conuulsio cum labiorum contractione, vt risus imaginem præbeat.

Remedium.

Aqua mulsa copiosa, & lactis potio, corporis inunctio ex calefacientibus vbi prius in hydrelæum descensum sit: a quo corpus est vehementer infricandum, & inungendum.

Papauer corniculatum.

Papauer corniculatum. Eadem infert mala quæ opium, atq; eadem therapeia curatur.

Phar-

Tharicum. Signa.

Resolutio cum furore, ac conuulsione. *Tharicũ.*

Remedium.

Cinnamomum, aut myrrha, ex vino: aut spicæ nardi drach. 2. myrrhæ oboli duo cum passo misti.

Caput derasum, farina hordacea, cum ruta trita, & aceto, cataplasmatis modo inducendum.

Toxicum. Signa.

Labrorum, & linguæ inflammatio, mentis furor, qui coerceri non potest, variis obnoxius imaginibus, fere desperatum malum est. *Toxicum*

Remedium.

Vinculis continendi, & vi cogendi, vt vinum dulce, cum rosaceo bibant, reddantque vomitum, & raporum semen cum vino potum, peculiariter conuenit, & mala Cotonea his, cum pulegio potanda.

Fungi. Signa.

Strangulatus laqueis similes: interdum & intestina exulcerantur. *Fungi.*

Remedium.

Lixiuium ex sarmentis, aut pyrastri surculorum cinere, cum posca, sale, vel nitro potum. Item pyra syluestria, incocta, ac sumta. Si exulcerentur intestina, detur absinthium, & ficuum decoctum, copiose. Porro in calidam descendendum: & cruda hordeacea farina, cataplasmatis modo, præcordiis admouenda.

Sanguis taurinus. Signa.

Spiritus difficultatem & strangulationem inducit: tonsillarum, & gutturis meatus valida conuulsione obstruendo, lingua rubet: & dentes tincti sanguine apparent. *Sanguis taurinus.*

Remedium.

Vomitus hic fugiendus, atque primum incidendus sanguis coagulatus, & aluus ducenda, vt coagulo, cum aceto, sanguis attenuandus est, & clystere

euocandus. Stomachus, ac venter, hordeacea farina cum aqua mulsa obducendus.

Ad lac coagulatum.

Lac coagulatum. Lac coagulatum eadem parit symptomata: & eisdem remediis curatur. Atque hic salsum nil offerri debet.

Ad mel Heracleoticum.

Mel Heracleoticum. Eadem parit symptomata cum aconito: & eisdem curatur remediis.

Hactenus ex vegetabilibus: Sequuntur mineralia

Ac primum Gypsum.

Gypsum. Strangulat in lapidem concrescens. Eadem conuenit, quæ fungis debentur, & clyster ex passo, & maluis decoctis indatur.

Cerusa. Signa.

Cerusa. Singultus, tussis, linguę siccitas, extremorum perfrictio, cum mentis abalienatione, & difficili corporis motu.

Remedium.

Lixiuium e vitium sarmentis propinetur, lacrymæ thuris, vel prunorum gummi, aut vlmi humor, qui istius folliculis seruatur, & cum aqua tepida, vomitus quotidie citetur.

Calx, Sandaracha, Auripigmentum.

Signa.

Calx, Sandaracha, auripigmentũ. Ventris, & intestinorum, torsiones, cum vehementi rosione.

Remedium.

Vomitiones faciles: & aluum lubricam facientia, vt hibisci, & maluæ succus, decoctum seminis lini, tragi, orizæ, lac copiosum, aqua mulsa, iura pinguia, & boni succi.

Argenti spuma. Signa:

Argenti spuma. Grauitas stomachi, ventris, & intestinorum, cum torsionibus validis: nonnunquam & intestina ponderе.

dere vulnerat & disrumpit: vrinam supprimit: corpus intumescit, color fit plumbeus.

Remedium.

Agrestis hormini semen, cum vino, myrrhę oboli tres: absinthium: hyssopum aut apii semen: aut piper, aut ligustri flos, cum vino, palumbium fimus aridus, cum nardo, & vino.

Plumbum.

Plumbū. Similia præcedenti pericula infert: & similia postulat remedia.

Argentum viuum.

Argētum viuum. Eadem quæ argenti spumæ conferunt, & lac copiose potum.

Vehementia cathartica: Veratrum album, Thapsia, elaterium, Agaricus niger, &c.

Cathartica vehementia. Sistenda purgatio somno, & quiete inductis, & constringentibus, & theriaca sumta, & frictionibus.

Hactenus ad Venena sumta: Sequuntur ad foris illata.

Foris illatum est duplex: vel { Cum vulnere inflictum: vel absque eo.

Ad venenum cum vulnere inflictū. Si cum vulnere fit, supra vulnus pars deliganda, non tamen nimis arcte: Homo adhibeatur, qui venenum ore puto, prius vino abluto, vel oleo ore cōtento, exsugat. Deinde, si pars admittat cucurbitula cum multa flamma affigenda, scarificata & ipsa prius, & partibus vicinis, vel vstio (si necesse sit adhibenda) & si natura lethale vulnus sit, & immedicabile: pars (si extremorum aliqua sit) præcidenda: sed id antequā venenum reliquū corpus peruadat.

Si vulneratus plethoricus fit, sanguis mittatur.

Exhibendum autem cum cibis piper, aut allium, & vinum forte, ac generosum bibendum: & parti imponātur acria, vt cepæ cum polenta, aut pane: vel porra cum sale. Conuenit & acetum calidum superundere, in quo nepeta sit incocta: & gallinacei, &

alia animalcula dissecta applicentur parti affectæ. Præterea bibant feryn, aut ericen, chamæpityn cinnamomum, vrticæ femen, & ante omnia theriacam denique & sudores mouendi, & alui deiectiones.

Atque hæc omnia vulnerum venenatorum communia, Sequuntur propria, atque primum, Ad Canis rabiosi morsum, Signa.

Canis rabiosi morsus signa. Huius signa petenda primum a cane ipso, qui spectandus an rabidus sit. *Signa* Canes rabidi, potum, & cibum, auersantur: siti premuntur, nec tamen bibunt: anhelant nō parum, aures inclinant, salinam, & copiosam, & spumantem edunt, muti prorsus, & veluti insani sunt, vt ne domesticos quidem agnoscant: insiliunt sine latratu hominibus, pariter & bestiis, mordentque: vbi momorderunt, statim nil molestiæ afferunt, præterquam ex vulnere Et vt constet certo num rabidus sit, nucibus iuglandibus cōcisis, vulnus diligenter obstruatur, sequente die ablatæ, gallinis in cibo apponantur: & si ederint (fame adactæ edent) ac sequente die moriantur ab eis rabidus est qui momorderit.

Signa a symptomatis.

Hydrophobia (magna ex parte circa quadragesimum a morsu diem, quibusdam post sex menses, nonnullis sed id perraro, post septimum annum) cum conuulsione totius corporis, rubore (preſertim faciei) sudore, & anenxietate, omnem humorem fugiunt: alii canum more dilatrant, & obuium quemque dentibus petunt, & inficiunt malo.

Remedium.

Naturæ succurrendum, ante hydrophobiæ inuasionem, vbi constiterit rabiosum esse, & antequam rapiatur in corpus venenum, aperientibus inductis, & ex alto reuocantibus: vt emplastro ex pice, acetoque acerrimo, & opopanace, vel theriaca cum aqua vitæ affricetur, vel cæpe, vel allia cum sale, ac ruta in-

ta inducantur, & caustica imponantur, & vlcus ad quadraginta dies apertum teneatur.

Vinum dulce, vetustum, meracum potandum, & lac copiose, & allia porta, cepæ, in cibo sumenda: & antidotus ex cancris fluuiatilibus, thure, & gentiana, sumenda, & theriaca satis larga quantitate, & sępius in die, ad dies quatuor vel quinq; ante omnia Æschrionis pharmacum ad rabidi morsum ex cancris fluuiatilibus. Purgatio item fiat ex helleboro, vel antimonio, præsertim si venenum iam corpus inuaserit, atque tum sudores, dropacismus, synapismus etiam toto tempore.

Medicamentum Æschrionis ex cancris fluuiatilibus ita habet: Capiantur cancri fluuiatiles cum sol in Leonem transierit, luna decimaoctaua, vrantur in patella æris rubri, donec in cinerem redigantur, vt in puluerem leuissimum redigi possint: Sume thuris partem vnam, quinq; gentianæ, cancrorum decem. Huius medicamenti quotidie ad quadraginta dies detur mensura cochlearis magni, cum aqua, atq; si non protinus ab initio, sed post aliquot dies cura suscipitur, quotidie duo cochlearia sumenda sunt.

Vesparum, atq; apium ictus. Signa.

Vesparũ atq; apũ ictus.

Dolor, pars rubet, propinquæ partes tument.

Remedium.

Bubulus fimus, vel lutum illitum, farina hordeacea cum aceto, folia maluæ leuigata.

Phalangiorum morsus. Signa.

Phalangiorũ morsus.

Locus rubescit, & veluti punctus, per ambitum apparet, nec tumet, nec incalescit, sed leuiter rubidus frigore, & pruritu, vexatur. Perfrictio, tremor corporis, grauitas, sudor frigidus, dolor vagus, pallor, continua vrinæ excernendæ incitatio, quibusdam vrinæ difficultas, colis intentio, oculi humeat,

inguina, & poplites intenduntur, rigentque conuulſorio modo.

Valida ſtomachi roſio vrget, lingua ſermonem manifeſte non explicat, vomitus aquæ, vel aranearum telis ſimilium erumpit: quæ aliquibus & per vrinam, & aluum deſcendunt.

Remedium.

Cinis ficulneus cum ſale leui, ex vino maceratus, imponatur, vel ariſtolochiæ puluis, cum farina hordeacea aceto madefactæ: & vlcus aqua ſalſa calida diligenter fouendum, & balneo frequenti vtendum, & propinandum drachmas duas ſeminis abrotoni, aniſi, vel ariſtolochiæ, vel trifolii herbæ ſemen. Et cancri fluuiatilis ſuccum, cum lacte, & apii ſemine.

Ad araneæ ictum. Signa.

Araneæ ictus. Validi dolores circa media præcordia, rubor partis, vrinæ difficultas, nonnunquam ſuffocatio.

Remedium.

Allia ſumenda, & vinum meracum ſuperbibendum.

Scorpionis. Signa.

Ictus Scorpionis. Locus inflammari incipit, duratur, rubet, & cum dolore circumtenditur, nunc feruor, nunc frigus viciſſim inuadit, acceditque dolor, qui modo decreſcit, modo intenditur, ſudor, horroris ſenſus, tremor extremorum, perfrictio, inguina attolluntur, pars intenditur, ſæpe flatus, cum ſonitu per ſedem erumpit, pili rigent, cutis fit diſcolor, dolorque tota cute affligit, ceu acus ſpiculo excitatus.

Remedium.

Lac ficulneum protinus inſtillandum, & ipſe ſcorpius per ſe tritus, vulneri imponendus, & ſulphur viuum reſina terebinthina exceptum. Propinandum autem ariſtolochiæ drachmas duas, præſertim corticis, cum vino, vel gentianam, vel trifolii,

li, aut ocimi semen, balnea, & diaphoretica vini diluti, larga potio.

Ad Scolopendræ morsum *Signa.*

Locus affectus in orbem liuescit & attollitur, interdum fæci similis: rarius ruber apparet, exulceraturq; statim ab ipso morsu, toto corpore pruriginis sensus percipitur: & si a marina impetiti sunt, aquosus, & pellucidus tumor efficitur: a terrestri, rubeus.

Morsus scolopendræ.

Remedium.

Plagæ imponatur sal bene tritus: vel ruta leuigata: aut cinis aceto maceratus, aut scilla. Locus foueatur prius muria cum aceto. Potui detur aristolochia, aut serpillum, aut calaminthæ, cum vino.

Ad stellionis morsum. *Signa.*

Intense dolent: morsum liuidum habent.

Morsus stellionis.

Remedium.

Plaga cepis, & alliis integatur: eademque edantur, & vinum meracum superbibatur,

Ad felis morsum. *Signa.*

Validus dolor, locus affectus liuidus.

Morsus felis.

Remedium

Eadem quæ ad stellionem, conferunt.

Mus araneus. *Signa.*

Dolores pulsatiles: & in singulis dentium eius animalis ictibus, rubores Pustula surgit sanioso humore plena: propinquæ partes omnes liuent, cute pustula dirupta, albũ apparet vlcus, dilaniatis membranis neruosis. Excidunt partes exesæ, depastione orta, his quæ serpunt simili Etiam intestinorum tormina sequuntur, vrinæ difficultas, & frigidi madoris vndique eruptio.

Mus araneus.

Remedium.

Mus ipse dissectus, applicetur: vel galbani spleniũ imponatur, vel sinapi cum aceto leuigatum. Mus, ipse qui momorderit, exacte tritus, ex vino bibatur: aut agni hædiue coagulum vel gentianæ radix.

Vipera. *Vipera Signa.*

Dolor loci, tum totius corporis, in morſu duo foramina paruo inuicem ſpatio diſcreta: atque ex his ſanguis fluit, & humor ſanioſus: deinde oleoſus, poſtremo etiam æruginoſus, tumores iuxta morſum ſubrubri, liuidi, aſſurgentes: corpus decolor, vertigines oculorum, ſtomachi reſolutio, animæ defectus, quibuſdam vomitiones biliosæ, vrinæ anguſtia, puſtulæ in commorſa parte rumpentes, velut in ambuſtis. Tandem depaſtio inuadit ad viciniam procedens, gingiuæ cruentantur, tremor, ſopor, frigidi ſudores. Minus periculum eſt in maris viperæ morſu, quam in feminæ, & minus vbi morſi cibum præſumſerint.

Remedium.

Allii eſus, & vini meraci potio: item porra, cepæ & ſalſamentum quam acerrimum, & theriacæ loco applicentur, gallinacei pulli diſſecti & locus foueatur trifolii decocto, aut pulegii, aut muria, adiecto aceto.

Amphiſbæna & ſcytale. *Ad amphiſbænæ, & ſcytales.*

Eadem ſymptomata, & therapeia.

Ictus dryini. *Ad dryini ictum. Signa.*

Tumor circa locum vitiatum cum rubore, puſtulæ in circuitu aſſurgunt. Aliquando emanat aquoſa ſanies, ſtomachi roſio vexat & torſiones.

Remedium.

Ariſtolochia vino pota, & trifolium herba, & cuiuſcunq; quercus fructus leuigatus, & potatus.

Applicandæ autem ilicis radices tuſæ, quæ malo auxiliantur.

Hæmorrhous. *Ad Hæmorrhoum. Signa.*

Validi cruciatus: quibus corporis raritates breues, atque anguſtæ, redduntur. Multus e plaga ſanguis erumpit: & quanquam cicatrix inducatur, denuo rumpitur: funditq; ſanguinem, cruenta excernuntur

nuntur recrementa: sanguis qui defluit in grumum cõcretus est: tussi sanguinem ex pulmone reiiciunt, & euomunt.

Remedium.

Periculosissimum omnium hoc. Vitis folia cocta, & cum melle leuigata, imponantur, & hæmorrhoi ipsius caput crematum potui dandum: atq. nisi mature occurratur, & priusquam symptomata vehementia eruperint, desperata salus est.

Ad dipsadem. Signa.

Dipsas. Ardor intolerabilis vrget, sitis tanta, vt nec exstingui, nec intermitti possit: cõsimilisq. totius corporis habitus consequitur, velut in hydropicis, propter assiduam potus ingestionem.

Remedium.

Eadem quæ ad hæmorrhoum, præter ipsius caput: proprie, portulacæ folia trita ex aceto imponẽda: item allium album, porrum, ruta, vrtica.

Ad natricem. Signa. *Natrix.*

Vlcus factum dilatatur, & liuescẽs augetur: sanies ex eo nigra, copiosa, & fœdi odoris, qualis ex depascente vlcere cernitur.

Remedium.

Applicetur origanum tritum, & aqua subactum; & lixiuia cum oleo indenda: & querna radix minutim contrita. Bibantur autem binę aristolochiæ drachmæ in potione poscæ cyathis duobus: & fauus recens cum aceto.

Ad cenchrum. Signa.

Cenchrus. Morsus viperæ similis est, putredo comitatur, & carnes intumefactæ prius, (vt in aqua inter cutem) defluant: lethargo, veternoq. premuntur.

Remedium.

Lactucæ, & lini semen, pariter mista, applicentur: & satureia trita. Potui dentur cẽtaurii radicis drach. duæ, cum ternis vini cyathis, vel aristolochiæ radix similiter.

Cerastn. *Ad Cerasti morsum. Signa.*

Locus ex duritie,& pustulis, intumescit: emanat ex vulnere sanies,modo nigra, modo suppallida & porraceo colore. Totum corpus varicum modo attollitur: genitale erigitur, mens alienatur,oculi obscurescunt,postremo tetanus.

Remedium.

Membri mutilatio quam mox à morsu: & in his, & propinquis partibus,omnē carnem circum secare statim,& radicitus,vsq ad os exscindere oportet.& reliquiæ ferro candenti adurendæ.

Aspis. *Ad aspidem. Signa.*

Acus puncturæ similis exsistit & omnino exiguus sine tumore apparet: sanguis exiguus & niger destillat: subita oculorū hebetudo inuadit, & dolor corporis multiplex admodum, sed mitis nec sine quadam voluptate: mutatur color,& virescit: stomachi rosio exigua infestat: frons continue reuellitur: palpebræ sine sensu veluti in somno commouentur.

Remedium.

Eadem quæ cerasti debetur ac celerrime maturandum.

Nam etiam intra septem vel octo horas mors aduentabit.

Basiliscus. *Ad Basiliscum. Signa.*

Plaga subaureo colore tingitur.

Remedium.

Castorii drachmæ tres potandæ similiter & papaueris liquor.

Pastinaca marina. *Ad Pastinacam marinam. Signa.*

Dolor pertinax & totius corporis stupor.

Remedium.

Hepar dissecandum & vulneri imponendum & vstus piscis & in pollinem redactus.

Murena. *Ad murenam. Signa.*

Eadem infert quę viperę morsus,& eandem therapeiam postulat.

Ad

Ad marinum draconem. Signa.

Draco marinus.

Ictis pars vulnerata grauiter dolet cum inflāmatione febre animi deliquium gangræna, & necrosis nisi tempestiue succurratur.

Remedium.

Imponenda cepa sub prunis cocta cum fermento & pauca theriaca,& pars incidēda scarificata,& theriaca cum aqua vitæ mista affricanda : porro piscis ipse dissectus vulneri medela est applicatus.

Ad Scorpionem marinum.

Scorpio marinus.

Sanatur ictus multo pisce dissecto & imposito,& sulphure viuo cum aceto infricato.

Ad crocodili morsum.

Morsus crocodili.

Adeps ipsorum impositus prius vlcere repurgato nitro cum melle trito.

Ad hominis ieiuni morsum prius leguminibus ex his præsertim lenticula vsum.

Remedium.

Morsus hominis

Vbi primum oleo morsum illeueris fœniculi radice cum melle obducito aut lomentum cum posca,& oxyrodino frequenter immutando.

Hactenus vulnere illata venena:sequitur quæ absq; vulnere inficit contagione tantum.

Lues Venerea. Signa.

Luis venereæ signa.

Huius pro corporis partiumq. natura infinita excitantur symptomata. Cuicunq. particulæ lues primum insederit, illic inhærescens pustulam excitat, interdum vlcusculum.Deinde intro venæ cauæ sanguinem arterięq. maioris spiritum labefactat,tumque bubo prorumpit in inguine, inde vasis spermaticis infectis ac renibus gonorrhœa virulenta.Cum in iecur,& ventriculum irrepserit malum,leuis alui fluor atq.vna cū iecore sanguis polluitur, prosiliunt liuidæ rubentesq pustulæ,vlcuscula crustosa & herpetes,nonnullis vlcera caua atque maligna , biliosis phagedęnica,melancholicis cancrosa,pituitosis sor-

d da tumoreq. mucoso fœtidoq; manantia, sanguineis crebriora & carbunculi effigies. Omnia labris perduris tumentibus inuersis, quæ tandē carne excesa ossa depascūt primum tenella nasus, tum solidiora, quæ tempore cariosa atq. putrida excidunt. Cum malum in cerebrum obrepserit omnia redundant pituitosis excrementis, quæ capite interclusa magnum dolorem & acerbum commouent. Sin in articulos & ossium membranas ruat, his immanes dolores excitantur motu præsertim affl gentes & in tophos & duros humores concrescunt doloris haud expertes. In ossium substantia: hæc ipsa diffundūtur in tumorem, & tandem putrefaciunt: & huius vapore maligno in cutim dilato, pilorum defluuium parit. Atque his omnibus malis, in vrinis nullum signum malum. Interdum male curata recidiua fit post 30 annum: & raro persimilis est radici: neq; eadē habet symptomata: sed fere distillatione, arthritide, artuum dolore, tophis, vel ossium carie, molesta: neq. adeo contagiosa est, exitiosissima quæ aut à visceribus, aut à partibus obscœnis ortum ducit.

Remedium.

Remediū. Therapeia luis venereæ duplex est: Guaiaci potione: vel illitu ex hydrargyro. Ceteræ inanes sunt, vel haud tanti momenti.

Ex Guaiaci potione.

Lignum Guaiaci recens, nigrum, & resinosum, lima in puluerem redigatur: huius pulueris selibra in aquæ fontanæ tepidæ aut fluuiatilis libris sex diem vnum maceretur: deinde lento admodum igni (vase fictili vitrato, cooperculato) dū libræ duæ supersunt: etiam (morbo inueterato) dum quarta tātum pars supersit. Decoctum perfrigerari sinatur dū desideat: deinde percoletur: & in vitreum vas indatur: post vas diligenter obstruendum. Atq. hoc primum decoctum, valde medicamentosum est.

Aliud

Aliud dilutius.

Sumatur noui pulueris Guaiaci selibra, decoquatur in libris decem (vbi prius horas 15 maceratus fuerit) dum libræ 7. supersint.

Poterunt vtriq. decocto (vt iucundiora sint) passulæ, & glycyrrhiza incoqui.

Ergo hyeme in conclaui igni continuo calefacto & bene ventis & aeri obstructo ægrotus contineatur. Atque aluus primum ducatur ex medicamento phlegmagogo, postridie purgationis si corpus plethoricum sit, aperiatur vena basilica aut mediana. Deinde die tertio propinandum bis die ex valentiore decocto cyathus vel vnc 6 tepẽs, hausto guaiaco, horis aliquot, interquiescendum lecto: & corpus stragulis operiendum ad sudorem. Sudandum autem quamdiu vires ferant: atq. tum corpus siccandum: & è lecto surgendum, vbi corpus refrixerit, est cibus offerẽdus. post quartam à sumto medicamento horam, ad nonam: vesperi, ad septimã. Alimenta esto tenuis succi boni, ex assis, potius quam elixis, videlicet ex pullis columbinis, & gallinaceis, &c. Panis vero esto vnc. 4. delicatioribus, validioribus, vncia 6 in diem. bellaria sint passulæ, modicum panis nautici biscocti, aut ad ignẽ exsiccati, aut intermedia panis crustula. Potus esto decoctum dilutius. Vinum & venus, vt infensissima vitentur, nisi vires valde infirmæ sint, at tum præmisso cyatho decocti, esto illud vinum valde oligophorum. Inter pastus, tempus hilariter transigendum: & omnia negotia tota therapeiæ historia intermittenda. Sin vero vsu guaiaci sudores haud succedant, vtres aqua calente pleni, vel lapides candentes vino exstincti, &c. sunt plantis & genibus admouendi tenuibus telis inuoluti, & totum caput calefaciendum, & diligenter integendum.

Sudore pro patientis viribus effuso, linteis calidis

& corpus tergendum exſiccandumq. & leuibus frictionibus quod in partibus extremis hæſerit diſſipandum.

Sed inprimis caput eſt exercendum calidis pannis & diligenter perfricandum.

Interea toto curationis tempore ſeruetur aluus tenerrima ex carnium iuſculo, vel decocto matutino incocta vel caſſiæ fiſtulæ medulla ſemiũciæ pondere, alternis diebus paſtus initio.

Circa diem ſextum ab inita cura oriri ſolent grauia ſymptomata ex materia mota ac fuſa. In ergo his obortis, vel imminentibus medicamẽto pro virium ratione ſatis valido pituitam vacuãte purgandum eo die validiori decocto & ſudore intermiſſo atque deinceps poſt 6. vel 7. dies vtile erit ſimile catharticum ſumere. Hæc ratio tenenda in grauiter affectis diutius ad diem quadrageſimum aut quinquageſimum: recens inquinatis & leuiter affectis ad diem, 15. vel 20. Atq; ſedatis omnibus ſymptomatis & doloribus perutile erit laconicum adire ſumto prius guaiaci decocto in ipſo laconici ingreſſu, atq. pro ægroti viribus ſudores dies aliquot mouere, & poſtea 6. vel 7. diebus iterum purgare. Tum validum decoctum prætermittere aquoſo tantum in paſtu bibito atq. demum ſenſim atq. lente conſueta diæta ſuſcipienda.

Sin æſtate cura ſuſcipitur domo ægrotus haud continendus, quin deterſis ſudoribus matutinis, ſumtoq. cibo dum ad veſpertinos ſudores ventum ſit quotidianis muniis vacare permittendum.

Hactenus ex Guaiaci decocto Luis curatio; ſequitur ex hydrargyri illitu.

℞ Argenti viui expurgati & præparati vnc. 6. ſulphuris viui vnc. ß ſublimati drach. ß axũgiæ porci cũ herbis cephalicis incoctæ & ſalis expertes lib vnam: vitellus

vitellos ouorum sub cineribus coctorum numero tres: olei terebinthini & laurini, an. vnc. 2. theriacæ veteris & mithridatiæ, an. vnc. ß. fiat linimentum.

Ægro in angusto conclaui igni calefacto mane ieiuno (nisi vires infirmæ sint: tum namq; hora ante litum iusculū sumi poterit vel olei vitellus, &c.) oblinantur initio articuli tantum manuum, cubitorum, pedum, genuum; & humerorum, atq deinceps (robusto ægroto) & mali magnitudine postulante, poterunt emunctoria oblini, totaque spina dorsi: vitatis semper visceribus, & partibus nobilibus. Frictiones esto molles, & à partibus ductæ quæ minus dolent. Quibus corpora densa sunt, hi oblinendi bis die, mane, & vesperi, sex à prandio horis. Delicatiora corpora & imbecilla, alternis tantum sunt perfricanda vel duobus diebus interpositis. Deniq. ita viribus consulendum, vt nil remaneat morbi: atque frictio tamdiu, atque toties vsurpanda, dum malum exstinctum, sitquod ex symptomatis cessantibus constabit.

FINIS.

MARSILII FICINI, MEDICI FLORENTINI, ATQVE PHILOSOPHI PLATONICI celeberrimi,

LIBRI III. DE VITA.

I. De ſtudioſorum ſanitate tuenda.
II. De Vita eorum producenda.
III. De Vita valida & longa cœlitus comparanda.

Omnibus literatis tam vtiles quam neceſſarij.



FRANCOFVRTI
Ex Officina Paltheniana, ſumtibus hered. Petri Fiſcheri & Ionæ Rhodii.

M. D. XCVIII.

MARSILII FICINI FLORENTINI, MEDICI ATQVE PHILOSOPHI, IN librum de Vita, ad magnanimum Laurentium Medicen, patriæ seruatorem, Epistola dedicatoria.

B*Acchum Poetæ summum antistitem sacerdotem bis natum canunt. Forte significantes, vel futurum sacerdotem statim initiatum, oportere renasci, vel perfecti tandem sacerdotis mentem Deo penitus ebriam, iam videri renatam. Aut forsam humiliore sensu, vinum Bacchi germen generari semel in vite, quasi Semele, maturis sub Phœbo racemis, regenerari rursum post ipsam vindemiæ fulmen in suo vase vinum, velut in Iouis fœmore merum. Sed de sacris in præsentia mysteriis non est loquendum, ubi mox physica potius ope languentibus opitulaturi sumus. Nec agendum stylo grauitatis seruo, sed libero potius & iocoso, postquam a Libero patre nescio quomodo statim exorsi sumus. Et recte, inquam, nescio quomodo: nam forte prudentior aliquis a Phœbo, Medicorum primo, potius quam a Baccho medicinam auspicatus esset. Quid vero? Si quod non vanum omen sit, in ore nunc forte quadam proferente Bacchum.*

Hic enim almo quodam vino securitateq; lætissima salubrius forte medetur, quam herbis ille suis, carminibusq; Phœbus. Quocunq; vero sensu vel illa, vel hæc acceperis, dux ille sacerdotum Bacchus, geminas quasi matres habuisse fertur. Melchisedech autem summus ille sacerdos, vnam vix matrem, vnum vix patrem habuit. Ego sacerdos minimus, patres habui duos, Ficinum Medicum, Cosmum Medicem. Ex illo natus sum, ex isto renatus. Ille quidem me Galeno, tum Medico, tum Platonico commendauit: hic autem diuino consecrauit me Platoni. Et hic similiter atq; ille Marsilium Medico destinauit. Galenus quidem corporum, Plato vero medicus animorum. Iam diu igitur sub Platone salutarem animorum exercui medicinam, quando post librorum omnium eius interpretationem, mox decem atque octo de animorum immortalitate libros, & æterna felicitate composui, ita pro viribus patri meo Medici satisfaciens. Medico vero patri satis deinceps faciendum putaui, librum de Literatorum valetudine curanda composui. Desiderabant præterea posthac homines literati non tantum bene quandoque valere, sed etiam bene valentes, diu viuere. His ergo deinde librum de Vita longa dedi. Diffidebant autem medicinis atque remediis in re tanta terrenis. Adiunxi librum de Vita tum valida, tum longa cœlitus comparanda, vt ex ipso mundi corpore viuo, vita quadam vegetior in corpus nostrum, quasi quoddam mundi membrum, velut ex vite propagaretur. His vero tu medicinæ libris ignosce precor indulgentissime Laurenti, si dum Medicus esse volo, nescio quomodo etiam nolens sum etsi non bonus sæpe Poeta. Nam & Phœbus idem est medicinæ repertor, poesisq; magister, vitamque ille suam nobis non tam per herbas, quam per citharam cantumque largitur. Ipsa quinetiam Venus apud Astrologos Musicum æque parit, & Medicum. Sed hactenus dum literatorum ciuiumque similium vitæ curiosius consulo, librorum meorum salutem negligo, quandiu inter se patior esse seiunctos. Quamobrem in eos nunc primum pius, in corpus vnum copulo. Cuius artubus in vnam formam iam compactis, vita

protinus

protinus adsit. Non potest autem hoc opus physicum, id quasi corpus meum vitam accipere, nisi meam. Eiusmodi vero vita ex mea duntaxat pendet anima. Hæc autem iam diu penes te, magnanime Laurenti, mi patrone, viuit, in ea præsertim amplissimarum ædium tuarum parte, vbi vna cum Platone nostrum illud de animorum immortalitate seruatur opus, tuo iampridem nomini dedicatum. At animus iste meus, etsi in beata quadam quasi patria penes te vitam agit, veruntamen quod & Theologi volunt, inquietus est interea, donec opus id physicum tanquam suum corpus accipiat. Accipe igitur, optime Laurenti, post illos de Anima, hos etiam de Corpore libros, eodemq; afflatu, quo & illis dudum, feliciter his aspira. Ita enim & corpus hoc sub tuo spiritu, per suam viuet animam, & anima vicissim nostra, cum iam suo corpore in tuis laribus conquiescet.

INDEX CAPITVM IN MARSILII FICINI MEDICI FLORENTINI atque philosophi celeberrimi,

Librum de studiosorum sanitate tuenda.

Cap. 19.

INDEX
IN LIBRVM SECVNDVM, DE VITA PRODVcenda.

INDEX
IN LIBRRVM TERTIVM, DE VITA COELITUS comparanda.

Cap. 2.

MAR-

MARSILII FICINI APOLOGIA, IN QVA DE MEDICINA, ASTROLOGIA, Vita mundi, Item de Magis, qui Christum statim natum salutauerunt agitur.

MArsilius Ficinus Florentinus, di-
lectissimis suis in veritatis studio
fratribus, trib. Petris, Nero, Guic-
ciardino, Soderino, ter quaterq;
salutē. Rectius modo Tripetro,
quam tribus Petris fortasse dixis-
sem. Sicut enim vbi palma est v-
na, non faciunt plures in ea digiti manus ibi plures,
sic vestra amici corpora tria nihil prohibere viden-
tur, quo minus efficiat Petrum vna voluntas. Faber
ille cœlestis patriæ Christus tam ingentem procrea-
uit petram, vt immenso huic ædificio Ecclesiæ suæ
vna hæc petra fundando sufficeret. Ego quoq; tam
grandes nactus sum diuina quadam sorte petras, vt
tres nunc meo vel arduo satis ædificio faciant. Nunc
vobis amici, nunc, si nescitis arx illa Palladis necessa-
ria fore videtur, qua ꝓcul a nobis sæuū impiorū gi-
gantū impetū arceamus. Quamobrem vestra primū
arce tribus constructa petris, trium librorū meorū
vitā, vitæ publicæ succurrentiū munire decreui. Sci-
tis (vt arbitror) me de Vita librū cōposuisse, in libel-
los treis diuisum. Quorū primus de Vita sana, secun-
dus de Vita longa, tertius de Vita cœlitus inscribe-
tur. Igitur esca tituli tam suauis, quā plurimos alli-
ciet ad gustandū. Sed in numero tāto ignorātes ple-
riq; futuri sunt (vt arbitror) maligni quoq; nō pau
ci. Alius ergo dicet. Nōne Marsilius est sacerdos? Est

profecto. Quid igitur sacerdotibus cum medicina? Quid rursum cum Astrologia cõmercii? Alius item: Quid Christiano cum magia, vel imaginibus? Alius autem, & quidem indignus vita, vitam inuidebit cœlo. Cuncti deniq; sic affecti, beneficio in eos nostro ingrati nimis erunt, atque aduersus caritatem nostrã, qua vitæ prosperitatiq; publicæ pro ingenii facultate consulimus, non pudebit esse crudeles. Communis igitur erit nobis iste labor, sed vt quodammodo leuior sit: tres enim estis aduersum tres hostes, distributum subite certamen. Nec inuectiua (noui enim ingenium vestrum) cõfutabitis inuectiuam, sed alieni fellis amaritudinẽ (quę vestra suauitas est mirifica) vestri mellis dulcedine superabitis. Principio, candidissime Nere, respondeto primis, antiquissimos quondam sacerdotes fuisse medicos, pariter & Astronomos. Quod sane Chaldæorũ, Persarum, Ægyptiorum testificantur historiæ. Ad nullum præterea magis, quam ad pium sacerdotẽ pertinere singularis caritatis officia, quæ quidem in maximo omnium beneficio, quam maxime lucent. Officium vere præstantissimum est proculdubio, quod & maxime necessarium, & in primis ab hominibus exoptatum, efficere videlicet, vt hominibus sit mens sana in corpore sano. Id autem ita demum præstare possumus, si coniungimus sacerdotio medicinam. At quoniam medicina sine fauore cœlesti (quod & Hippocrates Galenusque confitentur, & nos experti sumus) sæpius est inanis, sæpius etiam noxia, nimirum ad eandem sacerdotis caritatem Astronomia pertinet, ad quã attinere diximus medicinam. Eiusmodi (vt arbitror) Medicum honorari sacræ literæ iubent, quoniam propter necessitatem hunc Altissimus procreauerit. Et Christus ipse vitæ largitor, qui discipulis mandauit, languentes toto orbe curare, sacerdotibus quoque præcipiet, si

minus

minus verbis, vt illi quondã mederi possint, saltem herbis & lapidibus medeantur. Quæ si minus ipsa sufficiant, opportuno quodam afflatu cœli conflare hæc, & ægrotis admouere iubebit. Nam & ipse eodẽ afflatu cœli animalia passim ad suam quæq; concitat medicinam, vsque adeo vitæ omnium abundantissime prouidet. Sic instinctu cœlesti diuinitus instigante, serpentes quidem marathro, hirundines autem chelidonia oculis medicantur, aquilæ vexatæ partu, aetitem lapidem diuinitus inuenerũt, quo feliciter oua statim eniterentur. Itaque Deus ipse, qui per cœlum animalia quæuis ad medicinas instigat, sacerdotes certe permittit, non mercede, inquã, sed charitate medicinis cœlitus confirmatis, morbos expellere. His vero tu deinceps plura etiam si expedierit ingenii tui aculeis addes. Surge post hæc & tu Guicciardine vehemens, atq; curiosis ingeniis respondeto, magiam vel imagines non probari quidem a Marsilio, sed narrari, Plotinum ipsum interpretante. Quod & scripta plane declarant, si æqua mente legantur. Neq; de magia hac prophana, quæ cultu dæmonum nititur, verbum quidem vllum asseuerari, sed de magia naturali, quæ rebus naturalibus ad prosperam corporum valetudinẽ cœlestium beneficia captat, effici mentionem. Quæ sane facultas tam concedenda videtur ingeniis legitime vtentibus, quam medicina & agricultura iure conceditur, tantoq; etiam magis, quanto perfectior est industria, terrenis cœlestia copulans. Ex hac officina Magi omnium primi, Christum statim natum adorauerunt. Quid igitur expauescis Magi nomen formidulose? nomen Euangelio gratiosum, quod non maleficum & veneficum, sed sapientem sonat, & sacerdotem. Quidnam profitetur Magus ille venerator Christi primus? Si cupis audire, quasi quidam agricola est, certe quidam mundicola est. Nec pro-

pterea mundum hic adorat, quemadmodum nec agricola terram. Sed sicut agricula humani victus gratia ad aerem temperat agrum, sic ille sapiens, ille sacerdos gratia salutis humanę inferiora mundi ad superiora contemperat, atque sicut oua gallinæ, sic opportune terrena subiicit fouenda cœlo. Quod efficit semper ipse Deus, & faciendo docet, suadetque facere, vt a superis infima generentur, & moueantur, atque regantur. Denique duo sunt magiæ genera. Vnum quidem eorum, qui certo quodam cultu dæmonas sibi conciliant, quorum opera freti fabricant sæpe portenta. Hoc autem penitus explosum est, quando princeps huius mundi eiectus est foras. Alterum vero eorum, qui naturales materias opportune caussis subiiciunt naturalibus, mira quadam ratione formandas. Huius quoque artificii species duæ sunt. Altera quidem curiosa, altera necessaria. Illa sane ad ostentationem superuacua fingit prodigia, seu quando Persarum Magi ex salbia sub fimo putrefacta, dum Sol & Luna secundam Leonis faciem occuparent, eundemque gradum ibi tenerent, generabant auem meruiæ similem, serpentina cauda, eamq; redactam in cinerem infundebant lampadi, vnde domus statim plena serpentibus videbatur. Hoc autem tanquam vanum & saluti noxium procul effugiendum. Tenenda tamen species necessaria, cum Astrologia copulans Medicinam. Si quis autem pertinax vlterius instet, morem huic ita gerito Guicciardine, vt ne legat hæc noxia, nec intelligat, nec meminerit, nec vtatur homo, si homo est tāto beneficio prorsus indignus. Multa sunt præterea, quæ tu aduersus ingratā ignorantiam in medium afferre tuo ingenio poteris. Quidnam agis & tu strenue Soderine noster? Tolerabisne superstitiosos cæcosque nescio, qui vitam in animalibus vel abiectissimis, herbisq; vilissimis

manife-

manifeſtam vident in cœlo, in mundo non vident? Iam vero ſi homunciones iſti vitam minimis concedunt mundi particulis, quę tandem dementia eſt, quæ inuidia, nec noſſe, nec velle totum viuere, in quo viuimus, & mouemur, & ſumus? Quod quidem canit Aratus, Iouem manifeſte ſignificans cõmunem corporis mundani vitam. Peropportune nunc in hæc Arati verba neſcio quomodo videor incidiſſe Memini Lucam Euangeliſtam, memini Paulum Apoſtolum his verbis libenter vti, in quibus mundi vitam ſapientes illi non horrent. At vero ſuperſtitioſus quidam his obiicet, non facile conuinci ex verbis eiuſmodi Paulum aſſentiri, mundũ habere animam, ſed tantum ſubeſſe Deo, ac nos in hoc ipſo Deo viuere. Eſto igitur, ne nominemus in mundo, quando non placet animam. Nomen anima ſit prophanum. Licebitne ſaltem vitam qualemcunque dicere? quam Deus ipſe mundi faber huic operi ſuo tam feliciter abſoluto clementer inſpiret, quandoquidem erga viliſſima quæque viuentia non eſt auarus, & quotidie per cœlum quam plurimis, quæ ſunt in eo largiſſime, præſtat vitam. Dic, amabo, nonne vides boues & aſinos, o bos, o aſine, qui tactu quodam ex ſe viuentia generant eſſe viuos? Si ergo hæc præterea ex ſe viua quædã aſpectu etiam generarent, annon multo magis hæc viuere iudicares? ſi quod modo ipſe iudicium, ſi quã vitam habet. Cœlum terræ maritus non tangit (vt communis eſt opinio) terra cum vxore non coit, ſed ſolis ſiderum ſuorum, quaſi oculorum radiis vndiq; luſtrat vxorem, luſtrando fœcundat, procreatq; viuentia. Num ergo vitã vel intuendo largiens; ipſum in ſe propriam nullam habet vitam? Et quod dedit aui Struthio vitam aſpectumq; viuificum, longe eſt hoc ipſo deterius. His tandem adductis in medium, niſi perſuaſeris, ſuperſtitioſum iſtum mitto ſemi-

uiuum, imo vero non viuum. Proinde vt pluribus caussam nostram patronis agamus, addito Petre mi Nere Amphionem illum nostrum Laudinum Christophorum oratorem & poetam. Ille noster Amphion suauitate mira celeriter lapidea hostium nostrorum corda demolliet. Tu vero Guicciardine carissime compater, ito nunc, ito alacer, Politianũ Herculem accersito. Hercules quondam vbi periculosius certandum foret, vocitabant Iolaum, tu nunc similiter Herculem nosti profecto, quod barbara monstra Latium iam deuastantia Politianus Hercules inuaserit, lacerarit, interemerit, quam acriter expugnet passim, quam tuto propugnet. Hic ergo vel centum hydræ capita nostris liberis minitantia, statim contundet claua, flammisq; comburet. Eia mi dulcissime Soderine, surge, age, Picum salutato Phœbum. Hunc ergo sæpe Phœbum appello meum, ille me Dionysium vicissim, atque Liberum. Fratres ergo sumus. Nuncia Phœbo meo venenosum contra nos Pythonem, ex palude iam iam emergentem. Tendat arcum obsecro, precor. Confestim spicula iaculetur. Intendet ille protinus, scio quid loquar, venenumque totum semel vna nece necabit. Valete iam feliciter, amantissimi fratres mei, non valetudine tantum felici, sed ipsa etiam felicitate digni, liberorumq. meorum in lucem iam producentium valetudinem felicitatemque curate. Decimoquinto Septemb. 1489. in agro Caregio.

MARSI-

MARSILII FICINI FLORENTINI MEDICI ATQVE PHILOSOPHI CELEBERRIMI, de Studiosorum sanitate tuenda, siue eorum qui literis operam nauant, bona valetudine conseruanda.

LIBER I.

De nouem Studiosorum ducibus. CAP. I.

QVicunque iter illud asperum, arduumque, & longum ingrediũtur, quod quidem vix tandem ad excelsum nouem Musarum templum assiduo labore perducit, nouem omnino itineris huius ducibus indigere videntur. Quorum primi quidem tres in cœlo, tres sequentes in animo, postremi tres in terra, nos ducunt. Principio, in cœlo Mercurius, vt inuestigãdo Musarum iter aggrediamur, vel impellit, vel adhortatur: siquidem Mercurio tributum est inuestigationis omnis officium. Deinde Phœbus ipse, & quærentes animos, & res quæsitas splendore vberrimo sic illustrat, vt perspicue quod quærebatur, à nobis inueniatur. Accedit gratiosissima Venus, Gratiarum mater, atq; almis omnino lætisq.

Nouem studiosorum duces.

Mercurius.

Phœbus.

Venus.

radiis suis rem omnẽ adeo condit, & ornat, vt quicquid & instigante Mercurio quæsitum fuit & monstrante Phœbo iam erat inuẽtum, mirifica quadam & salutari venustate Veneris circumfusum, delectet semper, & prosit. Sequuntur tres itineris huius duces in animo, videlicet voluntas ardens & stabilis, acumen ingenii, memoria tenax. Tres in terra postremi sunt. prudentissimus paterfamilias, probatissimus præceptor, medicus peritissimus. Absque his nouem ducibus nemo ad ipsum nouem Musarum templũ peruenire vel potuit, vel poterit vnquam. Ceteros quidem duces ab initio nobis præcipue Deus omnipotens naturaque tribuerunt, tres vero postremos nostra adhibet diligentia. Sed præcepta officiaque, quæ ad patremfamilias, & quæ ad præceptorem circa literarum studia pertinent, antiqui plures, sapientesque tractauerunt, præcipue Plato noster, & sæpe alias, & in libris de Republica, ac de Legibus diligentissime. Deinde Aristoteles in Politicis, Plutarchus quoque & Quintilianus egregie. Solus autem literarũ studiosis hactenus deest medicus aliquis qui manum euntibus porrigat, salutaribusque consiliis atq; medicinis adiuuet eos, quos neque cœlum, neque animus, neque paterfamilias præceptorve destituit. Ego igitur sortem eorum laboriosissimam misertus, qui difficile Mineruæ minuentis nerues, iter agunt, primus tanquam medicus debilibus & valetudinariis adsum, sed vtinam facultate tam integra, quam propitia voluntate. Surgite iam adolescentes, Deo duce alacres Surgite iuuenes atq; viri, quos ardentius Mineruæ studium nimium eneruat. Accedite libenter ad medicum, qui vobis ad instituti vestri perfectionem, monstrante Deo, atque fauente, consilia remediaque salutaria largitur.

Tres in animo. *Tres in terra.* *Paterfamilias.* *Præceptor* *Medicus.*

Quam

Quam diligens habenda cura sit cerebri, cordis, stomachi & spiritus CAP. II.

Principio quãtam cursores crurium, athletæ brachiorum, Musici vocis curam habere solent, tantam saltem literarum studiosos cerebri & cordis, iecinorisq & stomachi oportet habere rationem, imo vero tanto maiorem, quanto & membra hæc præstantiora, quam illa sunt, & ii frequẽtius atq. ad potiora his membris, quam illi illis vtuntur. Præterea solers quilibet artifex instrumẽta sua diligentissime curat. penicillos pictor, malleos incudesq. faber ærarius, miles equos & arma, venator canes & aues, citharã citharœdus, & sua quisq. similiter. Soli vero Musarum sacerdotes, soli summi boni veritatisq. venatores, tam negligentes (proh nefas) tamq. infortunati sunt, vt instrumentum illud, quo mundum vniuersum metiri quodãmodo, & capere possunt, negligere penitus videntur. Instrumentũ eiusmodi spiritus ipse est, qui apud medicos vapor quidã sanguinis, purus, subtilis, calidus, & lucidus definitur. Atque ab ipso cordis calore, ex subtiliori sanguine procreatus volat ad cerebrum, ibiq animus ipso ad sensus tam interiores, q̃ exteriores exercendos assidue vtitur. Quamobrẽ sanguis spiritui seruit, spiritus sensibus, sensus deniq. rationi. Sanguis aũt à virtute naturali, quæ in iecinore stomachoq. viget, efficitur. Tenuissima sanguinis pars fluit in cordis fontem, vbi vitalis viget virtus. Inde creati spiritus cerebri, & (*vt ita dixerim*) Palladis arces ascendunt. In quibus animalis, i. sentiẽdi mouendiq. vis dominatur. Itaq. talis plurimũ ferme cõtemplatio est, qualis sensus ipsius obsequiũ. Talis autem sensus, qualis & spiritus: spiritus vero talis, qualis & sanguis, & tres illæ vires, quas diximus, naturalis scilicet, vitalis, & animalis, tales, vt sunt, à quibus, per quas, in quibus spiritus ipsi concipiuntur, nascuntur, atq. fouentur.

Simile à cursoribus & athletis.

Spiritus.

Literatos pituita & atra bili obnoxios esse.

CAP. III.

NOn solum vero membra illa, viresq; & spiritus, homines literarum cupidi curare diligentissime debent, verum etiam pituitam semper, & atram bilem, non aliter quam nauigantes Scyllam, atque Charybdim, cautissime euitare iubentur. Quantum enim reliquo corpore otiosi sunt, tantum cerebro ac mente negotiosi. Inde pituitã, quod Græci phlegma, hinc atram bilem, quam iidem melancholiam vocant, gignere compelluntur. Illa quidem ingenium sæpe obtundit & suffocat, hæc vero si nimium abundauerit, flagraueritve, assidua cura crebrisque deliramentis vexat, animum iudiciumq. perturbat, vt non immerito dici possit, literatos fore præcipue sanos, nisi pituita molesta esset, & lętissimos sapientissimosq. omnium, nisi bilis atræ vitio, vel mœrore sæpe, vel interdum desipere cogerentur.

Pituitæ & atræ bilis incommoda.

Quot sint caussæ, quibus literati melancholici sint, vel fiant. CAP. IIII.

VT autem literati sint melancholici, tres potissimum caussarum species faciunt. Prima cœlestis, secunda naturalis, tertia est humana. Cœlestis, quoniam Mercurius, qui vt doctrinas inuestigemus inuitat, & Saturnus, qui efficit, vt in doctrinis inuestigandis perseueremus, inuentasq; seruemus, frigidi quodammodo sicciq; ab Astronomis esse dicuntur, vel si forte Mercurius non sit frigidus, fit tamen sępe Solis propinquitate siccissimus, qualis est natura apud medicos melancholica, eandemque naturam Mercurius ipse, & Saturnus literarum studiosis, eorum sectatoribus impertiunt ab initio, ac seruant, augentque quotidie. Naturalis autem caussa esse videtur, quod ad scientias præsertim difficiles consequendas, necesse est animum ab externis ad interna,

Tres caussæ quare literati sint melãcholici.

Cœlestis.

Naturalis.

terna, tanquam à circumferentia quadam ad centrum sese recipere, atque dum speculatur in ipso (vt ita dixerim) hominis centro stabilissime permanere. Ad centrum vero à circumferentia se colligere, figiq; in centro, maxime terræ ipsius est proprium, cui quidem atra bilis persimilis est. Igitur atra bilis animum, vt se & colligat in vnum, & sistat in vno, contempleturq; assidue prouocat. Atq; ipsa mundi centro similis, ad centrum rerum singularum cogit inuestigandum, euehitque ad altissima quæq; comprehendēda, quandoquidē cum Saturno maxime congruit altissimo planetarū. Contemplatio quoq; ipsa vicissim assidua quadam collectione, & quasi compressione, naturam atræ bili persimilem contrahit. Humana vero ea ex nobis caussa est. Quoniā frequens agitatio mentis cerebrum vehementer exsiccat, igitur humore magna ex parte consumto (quod caloris naturalis pabulum est) calor quoque plurimum solet exstingui, vnde natura cerebri sicca frigidaq; euadit, quæ quidē terrestris & melancholica qualitas nominatur. Præter ea ob frequentissimum inquisitionis motū, spiritus quoq; moti continue resoluūtur. Resolutos autem spiritus, ex subtiliore sanguine instaurari necessariū est. Quapropter subtilibus clarioribusq; sanguinis partibus sæpe consumtis, reliquus sanguis necessario densus redditur, & siccus, & ater. Accedit ad hæc, quod natura in contemplatione cerebro prorsus cordique intenta, stomachum heparque destituit. Quare alimentis præsertim, vel vberioribus, vel durioribus male concoctis, sanguis inde frigidus, crassusque, & niger efficitur. Demum nimio membrorum otio, neq; superflua excernuntur, neq. glutinosi tenaces, fuscique vapores exhalant. Hæc omnia melancholicum spiritum, mœstumq; & pauidum animum efficere solent. Siquidē interiores tenebræ multo ma-

Humana.

Melancholici spiritus caussa.

gis quam exteriores, mœrore occupant animũ atq; terent. Maxime vero literatorum omnium, hi atra bile premuntur, qui ſedulo philoſophiæ ſtudio dediti, mentem à corpore rebuſq. corporeis leuocant, incorporeiſq. coniungũt, tum quia difficilius admodum opus maiori quoq. indiget mẽtis intentione, tum quia quatenus mentẽ incorporeę veritati coniungunt, eatenus à corpore diſiungere compelluntur. Hinc corpus eorum nonnunquam. quaſi ſemianimum redditur atq melãcholicum. Quod quidem Plato noſter in Timæo ſignificat, dicens: *animum diuina ſæpiſſime, & intenſiſſime contemplantem, alimentis eiuſmodi adeo adoleſcere, potentemq; euadere, vt corpus ſuum ſupra, quam natura corporis patiatur exſuperet, ipſumq; vehementioribus agitationibus ſuis aliquando, vel effugiat quodammodo, vel nonnunquam, quaſi diſſoluere videatur.*

Philoſophi quare melancholici.

Cur melancholici ingenioſi ſint, & qui horum ſint eiuſmodi, aut ſecus. CAP. V.

HActenus quam ob cauſſam Muſarum ſacerdotes melancholici, vel ſint ab initio, vel ſtudio fiant, rationibus primo cœleſtibus, ſecundo naturalibus tertio humanis oſtẽdiſſe ſit ſatis. Quod quidem cõfirmat in libro Problematum Ariſtoteles. *Omnes enim*, inquit, *viros in quauis facultate præſtantes, melancholicos exſtitiſſe.* Qua in re Platonicum illud, quod in libro de Scientia ſcribitur, confirmauit, *ingenioſos videlicet plurimum concitatos furioſoſq; eſſe ſolere.* Democritus quoq; *nullos*, inquit, *viros ingenio magnos, præter illos, qui furore quodam perciti ſunt, eſſe vnquã poſſe.* Quod quidem Plato noſter in Phædro probare videtur, dicens *poeticas fores fruſtra abſq; furore pulſari.* Etſi diuinum furorem hic forte intelligi vult, tamen neque furor eiuſmodi apud Phyſicos, aliis vnquam vllis præterquam melancholicis incitatur. Deinceps vero aſſignandæ à nobis rationes ſunt, quare Democritus,

critus & Plato, & Aristoteles asserant, melancholicos nonnullos interdum adeo ingenio cunctos excellere, vt non humani sed diuini potius videantur. Asseuerāt id Democritus, Plato & Aristoteles absq; dubio, rationem vero tantæ rei, haud satis explicare videntur. Audendum tamen (mõstrante Deo) caussas indagare. Melācholia, id est, atra bilis est duplex: Altera quidem naturalis à medicis appellatur, altera vero adustione contingit. Naturalis illa nihil est aliud, quam densior quædā ficciorq. pars sanguinis. Adusta vero in species quatuor distribuitur. Aut .n. naturalis melancholiæ, aut sanguinis purioris, aut bilis, aut salsæ pituitæ combustione cõcipitur. Quæcunq; adustione nascitur, iudicio & sapiētiæ nocet, nempe dum humor ille accenditur atq; ardet, concitatos furentesq facere solet, quam Greci Maniam nuncupant, nos vero furorem. At quando iam extinguitur, subtilioribus clarioribusq. partibus resolutis, solaq. restante fuligine tetra, stolidos reddit & stupidos. Quem habitum melancholiam proprie, & amentiam vecordiamq. appellant. Sola igitur atra bilis illa, quam diximus naturalē, ad iudicium nobis sapientiamq. cõducit. Neq. tamen semper. Sane si sola sit, atra nimium, densaq mole obfuscat spiritus, terret animum, obtundit ingenium. Si vero pituitæ simplici misceatur, quũ frigidus obsisterit circum præcordia sanguis, crassa quadam frigiditate segnitiem adducit, atq; torporem, atq; vt densissimæ cuiusq; materiæ natura est, quando eiusmodi melancholia frigescit, ad summum frigiditatis intēditur. Quo in statu nihil speratur, timētur omnia, tædet cœli cõuexa tueri. Si bilis atra, vel simplex, vel mixta putrescit, quartanā gignit febrē, lienis tumores, multa generis eiusdem. Vbi nimis exuberat, siue sola sit, siue coniuncta pituitæ spiritus crassiores facit atq. frigidiores, continuo animũ afficit tædio,

Melancholici non nulli, cur interdum cunctos ingenio excellant.

Melancholia duplex.

Naturalis.

Adusta.

mentis aciem hebetat, nec salit arcadico circũ præcordia sanguis. Oportet autem atram bilem neque tam paucam esse, vt sanguis, bilis, & spiritus, quasi fræno careant, vnde instabile ingenium labilemq; memoriam esse contingat. Neque tam multam, vt nimio pondere prægrauati dormitare atque egere calcaribus videamur. Proinde necessarium est, omnino eam esse, quo ad eius natura patitur, subtilissimam Si enim tenuata pro natura sua maxime fuerit, poterit forsitã absq; noxa etiam esse multa, atq; etiam tanta, vt æquare bilem saltem põdere videatur. Abundet igitur atra bilis, sed tenuissima, nõ careat humore subtilioris pituitæ circumfuso, ne arescat prorsus, durissimaq. euadat. Non tamen misceatur omnino pituitæ, præsertim vel frigidiori, vel multæ, ne frigescat Sed bili sanguiniq. adeo misceatur, vt corpus vnum cõficiatur ex tribus, dupla sanguinis ad reliqua duo proportione compositum. Vbi octo sanguinis partes, duæ bilis, duæ iterum atræ bilis portiones exsistant. Accendatur aliquantulum à duobus illis atræ bilis, accensaq. fulgeat, nõ vratur, ne quemadmodum solet materia durior, dũ feruet nimium, vehementius vrat & conciter: dum vero refrigescit, similiter frigescat ad summũ. Bilis enim atra ferri instar, quando multum ad frigus intenditur, friget ad summum, quando contra ad calidum valde declinat, calet ad summum. Neq; mirũ videri debet, atram bilem accendi posse facile, atq. accensam vehementius vrere. Siquidem videmus calcem illi similem, aqua perfusam feruere statim, atq. exurere. Tantam ad vtrunq. extremũ melancholia vim habet, vnitate quadam stabilis, fixæq. naturæ. Quæ quidem extremitas ceteris humoribus nõ contingit. Summe quidem calens summam præstat audaciam, imo ferocitatẽ, extreme vero frigẽs, timorem ignauiamq. extremam. Mediis vero inter frigus ca-

lorem-

loremque gradibus infecta varie, affectus producit varios, non aliter quam merum, præcipue potens, bibentibus ad ebrietatem, vel eam paulo liberius, affectus inferre varios solet. Igitur opportune temperata sit atra bilis oportet. Quæ quum ita moderata est, vt diximus, & bili sanguiniq. permixta, quia & natura sicca est, & conditione, quantum ipsius natura patitur, tenuissima, facile ab illis accenditur, quia solida est, atq. tenacissima, accensa semel diutissime flagrat, quia tenacissimæ siccitatis vnitate potentissima est, vehementius incalescit. Quemadmodum lignum in paleis, si vtraq. accendantur, magis diutiusq. calent & lucent. Atqui à diuturno vehementiq. calore, fulgor ingens, motusq. vehemẽs, & diuturnus proficiscuntur. Huc tendit illud Heracliti: *Lux sicca, anima sapientissima.*

Quo pacto atra bilis ingeniosos efficiat. CAP. VI.

QVæret forte quispiam, *quale sit corpus illud humoris eiusmodi ex tribus illis humoribus, ea qua diximus proportione conflatum?* Tale ferme est colore, quale aurum esse videmus, sed aliquantum vergit ad purpuram. Et quando tam naturali calore, quam vel corporis, vel animi motu accenditur? Ferme nõ aliter, quam ignitum rubensq. aurum, purpureo mixtum calet & lucet, atq. velut iris trahit varios flagrante corde colores. Quæret aliquis iterum: *Quonam pacto humor eiusmodi conducat ingenio.* Nempe spiritus ex hoc humore creati, primo quidem subtiles sunt, non aliter, quam aqua illa, quam & *Vitæ*, seu *Vitis aquam*, nominant, & ardentem, quoties ex crassiori mero, quadam ad ignem destillatione, vt fieri solet, exprimitur. Spiritus enim sub angustiorib. atræ bilis eiusmodi compressi meatibus, vehementiore ob vnitatem calore, maxime tenuãtur, perq. arctiores meatus expressi, subtiliores erumpũt, deinde calidiores similiter, atq. eadẽ ratione lucidiores: tertio, motu

Quæstio.

Atra bilis quo pacto ingenio conducat.

agiles, actione vehementissimi: quarto, solido stabilis, humore iugiter emanantes, actioni diutissime seruiūt. Tali autem animus noster obsequio fretus indagat vehementer, perseuerat inuestigando diutius. Facile quæcunq. inuestigauerit, inuenit, clare perspicit, syncere diiudicat, ac retinet iudicata. Adde quod quemadmodum in superioribus significauimus, animus instrumento, siue incitamento eiusmodi, quod centro mundi quodammodo cōgruit, atq (vt ita dixerim) in suum centrum animum colligit, semper rerum omniū & centra petit, & penetralia penetrat. Cōgruit insuper cum Mercurio atq; Saturno quorum alter omnium planetarum altissimus, inuestigantem euehit ad altissima. Hinc Philosophi singulares euadūt, præsertim quum animus sic ab externis motibus, atq. corpore proprio seuocatus, & quam proximus diuinis, diuinorum instrumentum efficiatur. Vnde diuinis influxibus, oraculisq. ex alto repletus, noua quædam inusitataq. semper excogitat, & futura prædicit. Quod non solum Democritus atq. Plato affirmant, sed etiam Aristot. in Problematum libro, & Auicenna in libro Diuinorum, & in libro de Anima consitentur Quorsum hæc de atræ bilis humore tam multa? Vt meminerimus quantum atra bilis, imo candida bilis eiusmodi quærenda & nutrienda est, tāquam optima, tantum illam, quæ cōtra se habet, vt diximus, tanquam pessimam esse vitandam. Adeo enim dira res est, vt à malo dæmone eius impetus instigari Serapio dixerit, & Auicenna sapiens non negauerit.

Quinq; præcipue studiosorum hostes, Pituita, Atra bilis, Coitus, Satietas, Matutinus somnus.

CAP. VII.

Via ad sapientiam lōgissima.

VT autem redeamus illuc vnde iam longius digressi sumus, lōgissima via est, quæ ad veritatem sapien-

ſapientiamq; perducit, grauibus terræq; mariſque plena laboribus. Quicũq igitur hoc iter aggrediuntur, vt Poeta quiſpiam diceret, ſæpe terra marique periclitantur. Siue enim mare nauigent, continue inter fluctus, id eſt, humores duos, pituitam ſcilicet & noxiam illam melancholiam, quaſi inter Scyllam Charybdimq. iactantur. Siue terra (vt ita dixerim) iter agant, tria monſtra protinus ſeſe illis obiiciunt. Primum terrena Venus, ſecundũ Bacchus & Ceres, tertium nocturna Hecate frequenter opponit. Ergo & Apollo ab æthere, & Neptunus ab æquore, & à terra Hercules ſæpe vocandi, vt monſtra eiuſmodi Palladi inimica, iaculis Apollo transfigat, Neptunus tridente domet, claua Hercules contundat, & laceret. Primum quidem monſtrum eſt Venereus coitus, præſertim ſi vel paulũ vires exceſſerit, ſubito namq. exhaurit ſpiritus, præſertim ſubtiliores, cerebrumq debilitat, labefactat ſtomachum, atq; præcordia, quo malo nihil ingenio aduerſius eſſe poteſt. Curnam Hippocrates coitum comitiali morbo ſimilem iudicauit? niſi quia mentem, quæ ſacra eſt, percellit tantumque obeſt, vt Auicenna in libro de Animalibus dixerit, *Si quid ſpermatis ſupra quam natura tolleret, coitu profluat, obeſſe magis, quam ſi quadragies tantundem ſanguinis emanarit, vt nõ iniuria priſci, Muſas atq; Mineruam virgines eſſe voluerint.* Huc Platonicum illud ſpectat, quum Venus Muſis minitaretur, niſi ſacra Venerea colerent, ſe contra illas ſuum filium armaturam. Reſponderunt Muſæ Marti: *O Venus, Marti talia minitare: tutus enim inter nos Cupido non volat.* Deniq; natura nullum ſenſum longius, quã tactum ab intelligentia ſegregauit. Secundum monſtrum, eſt vini cibiq. ſatietas. Quippe ſi vinum vel nimium, vel nimis calidum vehemenſq. fuerit, caput ipſum humoribus peſſimiſque fumis implebit. Mitto quod inſanos facit ebrietas. Cibus vero nimius, primum

Venereus coitus, nimis noxius ingenio.

Vini cibique ſatietas, quid ingenio incommodent.

quidem ad ſtomachum, in ipſo coquendo omnem naturæ vim reuocat. Quo fit, vt capiti ſimul, ſpeculationiq. intendere nequeat; Deinde inepte coctus, multis & craſſis vaporibus humoribuſq;, aciē mentis obtundit. Quinetiam ſi ſatis coquatur, tamen, vt Galenus ait, animus adipe & ſanguine ſuffocatus, cœleſte aliquid peruidere non poteſt. Tertiū deniq. monſtrum eſt, ad multam noctem, præſertim poſt cœnam frequentius vigilare, vnde etiā poſt ortum Solis dormire cogaris. Quoniam vero in hoc errāt, falluntur q. ſtudioſi permulti, idcirco quantum ingenio noceat, latius explicabo, atq. rationes ſeptem præcipuas afferam. Primam ab ipſo cœlo: ſecundam ab elemētis: tertiam ab humoribus: quartam ab ordine rerum: quintam à natura ſtomachi: ſextā à ſpiritibus: ſeptimā à phantaſia deductas.

Somnus matutinus, multum ingenio nocet.

Ratio I. Principio, tres Planetæ, quemadmodū in ſuperioribus dicebamus, contemplationi & eloquentię maxime fauent, Sol, Venus, atq. Mercurius. Hi vero paribus ferme paſſibus concurrentes, aduentante nocte nos fugiunt, die vero vel propinquante, vel iam ſurgente reſurgunt, noſq. reuiſunt. Poſt vero Solis ortū in plagam cœli duodecimam, quæ carceri tenebriſq. ab Aſtronomis aſſignatur, repente trahuntur. Ergo non qui vel nocte, quando nos fugiunt, vel die poſt Solis ortum, quando carceris tenebrarumq. domū intrant, ſed qui vel propemodum petētibus ortum, vel iam ſurgentibus ad contemplandum ſcribendūque, ipſi quoq conſurgunt, ii ſoli acutiſſime ſpeculantur, & eloquentiſſime inuenta ſua ſcribunt, atq. componunt.

Ratio II. Ratio ſecunda, ſcilicet ab elementis, eſt talis: Oriente Sole mouetur aer, tenuaturq; & claret: occidente vero contra. Sanguis autem & ſpiritus, motum qualitatemq. aeris circumfuſi, naturaq. ſimilis ſequi neceſſario compelluntur.

Ratio III. Tertia ratio, quę ab humoribus ducitur, eſt eiuſmodi: in aurora mouetur

tur

tur sanguis, & regnat, motuq; tenuatur, & calescit, & claret: spiritus vero sanguinem sequi imitarique solent. Verum accedēte nocte, vel melancholia illa crassior & frigidior, atque pituita dominantur, quæ spiritus ad speculandum ineptissimos proculdubio reddunt. Quarta ratio, quæ trahitur ab ordine rerū, hęc erit: Dies vigiliæ, nox somno tributa est: quoniam quum Sol vel ad hemisphærium nostrum accedit, vel super ipsum incedit, radiis suis meatus corporis aperit, atq à centro ad circumferentiā humores spiritusq. dilatat, quod quidē ad vigiliam actionesq. excitat, atq conducit. Contra vero quando recedit, omnia coarctātur, quod naturali quodam ordine inuitat ad somnum, maxime post tertiam, aut quartam noctis partem. Quisquis igitur mane quidem dormitat, quando Sol mundusque excitat, ad multam vero noctem vigilat, quando natura dormire iam, & à laboribus quiescere iubet, hic absque dubio cum ordini vniuersi, tum sibi ipsi repugnat, dum contrariis simul motibus perturbatur, atq. distrahitur. Sane dum ab vniuerso mouetur ad extima ipse sese mouet ad intima. Atq contra, dum ab vniuerso ad intima trahitur, ipse se interim retrahit ad externa. Ergo peruerso ordine motibusq. cōtrariis, cum corpus totum, tum spiritus ingeniūq. prorsus labefactatur. Quinto loco à natura stomachi in hūc modū argumentamur: Stomachus diuturna diurni aeris actione, apertis poris admodū dilatatur, euolantibusq. spiritibus tādem valde debilitatur. Igitur subeunte nocte, nouam spirituum copiam exigit, qua foueatur. Quapropter quicūq. eo tempore contemplationes longas & difficiles incoat, ipsos ad caput spiritus retrahere nititur. Hi vero distracti, neq; stomacho satis, neq. capiti faciūt. Maxime vero nocet, si post cœnam lucubrantes, diu eiusmodi studiis attentius incumbamus, Pluribus enim tunc ad con-

Ratio IV.

Ratio V.

coquēdum cibum spiritibus, multoq calore stomachus indiget. Hæc vero duo, lucubratione studioqꝫ tali diuertuntur ad caput. Quo fit, vt neq. cerebro, neq. stomacho suppetāt. Adde quod caput ob eiusmodi motum, crassioribus cibi repletur vaporibus, atq. cibus in stomacho à calore & spiritu destitutus, crudescit & putret. vnde rursus caput opplet, atque lædit Deniq matutinis horis, quando surgendū est, vt excrementis omnibus somno retentis singula membra purgētur, tunc id quod pessimum est, qui nocte lucubrando concoctionem penitus interruperat, idem dormiendo mane, excrementorum expulsionem diutius impedire cōpellitur. Quod quidem tam ingenio, quam corpori, Medici omnes obesse quamplurimū arbitrantur Merito ergo qui nocte contra naturam pro die, atq cōuerso, die rursus pro nocte vtuntur tanquam noctuæ, ii etiam in hoc vel inuiti noctuas imitātur, vt quemadmodum illis sub Solis lumine caligāt oculi, ita & iis mentis acies sub veritatis splendore caliget Sexto loco à spiritibus idem ita probatur: Spiritus fatigatione diurna pręsertim subtilissimi quiq. deniq resoluuntur. Nocte igitur pauci crassiq. supersunt, literarum studiis ineptissimi, vt non aliter mancis horum fretum alis ingenium volare possit, quam vespertiliones, atque bubones Cōtra vero post somnum mane spiritibus recreatis membrisq. adeo corroboratis, vt minimo spirituum adminiculo egeant, multi subtilesq. spiritus adsunt, qui cerebro seruiāt, atq expeditius obsequi possunt, in membris fouendis, regendisq. parum admodum occupati. Postremo septima ratio, sic à phantasiæ natura deducitur. Phātasia, siue imaginatio, siue cogitatio seu quouis alio nomine nuncupanda videatur multis, longis, contrariis in vigilando imaginibus, cogitationibus, cutilq. distrahitur atq turbatur. Quæ quidem distractio perturbatioq.

Ratio VI.

Ratio VII.

sequenti contemplationi, tranquillam serenamque mentem penitus postulanti, nimium contraria est. Sola vero nocturna quiete, agitatio illa sedatur tandem, atq. pacatur. Igitur accedente quidem nocte semper turbata mēte, recedente vero, vt plurimum mente trāquilla ad studia nos conferimus. Quicūq; vero mente nimiū agitata res ipsas iudicare conantur, ii non aliter quam illi, qui vertiginem patiūtur, omnia verti putāt (vt Plato inquit) quū ipsi vertantur. Quamobrem scite Aristoteles in Oeconomicis iubet ante lucem surgere, asseritq. id & ad corporis sanitatem, & ad Philosophiæ studia prodesse quam plurimum. Sed hoc ita accipiendū est, vt cita & modica cœna matutinam cruditatem diligētissime detemus. Deniq sacer ille vates Dauid, omnipotentis tuba Dei, nunquam dicit vespere, sed mane semper, atq. diluculo in Deum suum canendum se cythara psalmisq surgere. Surgere quidem mente, ea hora omnino debemus, mox etiam corpore, si modo id commode fieri possit.

Quæ sit hora incoandis studiis opportunior, quisue continuandi modus. CAP. VIII.

EX iis, quæ in superioribus disputata sunt, ferme iā satis constat, opportune nostra nos studia exordiri, vel statim oriente Sole, vel hora vna saltem, vel duabus ad summum, ante Solis exortum. Sed antequam è lecto surgas, perfrica parumper suauiter ne palmis corpus totum primo, deinde caput vnguibus, sed id paulo leuius Hac in re Hippocrates te moneat. Nam *frictione* inquit, *si vehemens sit, durat corpus: si lenis, mollit: si multa, minuit: si modica, implet.* Quum è lecto surrexeris, noli subitæ lectioni meditationique prorsus incumbere, sed saltem horæ [illegible] cuilibet expurgationi concedito, mox meditationi accingere diligenter, quam ad horam circiter vnam pro viribus prorogabis. Deinde

A lecto cum surrexeris, quid faciendum.

remittes parumper mentis intentionem, atque interim eburneo pectine diligenter & moderate pectes caput, à fronte ceruicem versus quadragies pectine ducto. Tum ceruicem panno asperiori perfrica, demum reuersus ad meditandum, duas insuper horas, aut saltem horam vnã studio dedicato. Produci vero nonnunquã studia possunt, sed aliquanta interdum intermissione facta, ad horam vsq. meriridianam. Quinetiam interdum, quamuis raro, nisi cibum interim cogamur assumere, post meridiem circiter horas duas. Sol enim circa ortum potẽs est, potens & in medio cœlo. In plaga quoq. illa cœli, quæ medium proxime sequitur, quam nonam Astronomi vocant, & sapientiæ domum, Sol maxime gaudet. Quoniam vero Poetæ omnes Phœbũ Musarum scientiarumq. ducem esse volunt, merito si quid altius excogitandum est, his horis potissimum cogitetur. Si Musæ quærendæ, horis iisdem Phœbo duce quærantur. Reliquę enim horæ, veteribus alienisq. legendis potius, quam nouis propriisq. excogitandis, accommodatę videntur. Semper autem meminisse debemus, qualibet hora semel saltem paulisper remittendam esse mẽtis intentionem. Quum enim ob intentionem huiusmodi spiritus resoluantur, merito si nunq̃ cesses tendere, lentus eris. Dum laboras animo, interim corpore cõquiesce. Mala est defatigatio corporis, peior animi, vtriusq. simul pessima, oppositis hominem motibus simul distrahẽs, vitamq. disperdens. Deniq. haud vlterius meditatio procedat, quam voluptas, potius vero citra.

Phœbus Musarũ dux.

Remißio.

Vitanda pituitæ præcepta. CAP. IX.

Pituita quomodo euitanda.

Operæpretium fore videtur, quæ noxia literatis esse diximus, repetere breuiter, atque remedia singulis adhibere. Ergo ne pituita nimis augeatur, exercitatione quotidie stomacho ferme vacuo bis

v*endum, nunquam tamen laboriosa, ne acuti spiritus dissoluantur, excrementa diligentissime ab omnibus meatibus expurgāda. Sordes a corporis totius cute, capitis præcipue, tum lotione, tum frictione penitus abstergendæ. Vitanda alimenta frigida nimium, atque nisi obstiterit atra bilis, etiam humida, & omnino quę pinguia, virulenta, viscosa, vncta, glutinosaque sint, vel quæ facile putrescere soleant. Si stomachus, vel natura, vel ætate sit frigidus, aut dimittendus omnino, aut certe minuendus aquæ potus. Moderatus cibus sit oportet, sed potio moderatior. Habitatio alta a graui nubiloq; aere remotissima, tum ignis, tum calidi odoris vsu, humiditas expellenda. Prohibendum frigus a capite, maxime vero ceruice atq; pedibus: multum enim obest ingenio. Prodest moderatus vsus aromatum in frigidioribus epulis, nucis muscatæ præsertim, & cinnamomi, & croci, zinziberis quoq; conditi mane stomacho vacuo, quod sensibus etiam & memoriæ maxime prodest.

Qua ratione vitanda sit atra bilis. CAP. X.

Atra bilis vitanda ratio.

PEssimam vero illam, quam in superioribus detestabamur atram bilem, hæc augent. Crassum turbidumque vinum, præcipue nigrum, cibi duri, sicci, salsi, acres, acuti, veteres, vsti, assi, fricti, carnes bouis & leporis, caseus vetus, salsamenta, legumina, præcipue faba, lenticula, melangia, eruca, brassica, sinapis, radicula, allium, cæpa, porrum, mora, carotæ, & quęcunq; calefaciunt, vel frigefaciunt, simulatq. desiccant, & omnia nigra. Ira, timor, misericordia, dolor, otium, solitudo, & quęcunq. visum & olfactū, auditumq; offendunt, omniū vero maxime tenebræ. Præterea exsiccatio corporis nimia, siue longis nata vigiliis, siue multa mentis agitatione, vel cura, seu frequenti coitu, vsuque rerum calidarum multum,

atq; ſiccarum,ſeu immoderata quadam deiectione, atque purgatione, vel exercitatione laborioſa, vel inedia, ſiti, calore, vel ſicciore vento, vel frigore. Quum vero bilis atra ſemper ſicciſſima ſit, frigida quoq;, licet non æque, huic certe reſiſtẽdum eſt rebus quidem modice calidis, humidis vero quã maxime, cibis elixis aſſidue, qui coquãtur facile, & ſubtilem gignãt ſanguinem, atq. clariſſimum. Sed interim vt ſtomachi & pituitæ ratio habeatur, perinde atq; bilis atræ, epulę cinnamomo, & croco, & ſandalis condiantur. Conferunt ſemina peponis, atq; cucumeris, & pinei nuclei abluti. Conueniunt carnes auium, & pullorũ gallinaceorum, quadrupedumve lactentium, oua ſorbilia maxime, & ex membris animaliũ, cerebellum, dulcia mala, pyra, perſica, pepones. pruna damaſcena, atq. ſimilia, cucurbita rite cocta, herbæ humidæ, non viſcoſæ. Ceraſea vero, ficus, vuas, minime laudo. Nauſeam vero & ſatietatẽ valde deteſtor. Nihil autem aduerſus hanc peſtem valentius eſt, quam vinum leue, clarũ, ſuaue, odorũ, ad ſpiritus præ ceteris perſpicuos generandos aptiſſimum. Nam vt Platoni & Ariſtoteli placet hic humor, hoc vino non aliter mollitur, atq; dulceſcit, & claret, quam vel lupini aqua perfuſi, vel ferrũ flammis accenſum. Verum quantum eius vſus ſpiritibus & ingenio prodeſt, tantum nocet abuſus. Præterea infundere aurum, vel argentum maxime ignitum, eorumque folia in poculis, vel in ipſo iure prodeſſe conſentaneum eſt, atq; aureo, vel argenteo vaſculo bibere, ciboſq; ſumere. Item perutile eſt, ſi ſæpe ſtomacho vacuo liquiritiæ ſuccus deglutiatur, ſuccus quoq; punici pomi dulcis, atq; dulcis arancei. Conducunt non mediocriter ſuaues odores, temperati maxime, at ſi regnat frigus ad calidum declinantes, ſin dominetur calor, vergentes ad frigidũ. Temperandi ſunt igitur ex roſis, violis, myrto, camphora, ſanda-

Vinũ clarum atræ bili inimicum.

sandalis, aqua rosacea, quæ frigida sunt. Rursus ex cinnamomo, citro, aranceo, gariophyllis, mentha, melissa, croco, ligno aloe, ambra, musco, quæ calida. Verni flores prosunt in primis & folia citri. siue arãcei, odoratque poma, maxime vinum. Odores eiusmodi prout cuique conuenit, & naribus hauriendi sunt, & pectori atq; stomacho admouendi. Odores vero calidos multum, siccosq;, si soli fuerint, & continui, non probamus. Tenendus ore hyacinthus, qui animum vehemẽter exhilarat. Hierobatana quoq;, id est, sclarea syluestris, tum cibo, tum odore cõfert. Buglossa rursus, borrago, melissa, horumq; trium aqua. Rursus lactuca, endiuia, vua passula, lac amygdalinum, mensæ familiarissima esse debent. Fugiendus aer, vt feruens, aut glacialis nimium, aut nubilus, sed aer temperatus serenusque liberrime admittẽdus. Mercurius, Pythagoras, Plato iubent dissonantem animum, vel mœrentem, cithara cantuque tam constanti, quam concinno componere, simulatq; erigere. Dauid autem Poeta sacer psalterio psalmisque Saulem ab insania liberabat. Ego etiam (si modo infima licet componere summis) quantũ aduersus atræ bilis amaritudinẽ dulcedo lyræ cantusq; valeat, domi frequenter experior. Laudamus frequentem aspectum aquæ nitidæ, viridis rubeive coloris, hortorum nemorumq. vsum, deambulationem secus flumina, perq; amœna prata suauem, equitationem quoq;, gestationem, nauigationemq; lenem valde probamus, & varietatem in primis, faciles q; occupationes, diuersaq; negotia non molesta, assiduam hominum gratiosorum consuetudinẽ.

De curatione stomachi. CAP. X.

SEquitur vt curam stomachi quã diligenter habeamus, ne nauseam cruditatẽve adducat vnq̃ satietas, caputq; offendat. Bis cibus quotidie sumen-

Bis cibus quotidie sumẽdus.

dus est,& modicus,atque leuis, cinnamomo,mace, nuce muscata moderate conditus. Semper tamen siccus cibus pondere alimenta mollita motumque exsuperet,nisi forte atræ bilis siccitatem admodum vereamur.Famem (si commode fieri potest) cibus, sitim potus exspectet. Auiditas vtriusque supersit mensæ. Fastidium & saturitas procul absint. Abstinendum ab iis, quæ ob nimiam humiditatem, vel virulentam & vnctam, viscosamq; materiam stomachum relaxãdo debilitant, vel etiam frigida aut calidissima sunt,aut propter duritiem ęgre coquuntur.Et quæ talia sunt,vt diu post mensam palato saporem reddãt molestiorem, siue inflent,siue caput multis vaporibus impleant, ab omnibus in primis, quæ facile vel extra aluum, vel in aluo putrescant. Dulces sapores,aut acres,si soli sint,nullo pacto probamus, sed dulces acri quodam vel acuto, vel sicco volumus temperari. Mastix & mentha sicca saluia recens,vuæ passulæ cidonia poma cocta condita saccharo,cichorea,rosa,corallus,lotus capparis,&aceto conditus, stomacho amicissima sunt.Mala præterea punica sapore inter acidum dulcemq; medio, & omnino quæcunq; moderate acida sunt, & aliquantulum austera,quæ Medici styptica vocant,siue quæ aliquantum acuta sint,vel salsa,vel aromatica. Mirobalani autem omnia superant. Vinum quoq; rubeum potius, quam album, sapore quasi paululum subamaro, ac nisi caliditas, vel destillatio aliter postulauerit, optimum erit merum bibitum paululũ.

Stomacho gratissima.

Omnino autem liquidores epulæ prius sumendæ, quam duriores. Sumto vero cibo, conuenit coriandrum, pomumque cydonium conditum saccharo, mala punica,& pyra austera,mespila quoque & persica sicca,atque similia.Mandere vero oportet,antequam deglutiantur singula exactissime. Fouendus stomachus si oportet extrinsecus, mastice, rosa, mentha,

Epulæ liquidiores prius sumendæ.

mentha, corallo. Cauendum ne post cibum, duabus & tribus proximis horis, vel cogitationi difficili, vel lectioni sedulo incumbamus. Necessariæ forsitan erunt horæ vacationis quatuor, si cibus potusve vberior fuerit, aut cibus durior. Malum est cibo potuve ventrem extendere, pessimum stomacho sic extento, difficilia cogitare. Neque dormiendum post cibum meridie, nisi maxima cogat necessitas, atque id quidem non prius, quam horas duas vigilauerimus. Nocte tamen sumta cœna, hora (vt videtur) vna vigiliæ sat est. Coitus stomacho pestilens, præsertim si vel saturo statim, vel esuriente concumbas. Otio mœret stomachus, exercitatione gaudet, nisi dum cibo sit plenus. Sumto cibo statim modice deambulandum, mox vero sedendum.

A cibo quid fugiendum.

De iis quæ fouent membra præcipua, & spiritus.

CAP. XII.

SED iam operæpretium facturus, vt nonnulla ex Medicorũ officina in medium producamus, quæ stomachi, cordis, cerebri, spirituum, ingenii, vires vel seruent integras, vel restituant, ac si vel pituita, vel atra bilis excrescat, vel immineat nausea, longe propellant. Omnes sine controuersia Medici cõsenserunt, nihil esse salutarius theriaca, fouendis confirmandisque tum singulis membris & viribus, tum spiritibus, atque ingenio. Huius igitur in primis vtemur drach. dimidia, aut saltem drach tertia parte, bis qualibet hebdomada, hyeme & autumno, sed æstate atque vere semel vel sola, vel si placet frigidis humidisque temporibus cum pauculo mero claro, suaui: temporibus vero calidis siccisque, præsertim si natura, vel ætas sit calidior, cũ aquæ rosaceæ duabus vnciis, aut tribus, stomacho scilicet vacuo sex aut septem horis ante cibum. Si theriaca desit, dabimus mithridatum. Sed vbi theriacam mithrida-

Theriaca.

Mithridatum.

tumve sumimus, eo die ab omni re calida penitus abstinendum. & si æstas aut ver fuerit, frigidis est vtendum. Secundo vero loco eadem in caussa probatur ab omnibus aloe rite electa, atq; lota: Sume myrobalanorum chebularũ drach. duas, rosarum purpurearum, sandali rubri, emblicorum, cinnamomi, croci corticis, pomi citri, been, melissæ, id est, citrariæ, singulorum drach. vnam, aloes electæ riteq; ablutæ drach duodecim. Ex iis confice pilulas optimo mero, quibus hebdomada qualibet semel vtaris diluculo, eo scilicet pondere, quod naturæ tuæ conueniat, æstate quidem cum aqua rosacea, alias vero cum vino. Quibus autem diebus neque theriacam, neque pilulas assumes, vtere confectione eiusmodi mane atque vespere, duabus aut tribus ante cibum horis: Sume cinnamomi electissimi drach quatuor, chebularum myrobalanorum duas, & totidem emblicarum, croci, rosarum drach dimidiam, sandalorum rubrorum drach. duas, coraliorumq; similium drachm. vnam, sacchari albissimi quantum satis est. Funde saccharum aqua rosacea, atq; succo citri, vel limonum. æqualibus videlicet portionibus, coquas suauiter. Deinde adde musci tertiam drach. partem, atq; ambræ tantundem. Demum confice bolos solidos, quos morsulos vulgo nominant, auroque inuolue. Tria hæc, ipsi eo vsu, quo præscripsimus, experti sumus, theriacã & aloen, ita (vt diximus) temperatam, confectionemque illam singulis conferre membris, viribus & spiritibus, acuere sensus atq; ingenium, memoriam confirmare. Pituitam quoque & bilem, atque atram bilem illis pilulis facile vel educi, vel emendari, Præterea ætati cuilibet & naturæ tria, quæ diximus, familiarissima iudicantur.

Pharmaca pituitæ repressiua, atque eductiua.

CAP. XXIII.

Si ad-

SI aduersus exundantem pituitam acrius pugnandum fuerit, pilulas aurora ex hierapicra Galeni, vel quas Mesues Elephangin is nominat, dabimus, scilicet quot, & quoties oportuerit, vel etiam in robustiore natura pilulas ex hiera, atque trochiscis agarici pari portione compositas, semper vero cum melle rosaceo liquido atque oxymelle, aquaq; maratri, id est, fœniculi Qui certe syrupus in pituita digerenda etiam ante pilulas, & post eas maxime prodest. Si vna cum pituita ceteri quoq; humores turbent, pilulis ex rheubarbaro Mesues, vel pilulis quæ *Sine quibus*, a posterioribus nuncupantur, opportune purgabimus. Omnem vero vehementem repentinamque deiectionem purgationemque penitus detestamur: nam stomachum corque debilitat, spiritus multos exhaurit, contundit humores, spiritus fumis humorem fuscis obtenebrat.

Pilula elephangine.

Catarrhi & destillationis, communis studiosorum pestis, remedia. CAP. XIIII.

VBi caput propter pituitam destillationibus fluctuat, quandoq; hora somni aliquot ex pilulis, quas modo descripsimus, dabimus. Iubebimus præterea ea hora & aliis thus sæpe mandere: nam mirifice destillationibus & sensibus omnibus, memoriæq; succurrit. Rursus muscata nux & theriaca ore retenta probatur. Maiorana quoque, quam amaracum nominant, vel eius aqua admota naribus, vel infusa Post cibum vero alimentorum fumos coriandro, cydoneisque coercebimus.

Aduersus catarrhos.

De dolore capitis, CAP. XV.

SI caput sæpe doleat humore grauatū frigido, preter illa, quæ narrauimus, confectionem illam, quam diambram nominant, vel diacori, vel plirisarcoticon tenere ore iubebimus. Quinetiam masti-

Aduersus cephalalgiam.

cem sæpe mandare. Præterea linire frontem, tempora, ceruicem, maioranæ, fœniculi, rutæ foliis vna cum oleo, aquaque rosaceis perfecte diluta.

Visus caligantis medela. CAP. XVI.

Oculis caligantibus conferentia.

VBI oculi caligant, neque rubent tamen, neque aliud præbent vllum caloris indicium, tunc sane collyrium ex aqua fœniculi, maioranæ, chelidoniæ, rutæ, adhibito croco & antimonio, confert. Sed aqua eiusmodi prius densiori panno est exprimenda. Nihil tamen admoueas oculis, nisi antea pillulis Lucis sæpe purgaueris. At si caligantes oculi rubeant, subito pilulis ex fumo terræ compositis purga. Mox collyrium ex aqua rosacea & saccharo prodest. Nõnunquam vero albumine oui, tutia, lacte adiectis, quam primum opitulatur. Omnino autem quotidianus vsus marathri visum seruat, & acuit. Semen quidem eius frequenter ore tenere oportet, folia vero comedere. Triphera minor a Mesue descripta, optima est. Optimum quotidie vacuo stomacho myrobalanum, chebulam conditam sumere, atque cum ea nonnihil panis ex saccharo, marathroque in puluerem ducto compositi, quod insuper ingenio mirum in modum, ac producendę vitę prodest. Eufrasiæ quinetiam vsus, oculis est singulare præsidiũ. In omni vel dolore capitis, vel caligine oculorum, diuertendi sunt retro vapores frictionibus cucurbitulisque. Ac si calor in caussa sit, sanguisq. abundet, hirudines ceruici & humeris adhibebimus.

De sensorio gustus instaurando. CAP. XVII.

Pro gustu stomachi amisso.

STomachus sæpe literarum studiosis gustum fere omnem amittit. Si id pituitæ vitio incidit, quod acidus oris sapor, vel saliua multa & glutinosior indicat, postquam aluum subduxeris medicinis, quas supra narrauimus, aromatico rosaceo vtere, scilicet saccha-

saccharo rosaceo misto, melle quoq; rosaceo cum cinnamo, solo etiam vel zinzibere cōdito, vel menthæ syrupo, sed in primis theriaca. Sin autem bilis copia forte contingit, quod quidem os amarum ostendere solet, similiter post purgationem ex aloe sicut diximus, pparata, vel rheubarbaro adsume, vel triasandalum, vel oxysaccharum, saccharo, aceto albo, & vino acrioris punici mali, compositum, vel persica, pyrave, siue condita, siue syrupo confecta, sicut Mesues docet. vel nostram eiusmodi confectionem gustui saluberrimam: Sume sacchari rosacei vncias quatuor, diamarenati vncias duas, diacytonites tantundem, scilicet vncias duas, myrobalanorum chebularum semunciam, emblicarum tantundem, sandali rubei, coralli rubri, vtrorumque æqua drach. dimidiam. Funde insuper Iuleb ex succo citri, vel limonis vncias treis, aut duas. Quod si stomachus debilis est, & frigidus, adiice duas cinnami drachmas. His ante cibum duabus horis vtendum. Nauseam semper ab vtroque natam humore tollit diacytonites, & vsus capparis cum aceto. Item potus modicus ieiuno stomacho albi aceti rosacei, si duplo sacchari pondere misceatur. Rursus menthæ syrupus, atq; absynthii. Item mentha vel aceto condita, vel acido mali punici succo diluta, atq; rigata.

Pro debili & frigido stomacho.

Exquisitissima atræ bilis remedia. CAP. XVIII.

VErum missa hęc tanquam leuiora iam faciamus, atque ad id quod periculosissimum est, reuertamur, ad atram bilem scilicet, quæ quoties abundat & furit, cum corpus totum, tum vel maxime spiritum quasi quoddam instrumentum ingenii, ipsumque ingenium, & iudicium labefactat. Primum in ea curanda præceptum sit, vt docuit Galenus, ne repēte illam educere contendamus, ne forte eius parte liquidiore subtilioreq; subducta, residuum densius

Atræ bilis curanda præcepta.

admodum ſicciuſq; reſideat, ſed paulatim mollia- tur.digeraturq; pariter,atq; educatur. Secundum, vt interim tam cibis humidioribus, quam lauacris dulcibus & modicis, vnguentiſq; ſimilibus caput & corpus totum ad ſummum pro virib. humectetur: ea tamen cautione, ne vel deſtillatio irritetur, vel deſtruatur ſtomach⁹, aut iecur, vel meatus corporis obſtruantur. Tertium vero, & id quidem maxime neceſſarium, vt continue cor foueatur, roboreturq; rebus congruis, partim intus acceptis, partim extra pectori naribuſve exhibitis. Adſpiciantur quoque & audiantur, odorentur, & cogitentur aſſidue, quæ oblectent, contraria vero longius arceantur.

Syrupi melancholicis maximo futuri commodo.

CAP. XIX.

Remedia atræ bilis tria.

MVlta quidem a multis, aduerſus hũc humorem compoſita ſunt. Ego autem in præſentia tria quædam remediorum genera e plurimis adferam electiſſima omnium, atque tutiſſima, accepta primum a priſcis, deinde a recentioribus confirmata, interdum etiam a nobis ad vſum noſtrum accommodata. In primo eſt ſyrupi optimi compoſitio. In ſecundo pilulæ probatiſſimæ. In tertio electuaria ſaluberrima. His tribus oportune adhibitis melancholicus humor mollitur & digeritur atque ſoluitur, ſpiritus acuuntur, & illuſtrantur, fouetur ingenium, memoria confirmatur. Syrupus eſt huiuſmodi: Sume boraginis, bugloſſæ, florumq; vtriuſque, meliſſæ, capillorũ Veneris, endiuiæ, violarum, cuſcutæ, polypodii, ſenæ, epithymi, ſingulorum quantum manu capitur, pruna damaſcena numero viginti, odora poma numero decem, paſſularum vnciam vnam, liquiritiæ vnciam dimidiam, cinnami, ſandali rubri, corticum citri, ſingulorum drachmas tres, croci drach, dimidiam. Coquantur in aqua omnia,

Syrupus.

mnia, præter epithymum & aromata, donec pars tertia consumatur. Decoctio expressa post, cum saccharo iterum & epithymo moderate coquatur. Postremo infundantur aromata, scilicet cinnamũ atq; crocus. Huius syrupi aurora calefacti vnciæ treis bibantur, simulq; vnciæ duæ, aut treis aquæ buglossæ, atq; vna cum iis ex sequentibus pilulis accipi debet duæ saltem, aut plures prout cuiq; conuenit, eo scilicet pacto, vt aluus quotidie paulum moueatur.

Pilulæ ad humores vitiosos molliendos, & expurgandos.

CAP. XX.

Pilularum vero quantum ad propositum spectat duo sunt genera, aliæ delicatis congruunt, robustioribus aliæ. Primæ, *aureæ*, siue *magicæ* nominari possunt, partim Magorum imitatione, partim nostra inuentione, sub ipso Iouis Venerisq; fluxu compositæ, quæ pituitam, bilem, atram bilem educunt absq; molestia, singula membra corroborant, spiritus acuunt, & illuminant. Ita eos dilatant, ne constricti mœstitiam pariant, sed dilatatione & lumine gaudeant. Ita rursus stabiliunt, ne extẽsione nimia euanescant: Sume igitur auri grana duodecim, maxime foliorum eius, si pura sint, thuris, myrrhę, croci, ligni aloes, cinnami, corticis citri, melissæ, serici crudi coccinei, menthæ, been albi, been rubei, singulorum drach. dimidiam, rosarum purpurearum, sandali rubri, coralli rubri, myrobalanorum trium, scilicet emblicarum, chebularum, Indarum, singulorum drach. vnam, aloes rite ablutæ tantundem, quantum cunctorũ pondus. Confice pilulas mero quã electissimo. Sequuntur pilulæ ad soluendã melancholiam aliquanto validiores, veruntamen minime violentæ: Sume pæoniæ, mirrhæ, stichados Arabici, melissæ, thuris, croci, myrobalanorum trium, scilicet emblicarum, chebularũ, Indarum rosarum,

Pilularũ genera duo.

singulorum drach. vnam, trochiscorũ agarici, polypodii, epithymi, senæ, lapidis lazuli rite loti & præparati, lapidis Armeni effecti similiter, drach. tres singulorũ, aloes lotę vncias duas, vino perfecto pilulas confla. Si cum melancholia manifesta caliditas dominetur, quæ in hac compositione sunt frigida, ad tertiam insuper ponderis sui partem augenda erunt. Has pilulas, vt literarum studiosis conuenit, Græcorum, Latinorum, Arabumq; imitatione cõposui: nolui vero fortiora miscere, quale veratrum, quo Carneades phanaticus vtebatur. Viris.n. literatis tantũ, vel paulo firmioribus consulo, quib. nihil pestilentius est, quam violentia, ideo prætermisi pilulas Indas, lapidisque lazuli, vel Armeni notas, & quam compositionem Ieraglodion appellant. Si deniq; decet simpliciorem compositionem inserere, qua ego familiarius vtor: Sume aloes lotæ vnciam vnam, myrobalanorum. emblicarum atque chebularum, vtriusque pariter drach duas, masticis drach. duas, duas quoq; rosarum, præsertim purpurearum, confice pilulas vino. Proinde pilulis, aut iis, aut illis, ex iis scilicet, quas probauimus, nemo vnquam solis vti debet, ne forte nimium exsiccetur: quod quidem in melancholia pessimũ estimo vna cum syrupo, quem secuti partim Mesuen, partim Gentilem Fulginantem, supra descripsimus, vel cum vini odori leuisq; vncia vna, siue duabus, siue tribus, vt cuiq; conuenit, aut cum aqua mellis, & passularum, atq; liquiritiæ, aut sicubi caliditas dominatur, cum Iuleb violaceo, aquaq; rosacea. Omnino autem consulo literatis, quicunque ad atram bilem sunt proniores, vt hac purgatione bis quolibet anno, vere scilicet autumnoq; vtantur, diebus quindecim continuis, vel viginti, pilulis scilicet cum syrupo, atque similibus. Quicunque vero paulo minus huic morbo obnoxii sunt, sat habebunt, si pilulas primas, aut

Viris literatis nihil pestilentius quam violentia.

Exsiccatio in melancholia pessima.

Admonitio.

vltimas

vltimas toto anno sumant, semel hebdomada qualibet, æstate cum Iuleb, vt diximus, alias vero cum vino.

A liquidarum medicinarum vsu medela.

CAP. XXI.

MEminisse vero oportet, vbi maximum in exsiccatione periculum imminet, purgare tamen necessitas cogit, operæpretiū esse pilulas intermittere, atque in ipso syrupo, vel simili quadam decoctione, facta in aqua buglossæ, quando purgandum est, interdum infundere diasenæ, vel diacatholiconis, vel tripheræ Persicæ vnciam vnam, aut saltem dimidiam. Quod si vel corpus robustius sit, vel adstrictior, & durior aluus addere electuarii hamech drach. vnam, aut duas. Vtilis quoq; hic est confecta casia, vtilior manna. Nec omni melancholiæ speciei conueniunt, sed illi maxime, quæ adustione creatur. Sin autem melancholia naturalis sit, conueniunt quidem, verum præcipue si in syrupo addatur polypodii portio dupla, vel tripla, similiter liquiritiæ crociq; & passularum. Item medicinæ addantur mellis rosacei liquidi vnciç duæ. Quoties vero syrupus sumendus sit, in superioribus diximus. Sed medicina cum ipso ter viginti diebus sumēda erit. Verum si melancholicus nullus humor appareat, tantum vero complexio melancholica, scilicet frigida membrorum qualitas, atque sicca, memento ducere aluum, vel mittere sanguinem minime expedire, sed reliqua duntaxat facere, quę vel diximus, vel dicemus, præsertim quæcunque ad corpus pertinent, mediocriter calefaciendum, atque magnopere humectandum, spiritusque quoad fieri potest, illuminandos, fouendaque membra. Vbi vero ipse atræ bilis humor exundat, non madefacimus tantum corpus, atque humorem sed etiam soluimus aluum ea cautione, qua diximus, nunquā vero vehemen-

ter. Siquidem Plato in Timæo nos monet, *diuturnum morbum, qualis est melancholicus, non esse nimis valentibus medicamentis, atq; molestis pharmacis irritandum.*

Morbi diuturni nõ sunt irritandi valentibus medicamentis.

Sanguinis mittendi canones. CAP. XXII.

NOnnulli sunt in sanguine mittendo audaciores, quos Medici sapientes admodum detestantur: nam sanguis est atræ bilis temperamentum, spiritus fomes, vitæ thesaurus. Solum vero vbi abundantiam sanguinis indicat vel profusior risus, audaciaque & confidentia multa, vel color rubeus, venarumque tumor mittere sanguinem literatis, quando res postulat, debemus e venæ lineis sinistri brachii, lata quidem incisione, quatuor vncias mane, vespere totidem: deinde paucos post dies saltem septem, ad summum quatuordecim, tum frictione quadam asperiore, tum admotis hirudinibus, quas *Sanguisugas* nominant, mariscas irritare vt sanguinis vnciæ tres aut quatuor inde destillent. Hæc ambo robustioribus tantum facienda videntur. Debilioribus vero, si necessitas postulat, mariscas solum, sicut docuimus, irritare. Sed neque ventrem medicinis soluere neque sanguinem licet, nisi prius clysteribus pinguibus, mollibusq; lenieris. Atque hoc sit in melancholica natura commune præceptum, dandam esse operam, vt si oportuerit, eiusmodi clysteribus frequentatis venter inferior lubricus semper sit, atque purgatus.

Sanguis quãdo literatis mittẽdus.

De electuariis & confectis. CAP. XXIII.

SEquuntur electuaria, ex quibus laudo equidem quod Rasis exhilarans appellauit. Præterea quæ in libro de Viribus cordis Auicenna componit, sed multo magis quod Mesues ita conscribit: *Sume crudum sericum colore coccineo nuper tinctum, pondere libram*

Electuarium Mesues.

bram vnam, id merge succo pomorum dulcium, & suauiter redolentium, atque succo buglossæ, aquaque rosacea, singulorum libra vna, post quatuor & viginti horas, totum id coque suauiter, donec aqua rubeat. Deinde extrahe sericum, atque insuper exprime diligenter. Infunde mox sacchari candidissimi centum & quinquaginta drachmas, coque rursus, donec quasi mel spissetur. Amoue tunc ab igne, atque infunde dum calet, ambra cruda diligenter concissa drachmas sex, & vt liquescat ambra permitte. Postremo adde his puluerem eiusmodi: Sume ligni aloes crudi, cinnami, vtriusque aquæ sex drachmas, lapidis lazuli rite abluti drachmas tredecim, vnionum id est, albarum margaritarum drachmas duas, auri veri drachmam vnam, musci electi partem drachmæ dimidiam. Dantur ex eo cum vino drachmæ duæ, vel vna, mane ac vespere ante cibum tribus aut quatuor horis. Id mihi præ ceteris valde placet. Veruntamen probo etiam diamuscum Mesues dulcem, compositionemque gemmarum, modo cum aqua rosacea adsumantur. Laudarem quoque mirifice quod est a Petro Ebanensi Philosopho summo conflatum, nisi ipsemet ex eius immodico vsu dilatationem exhalationemque spirituum nimiam formidaret. Quamobrem duo quædam insuper excogitaui tutissima, atque ob temperationem suam cuilibet tempori, ætati, naturæ conuenientissima, in quibus miscetur vtile dulci. Quæ tantum nutriunt, quantum fouent, & roborant. Præterea spiritui & ingenio tantum stabiliendo, quantum acuendo & illustrando conueniunt: *Sume sacchari vna cum floribus buglossæ concocti vncias duas, corticis pomi citri saccharo conditi vnciam, chebula condita vncias duas, cinnami electi drach. vnam, sandali, coralli scilicet vtriusque rubri, itẽ serici coccinei crudi & conscissi, croci, margaritarum singulorum drach. dimidiam, auri, argenti, singulorũ tertiam drach. partẽ, ambræ, musci, vtriusque grana*

Diamuscum Mesues.

Electuaria duo cõuenientissima.

duo. Funde omnia simul succo citri, vel limonis, sacchara co-cti. Sequitur confectio altera, aliquanto salubrior, certe multo suauior: *Sume amygdalarum dulcium quatuor uncias, nucleorum pineorum, scilicet ablutorum dies vnius spatio, seminum cucumeris, vtrorumq; pariter vncias, sacchari duri, quod Candum, id est, candidum vocant, quatuor vncias, sacchari alterius, & albissimi, libram vnam, atque dimidiam. Funde cuncta hac aqua rosacea, atque limonis & citri, in qua exstinctum fuerit ignitum aurum & argentum, simul coque suauiter. Demum adde cinnami, been rubri, coandali rubri, coralii similis singulorum drach. vnam, margaritarum nitidissimarum, croci serici crudi, coccinei minutissime attriti, singulorum drachmam dimidiam, auri, argenti vtriusq; grana duodecim, hyacinthi, smaragdi, sapphiri, carbunculi, singulorum tertiam drachmæ partem.* Si cui vero desunt aurum, argētum, ambra, muscus, pretiosi lapilli, cōfectiones illæ etiam prodesse multum sine his poterunt. Quarum treis potissimum eligo, vnam scilicet Mesues, quam recensui, duas vero nostras, quas modo descripsimus. Quo vero pacto iis vtendum sit, superius satis exposuimus. Si quis autem simplicius aliquid appetat, omnibus tamen accōmodatum, hic citri pomum perfecte maturū, integrum perfecte contundat, multoque saccharo, & multo rosarum succo adhibito coquat, coctum vero modico cinnamomo, crocoque condiat, aut aromatico rosaceo, vtatur sic temperato: *Sume aromatici rosacei vnciam vnam, sacchari rosacei, sacchari diabuglossati, vtriusq; vncias duas, aut similiter, misceat diamuscum.* Quanquam enim duo hæc non sint simplicia, tamen facile satis habentur. At si caliditas timeatur, diaprunis & saccharum violaceū adiungantur.

Emaciantis vigiliæ remedia. CAP. XXIIII.

SÆpe melancholicis, præsertim literatis accidere solet, vt nimium exsiccato cerebro vigiliis longis exte-

extenuentur. Quoniam vero nihil atræ bilis mala magis auget, quam longa vigilia, tanto malo omni studio succurrendum. Ideo lactucas post cibos alios edant vna cum pane modico. pauculo croco, vinū que purum sorbeant, post lactucam, neq; vltra horam lucubrent. Quumque se dormitum conferunt, confectionem eiusmodi sumant, in qua seminis papaueris albi vnciæ duæ sint, seminis lactucæ vncia vna, amomi, croci scilicet vtriusque pars drach. dimidia, sacchari vnciæ sex: dilue & coque omnia simul syrupo papaueris. Edant huius drach. duas, simulq; nonnihil syrupi papaueris gustent, aut vini. Illinas eis frontem, temporaque oleo ex violis, & ex nenufare, adiecta camphora. Item lacte oleoq; amygdalino, atque violaceo. Odorem croci & camphoræ, putaminumque dulcis mali naribus admouebis. Aceti insuper modici, sed aquæ rosaceæ plurimæ. Seres quoque lectum plantarum foliis frigidarum. Aures suauibus cantibus, sonisque delinies. Humectabis sæpe caput eiusmodi lauacris, scilicet aqua, in qua cocta sint frusta papaueris, lactucæ, portulacæ, maluæ, rosarum, vitis, salicis, arundinumque folia, addita camomilla. Balneis quoque dulcibus ex rebus eiusmodi sæpe tibiæ, brachiaq;, sæpe totum corpus est humectandum. Lac insuper bibere mixtum saccharo, scilicet stomacho vacuo, si modo stomachus optime tolerauerit. maxime prodest. Humida hæc melancholicis, etiam si satis dormiant, mirifice conferunt. Memento lac amygdalinum mensæ familiarissimum esse debere.

Vigilia atræ bilis mala auget.

Vigiliæ remedia.

Memoriæ hebetis, atq; obliuionis remedia. CAP. XXV.

Accidit vero nonnunquam, vt studiosis, vel quia sedulo inclinato capite legant scribantve, vel quia otio nimio torpeant, pituita quadam viscosior vna cum frigida nimis melancholia caput oc-

Remedia aduersus obliuionē valentissima.

cupans grauet, atque hebetes obliuiososq; efficiat. His ergo caput exonerandum est iis remediis, quæ alias diximus pituitæ conuenire Sin minus illa sufficerint, ad pilulas Indas & cochias hieralogodionque cōfugito. Præterea ad iaram diacoloquintidos, vel Archigenis, vel Andromachi, vel Theodotionis, aut ad pilulas Iudæi, quas Mesues in capitulo de Capitis dolore describit. Quod si natura ætasve frigidior sit, nec æstas obstiterit, post purgationem vtere confectione illa anacardina, quam Mesues Sapientum confectionem nominat in Antidotario. Rursus anacardina illa, quam in capitulo de Obliuione ex sententia filii Zachariæ recenset. Da summo mane drachmam vnam, sed qui eam sumit, ab ira, coitu, ebrietate, labore, rebusque calidis eo die prorsus abstineat. Hæc quidem aduersus hebetudinem obliuionemque valentissima sunt. At vero si familiaria magis optet, da zinziber conditum, sed modico thure mixtum, quod sensibus & memoriæ magnopere prodest, præsertim his adiectis, scilicet melle anacardi, melle chebularum, acoris, ciperis, ambra, musco. Prodest etiam diambra, pliris sarcoticon, & diacori: sed hæc ore diutius retinenda, naribus etiam & auribus infundenda. Odor quoque thuris, amaraci, marathri, nucis muscatæ, rutæ, gariophyllorum, prodest non mediocriter. Memento tamen theriacam in his, atque similibus, quemadmodum ab initio diximus, nulli vnquam remedio postponendam. Præterea hebetibus obliuiosisque tempora & ceruicē vnctione eiusmodi vnge: *Sume olei sambucini vnciam vnam, olei de been vncias duas, euphorbij vnciam dimidiam, castorei quoque tantundem, perfricabis brachia, crura, ceruicemque vehementer.* Ac si opus fuerit, ceruici cucurbitulas admouebis Verticem præterea capitis amaraco, thure, nuce muscata tunsis, operies, atque fouebis.

Spiri-

Spiritunm custodiæ nos intentos esse debere.

CAP. XXVI.

SI homines veritatis cupidi tanta Medicorum diligentia corporeum spiritum curare debent, ne forte omnino neglectus vel impedimento sit, vel inepte seruias quærentibus veritatē, multo procul-dubio diligentius incorporeum spiritum, id est, intellectum ipsum disciplinę moralis institutis colere decet, quo solo veritas ipsa, quum sit incorporea, capitur. Neq; enim fas est solum animi seruum, id est, corpus colere, animum vero corporis dominum regemq; negligere, præsertim quum Magorū Platonisq; sententia sit, *corpus totum ab animo ita pendere, vt nisi animus bene valuerit, corpus bene valere nō possit.* Quapropter medicinæ auctor Apollo, non Hippocratē, quamuis ex sua stirpe genitum, sed Socratem sapientissimum iudicauit. Quippe quum quantum Hippocrates corpori, tantum Socrates animo sanando studuerit, quanquam, quod tentauerant illi, solus Christus effecit. Proinde mentem nostram optimis colere moribus a Socrate idcirco iubemur, vt lucem veritatemq; a nobis naturæ instinctu quæsitam serena mente facilius assequamur, quanto magis veritatem ipsam diuinā in primis religione sancta fas est venerari? Ad quam quærendā capiendamq; non aliter creata mens est, quā oculus ad lumē Solis perspiciendū. Atq;, vt Plato noster inqt, quemadmodū visus nihil vsquam visibile perspicit, nisi in ipso summi visibilis, id est, Solis ipsius splendore, ita neq; intellectus humanus intelligibile quicquā apprehendit, nisi in ipso intelligibilis summi, hoc est, Dei lumine nobis semper & vbiq; præsente. In lumine, inquam, q̄ illuminat oēm hominem venientē in hūc mundū. In lumine de quo canit Dauid: *In lumine tuo videbimus lumen.* Profecto quemadmodum purgatis oculis, inq; lumen ipsum aspicientibus, subito splen-

Animus moribus excolendus.

dor eius infunditur, coloribus figurisq; rerum abunde refulgens, ita quum primum ab omnibus corporis perturbationibus per moralem disciplinam purgata mens est, atq; in diuinam veritatem id est, Deum ipsum religioso quodam flagrantissimoque amore directa, subito, vt diuinus inquit Plato, diuina menti veritas infiuit, rationesque veras, quæ in ipsa continentur, quibusve omnia constant, feliciter explicat, quantoque mentem circumfundit lumine, tanto simul & voluntatem gaudio beate perfundit.

LIBRI I. FINIS.

MARSILII FICINI FLORENTINI IN LIBRVM secundum, de vita producenda, ad Philippum Valorem.

PROOEMIVM.

Vanquam Plato noster Genio suo viuit, & victurus est, vt arbitror, dum mundus ipse viuet, meus me tamen Genius huc semper impellit, vt post diuinum cultum ante omnia Platonis vitæ prospiciam. Ad hoc ipsum iam diu nobis aspirat præ ceteris Medica domus. Ad idem conspiras & tu mi Valor, Medicum amicissimus, & Platonicæ gloriæ, atq; disciplinæ admodum studiosus. Quam ergo vitam Platoni semper excepto, eandem opto Medicibus, similemq; Valori. Quamobrem hortor, & obsecro te, mi Valor, vt quanta semper opera gloriæ Platonicæ faues, tanta aliquando diligentia præcepta hæc nostra de Vita producenda, legas, atque serues, quibus diu viuens resurgentis nuper disciplinæ Platonis diutius vna cum magnanimo Laurentio Medice patrocinari possis. Vale.

MARSI-

MARSILII FICINI FLORENTINI MEDICI ATQVE PHILOSOPHI INSIGNIS, de Vita producenda, siue longa,

LIBER II.

Ad perfectionem scientiæ necessaria est vita longa, quam diligentia præstat. CAP. I.

AD artem scientiamq; perfectam non tam vel docilitas ingenii, vel memoriæ firmitas, quam prudentis iudicii perspicacia nos perducit. Iudicium vero propter ambiguitatem ex coniecturarum diuersitate conceptam, adeo difficile est, vt experimento sit necessario confirmandū. Experimentum quoq; fallax, tum propter iudicii ipsius difficultatem, tum propter fugacem opportuni in experimento captando temporis breuitatem. Quibus sane de caussis, artem esse longam vna cum Hippocrate recte concludimus, nec posse nos eam nisi vitæ longitudine consequi. Vitam vero longam non solum ab initio semel fata promittunt, sed nostra etiam diligentia præstat. Quod & Astrologi confitentur, vbi de Electionibus & Imaginibus agunt, & Medicorum cura diligens, experientiaq. confirmat. Qua quidem prouidentia non solum homines natura validi sæpissime, sed etiam valetudinarii vitam longam aliquando consequuntur, vt non mirum sit Herodicum quendam literarum studiosum omnium sui temporis infirmissimum, vt Plato & Aristoteles testantur, eiusmodi prouidentia annum

Ars lõga.

Vitã lõgam diligentia præstat.

fere centesimum impleuisse. Plutarchus præterea narrat, multos corpore alioquin parum firmo, vitã sola diligentia longam consequutos. Mitto in præsentia, quod imbeciles ipse nouerim prudentiæ munere robustissimorum annos superauisse. Neq; igitur vtile fuerit, neque vanum post librum de Curãda valetudine literatorum a nobis compositum, præcepta quædam insuper ingenii scientiæ cupidis ad vitam longam conducentia, tradere. Instituta vero hæc nec in itineribus ignauisq; communicari volumus. Quid enim cupiamus istos diu viuere, qui nec viuunt quidem, quasi fucos nutriamus, non apes? Nec hominibus diuulgari, perdita voluptatũ libidine dissolutis, qui breuem quotidie voluptatem longę vitæ, stulti præponunt. Nec improbis iniquisque patefieri, quorum vita mors est bonorum. Sed viris duntaxat prudentibus, atque temperatis, solertis ingenii viribus humano generi, vel priuatim, vel publice profuturis.

Vitalem calorem nutriri humore, cuius vltra citraq; excessu fieri corruptionem, dissolutionemq;.

CAP. II.

Vita in quibus cõsistat.

VIta quidem tanquam lumen in naturali calore consistit. Caloris vero pabulum est humor aerius, atque pinguis, quasi oleum. Siue igitur humor eiusmodi forte deficiat, siue prorsus excedat, vel inquinetur, calor naturalis statim debilitatus, exstinguitur. Si humoris defectu calor debilitatur, & perditur, mors resolutione contingit. Si potius obruitur humoris excessu, vel vitio, vita suffocatione perit. Suffocatio vero humoris cuiuslibet, exundantia, vel putrefactione contingit, præsertim pituita vel excrescente, vel quomodolibet putrefacta, vt non immerito pituita petens vitam fuerit nominata. Præcepta igitur ad producendam vitam maxime necessaria, hinc quidem resolutionem, inde vero suffo-

focationem putrefactionemque æque deuitant. que, inquam, ratione communi. Nam si cal dio- n ficcioremve hominem forte curãt, & cui mea- quidem aperti sunt, humores autem spiritusq; tiles resolutioni magis occurrunt. Sin autẽ con- ria ratione corpus affectum tractant, potius suf- ationi subueniunt. Maxime vero in alterutro d. nt, si ad alterutrum locus tempusve declinet. vbi ingeniosis studiosisq; consulitur, vtrumque ceptum ferme est pariter necessarium, in vtroq; aliter laboratur. His enim acutum quidem cali- nq; ingenium, & imaginationis motus assiduus, olutionem, otium vero corporis, atque cruditas, focationem minitari videtur. Nusquã igitur Me- i vehementius, quam in eiusmodi hominum cu- ione laborant. Etsi tota libri superioris disputa- ad prorogandam vitam maxime confert, pro- am tamen quandam res tanta curam, qualem nceps quoad potero paucis comprehendam. po- lare videtur.

uomodo sunt temperandi calor & humor, quodam Miner- ua consilio. CAP. III.

CEterum dum oleum istud pingue, igneo huic vigori nostro necessarium, pingui Mineruа tra- mus. Minerua interim oliuifera olei vitalis ori- , almi videlicet Iouis capite nata ridet, quod sui uneris quantitatem plane cernentes, interea non cis vidimus qualitatem Ridens ergo, *Vobis*, inquit, *um non modo quantum sat flamma nutrienda foret, ab- de dedi, sed etiam sine amurca sincerum infudi lucerna.* ec illa. Nos autem inter loquendum errantes of- ndimus, quoniam lucerna pedibus nostris ver- m suum, nondum nobis auditum. Ex hac er- o lucerna discamus oleum iugiter flammæ submi- strandum, ea scilicet diligentia, vt nec repent na

quadam lumen obruamus illuuione, nec rursus differamus sitibundo potum. Sed hæc quidem duo satis in superioribus tracta ita putamus. Reliqua nobis duo sunt, quorum alterum leuiter tetigisse, alterum vix attigisse videmur. Tangentes interim ita Palladem, vt ridere nunquam solita, nos rideret. Quid ergo? Primo quidem considerabimus flammam vel pauculam esse prorsus edacem, ideoq; lucernam illam lucere diutius, in qua sic flammula est ad ellychnium id est, lucinium temperata, vt non ebibat oleum, sed pitisset. Itaq; & nos in omni diæta cauebimus, ne quando, præsertim in iuuentute, nimium inualescat insitus ignis suapte natura vorax. Sat vero fuerit, tum humorem inundantem, tum penetrabile frigus hinc arcere. Deinde lucernam cogitabimus frequenter exstingui, quando non sincerum oleum instillauerit, sed (vt ita dixerim) amurcosum. Vnde paulo post concrescunt ex amurca fungi, lumenque exstinguunt. Iam vero nos alumnum a Pallade suscepimus oleum, scilicet aerium quam plurimum, purumq; & natiuo quodam lentore tenax, atque firmum. Quod ergo huic paulatim absumto suggeritur, non solum huic æquale debet esse, sed simile. Vt vero sit simile: non tantum aerium esse debet, & pingue, sed penitus ab amurca secretum, id est, a fæce quadam ex terra & aqua crassiore congesta. Hanc ergo congestionem fæcemque vitaturi, alimenta eiusmodi fugiamus, & otium, & cruditatem, atque sordes. Interea vero Mineruam ea moderatione colamus, vt caput quidem, de quo nata est ipsa, nobis augeat, neruos autem stomachumque non minuat.

Consilium caloris & humoris temperandi.

Arescentis humidi naturalis & alieni exuberantis causæ: Et quam necessaria sit ad vitam perfecta digestio.

CAP. IIII.

Natu-

NAturalem humorem velociter hæc exsiccant, sanguinis fluxus vberior, Violenta solutio venis, Diu lubrica aluus, Profusus sudor, Latius patecti meatus, Coitus ad debilitatem factus, Sitis ancela, Fames crucians, Vigilia longa, Vsus præcalidarum rerum, simulatque siccarum, Laboriosus animi corporisque motus, Anxietas, Ira, Dolor. Siccior, simulatque feruentior aer, præsertim igne calescens, ventus aridior, & violentus atq; diutinus. Humorem supra modum augent iis cōtraria. Ebrietas frequens vtrunq; facit. Nimio enim tum calore siccat, tum humore suffocat ebriosum. Nihil autē magis, quam cruditas ad vtrunq; nocet. Vbi enim nō concoquitur alimentum, hinc quidem deest quo natiuum irriget humorem, inde vero putrefactum superest, quod exundans calorem obruat naturalem. Quamobrem Auicenna *corrumpi sanguinem*, inquit, *si digestio ipsa corrumpitur*, secutusq; Galenū appellat digestionem *vitæ radicem*. Optima igitur est & quasi vnica hæc regula Galeni, *concoctionem sib' præ ceteris curare*. Nam quod maximum videtur esse præceptum, salubribus videlicet vti, nihil proderit, nisi concoquas. Siquidem ex iis ferme, sicut ex cōtrariis noxius humor profluit, si cruda membris influxerint. Ex cibis autem etiam minus arte laudatis, sæpe minus malum accipitur nutrimentum, si vehemētius concoquantur. Cruditatem igitur tanquam grauē, resolutionis simul & suffocationis caussam, diligentissime deuitemus, quantitate videlicet cibi, potusque nobis accommodata. Qualitate, simplicitate, præparatione, contritione, ieiunio, reuocante famem, ac si opus fuerit, stomachi etiam exteriore fomento, rebusq; quibusdam stipticis post epulas in assumtis. Caueamusq; diligenter, ne cibum potus exsuperet, neve cibus sit liquidior, aut durior, hic, vel ille valde sit actu frigidus, aut alimenta

Humidū naturale quæ exsiccent.

Humidū naturale quæ nimium augeant.

Cruditas vitanda.

Cibus & potus æquales sint.

sint longe diuersa, aut crudum addamus crudo. Hæc enim concoctionem magnopere prohibent. Caueamus insuper diligentissime, ne vel coitu statim post cibum, vel somno meridiano sæpius nō necessario, vel nocturna vigilia, vel labore animi vllo, siue corporis importuno, vel alio quopiā pacto digestionē impediamus. Digestionem dico equidem non primam tantum, quę fit in stomacho, sed secundam etiam, quæ fit in iecinore: Tertiam insuper quæ in venis: Quartam denique quæ in membris efficitur. Quæ longo quodam indigent interuallo, & quauis impedita, pabulum non suppeditatui humori. Proinde sicut digestionem, sic excrementorum purgationem adiuuare in primis necessarium est ad vitam. Necessarium sordes etiam a cute detergere. Necessarius est motus corporis tam continuus, tam temperatus, tam varius, quam cœlestium aerisque motus. & ignis. & aquæ, seruata duntaxat cōcoctionis. & somni necessitate. Defatigatione vero, & resolutione vitata. Præterea sub vmbra situm cariemque obducimus. Sub diuo, sub lumine viuimus. Quod pater meus Ficinus insignis medicus frequēter habebat in ore. Sed ad hæc feliciter peragenda operæpretium foret, non tam vrbanis negotiis, quā rusticis quibusdam exercitationibus a tenera statim ætate corpus assuefecisse, & quodammodo similibus. Interdum etiam nutrimentis, & vitæ genus quodammodo varium tenuisse. Quod me sæpius ille prudens monebat Qui enim in omni ætate lautissima quadam curiositate viuunt, sæpe minus tuti viuunt. Qui vero adolescentes se minus assuefecerint, adulti saltem assuefaciant, cautioribus tamen & paulatim id tentantes.

Digestio non impedienda.

Excrementorū purgatio iuuanda.

Sanguis & humor accommodatus vitæ, aerius esse debet, qualitate temperatus, substantia medius atq; tenax.

CAP. V.

Græci

Græci omnes inter præcepta, ad diuturnam vitam maxime necessaria, mandant vt euchymis mur. Euchyma vocamus alimenta salubria,quæ num afferunt nutrimentũ, id est, sanguinem bom. Bonum vero sanguinem appellamus non frium,non siccum,non turbulentum sed calidum, humidum atq; clarum. Calidum quidem calore n acri.Humidum vero humore non aqueo. Clan quoque, nec tamen interea tenuissimum.Iam o feruentior sanguis, naturalem tum calorem cuit, tum exsiccat humorem, & quem ipse hurem infert vel calorem, resolubilem præstat at- fugacem. Sanguis præterea humidior,pronior ad aquam,naturalem obtũdit calorem, humo- quoq; naturalem, vel hebetat,vel impellit,sub re liquescere, vel suffocat humiditate calorem. mnino, si qua portio naturalis humoris ex ao sanguine trahitur, tum putrescit facile, tum diffluit, atque dissoluitur. Hinc efficitur,vt qui liores fructus herbasq; comedunt, nisi raro for- & pro medicina tunc ventrem leniente sumãt, ui venas succo crudo putrefactioniq; obnoxio itus impleant. Ac ne id accidat, tutius pro alito, vel coquuntur, vel saltem cum pane miscẽ- Sanguis ergo nec igneus esto, nec aqueus, sed us. Non aeri crassiori similis,ne procliuior sit ad am.Non aeri subtilissimo,ne facile incalescat in m, sed substantiam teneat mediocrem, in qua lius aer dominatum habeat plurimum. Ceteementa insint, quatenus aeris accommodanmperio. Non sit eius substantia subtilissima,ne orem instabilem generet, spiritumque volati-, & dissolutioni subiectum. Non sit crassissima; quin & ingenio minime ministrabit, & vix in ralem humorem ac spiritum permutabitur, tus obstruet, suffocationi dabit occasionem.

Euchyma quæ sint.

Bonus sanguis qui?

Et ſpiritus qui vix tandem craſſus inde creatur, denſitate ſua, & ipſe parum idoneus eſt ad vitam, & calorem naturalem ita ſuffocat, ſicut fumus denſior flammam comprimit protinus & exſtinguit. Mitto quod ſaltem adeo tenebroſus eſt, vt vrinam efficiat mœſtam, more deteriorem. In primis autem, vt mihi videtur, ad vitam expedit diuturnam, ſanguinem vna cum ſubſtantia quidem aeria valde, nec admodum craſſa, habere glutinoſum aliquem in ſe humorem atque tenacem, qualem ferme cum ſubtilitate habet oleum oliuarum, & humor anguillæ pinguis ſimulatque tenuis, & oleum ex terebinthina quadam ſublimatione tractum. Tu igitur alimenta, ceteraquè omnia, quæ ſanguinem pro viribus, humoremq; talem efficiant, diligenter eligito. Sanguis enim humorq; talis ſicut oleum flammæ, ita vitali calori pabulum eſt, & vna cum ſubtilitate habet etiam firmitatem. Præceptum enim Raſis eſt *pro iuuentute ſeruanda, rebus vti ſanguinem ad præcordia traducentibus, ibiq; conducentibus, corq; fouentibus.* Quod Auicenna probat, aquoſum labilemque ſanguinem præcipiens euitandum. Differens autem in hoc, pro differentia corporum ratio eſt habenda. Nam vbi denſius corpus eſt, ad ſubtilitatem ſanguinis, vbi rarius ad craſſitudinem eiuſdem, omnibus eſt remediis declinandum. Vbi media corporis habitudo, via ſimiliter media tutius imus. Nunquam tamen naturalem corporis habitudinem exſtirpare conabimur, alioquin vitam ipſam exſtirparemus. Expedit inſuper meminiſſe, vbi ſubtilitatem ſanguinis valde veremur, & ſtomachus interea non ſit admodum natura validus, minutioribus ad craſſitudinem gradibus accedendum eſſe, dum gracilem hominem craſſioribus alimentis nutrire contendimus, & fouendum interim ſtomachum, & producendum ſomnum. Exercitationem corporis pro viribus

Alimēta ſanguifica eligenda.

ibus augendam, animi minuendam, quæ pluri-
s sæpissime nocet. At si minus ferat alimenta vi-
sa nimium, duraque, vel admodum frigida, vsu
tem corallorum, sandalorũ, rosarum, coriandro-
n, myrobalanorum, cydoniorum & diacydonion,
charique rosacei, stypticarumq; rerum eam san-
inis humorisque firmitatem denique conseque-
ır, quam rebus nimium glutinosis hic tuto con-
ui non valemus. Commodissime vero ex nucleis
eis pistaceisque, & glycyrrhizæ succo, & amido,
litis amygdalis dulcibus, earumq; oleo & cydo-
rum semine, atque oleo sesamino, vna cum sac-
ro candidissimo, aquaq; rosacea nutrientur, qui
osa grandiorum animalium membra cõcoque-
nequeant. Concedemus his præterea extrema
inarum. vel hœdorum, & testudines, & limaces,
ue testiculos. Vina dabimus non alba, sed rubra,
ticaque, & quodammodo subamara, aqua vi-
n ferrea, vel masticea temperantes. Oleo quoq;
sticis cydoniorumque cutem leuiter leniemus,
itabimus interim, quæ sanguinem subtilem fa-
it, vel feruentem, nisi forsan nonnihil croci, vel
namomi tenacioribus epulis infundamus, vt &
lius concoquantur, & cocta per meatus angu-
transferantur ad membra. Difficile namq; est,
osa, vel alimenta paulo firmiora ex stomacho
admodum valido, vsque ad digestionem ter-
n quartamque perducere, nisi eiusmodi vehicu-
erferantur, atque insuper frictionibus lenibus
iocentur. Quas quidem quum facies, manibus
mollioribus facito, ac memento madefacere
ius odorifero quodam vino, in quo camomil-
myrtumque coxeris, atque rosas.

mmuni edendi bibendiq; regula, & qualitate epularũ,

CAP. VI.

Sed missa in præsentia faciamus obtusissima hominum corpora, vel tenuissima: ad communem viuendi rationem perueniamus, communi mediæque corporis habitudini prorsus accommodatam. Caue ne vlla ratione meatus corporis, vel supra modum pateant, vel nimium obstruantur. Ibi enim in resolutione & iniuria extrinsecus inferenda discrimen, hic autem in putrefactione & suffocatione periculum. Etsi non arctissimo regulæ fræno, quod Hippocrates damnat, te cohibeo, non tamen habenas tibi ad licentiam vsq; relaxo. Herbas & fructus humidiores accipe parce. Parcius lac & pisces, & vtrumque cum melle. Parcissime fungos, atque cum aromaticis, ac semine pini. Similiter purũ aquæ potum, atq; vna cum parcitate. Quæ humidiora sunt, vel pinguia, aromaticis acribusque condito, alioquin & humorem alienum membris plurimum inferunt, atque putridum, & si quem necessarium naturæ humorem suggerunt, hunc præstant citæ admodum corruptioni subiectum. Qui non aliter, quam aquosum vinum cõturbatur celeriter, & corrumpitur. Hinc canicies, & pallor, rugositasque senilis. Carnes quoque si quotidie comedantur, ac etiam si pondere pani propinquent, citam putrefactionem inferunt, Vnde Porphyrius Pythagoreorum antiquorumque auctoritate fretus, esum animalium detestatur Nonne homines accepimus ante diluuium longæuos, animalib; pepercisse? Quanquam medici non tam carnium vsum vetant, quam abusum. Denique humida tanquam putrefactioni obnoxia fuge, memoria tenens humidos & pingues senescere citius atque moueri Quod & Hippocrates ait, & res ipsa declarat. Siccissima rursum accipe moderate, vel saltem liberiore tempera potu. Media tutus eligito. Tametsi Auicenna formam cibi paulo sicciorem molli præponit, ad caniciem cuitandam.

Parce edenda.

Humida vel pinguia aromate condienda.

Carnium esus facit βραχυβίους.

Humidi & pingues citius senescunt.

randam. Ad frigida nimium, aut calida castissimus esto. Calida simul & humida sequere. Si feruet aer, epularum humor calorem superet: si friget, calor humorem. Vtrobique vero modicus sit excessus. Vbique calor & humor nonnihil glutinosum habeat, atque stypticum, vt illinc membris irrigatus humor inhæreat firmius, ac diu sub calore perduret. Electum triticum, & panis electus hoc in primis habet. Deinde rubrum stypticumque vinum, parumq; dulce. Tertio, pinei nuclei, resq; iis temperie & lentore persimiles. Quarto, carnes non humidæ, simulatque laxæ, vt *suillæ & agninæ lactantes* Medici tamē veteres, maxime Galenus, suis carnes & sanguinem, propter quandam cum corpore nostro similitudinem valde commendant. Optimæ sunt igitur similibus corporibus, vt rusticis & robustis, corpusque multum exercitantibus, præsertim si quatriduum gariophyllis, coriandris præparatis, sale conditæ seruentur. Et sanguis forsan vtilis si cum sacharo coquatur, defecatusque ad summum fuerit, atque liquens. Sed vt ad numerū reuertamur, non probantur carnes humidiores, quales diximus, non duræ simulatq; siccæ, quales vetustioris leporis, atq; bouis, sed mediæ quędam, vt gallinaceorum, pullorum, caponum, pauonum, phasianarū, perdicum, forte etiam pullorū columbinorum, præsertim domesticorū. Tales quoq; sunt capreoli, vituliq; iuuenes, & anniculi verueces, pariter atq; apri. Hœdos non sperno lactentes, caseumque recentem. Auiculas equidem prætermisi: frequens enim subtiliorum alimentorum vsus, stomacho solū conuenit crassiora minime toleranti. Qui vero validior est fugacem ex iis fumum reportat, vel humorem. Oua tamen gallinarum non prætermitto, si vitellus vna cum albo comedatur. Vitellus namque solus delicatorum est nutrimentū: nam Auicenna probat nutrimentum

Caro suilla optima. Gal.

nullum expedire magis in diminutione sanguinis, & dissolutione spiritus cardiaci, quam vitellum oui gallinæ, vel perdicis, vel phasianæ. Neque forte ab re fuerit anseres nutrire spelta aquave nitida, ac post necem carnes sale & coriandris aceto præparatis conditas, dies septem seruare prius, quam edas. Ceruumque similiter, si stomachus fuerit validissimus. Probabile namque est longæua quædam animalia ad vitam conferre longæuam, si tamen huiusmodi carnes iuuenes comedát. Similiter aliæ carnes vicissim sunto tum assæ, tum elixæ. Cibus esto duplus ad potum. Panis duplus & sesquialter ad oua, triplus ad carnes, quadruplus ad pisces, herbas, fructus humidiores. Ne incipiat a potu mensa, neque potus sit semel vberior. Semper stypticum aliquid absque potu, vel modico, sequatur mensam. Vbi complexio, ætas locus, tempus, ad calidum siccumque labitur, tu quoque paulisper ad opposita declinato. Vbi ad frigidum, aut humidū, similiter ad opposita vergito. Vbi temperies, seruato temperiem. Eatenus autem exercitationi quidē corporis est addendum, & animi detrahendum, quatenus epulis vescimur durioribus, ad diuturnitatem vitæ aliquando forsitan necessariis. Mensæ tibi sint in nouem diei horis duæ, & vtrobique parcæ. Parcior vero cœna. Exercitationes corporis duæ ferme post digestionem primam ad sudorem quasi productæ. Somnus quidem nocturnus, quia semper est necessarius, semper bonus, diurnus autem, nisi admodum necessarius, nunquam bonus.

Longæua animalia vitam cōferunt lōgæuam.

Somnus diurnus nunquam bonus.

Non esse vtendum alimentis, quæ cito putrescant, vinum & triticum præ ceteris eligenda, putrefactio & resolutio fugienda. CAP. VII.

ANimalia vero quæcunq; in nostram custodiam veniunt, mundis electisque alimentis nutrienda

sunt,

ſunt, antequam veſcamur. Atque hæc & alia omnia ex paſcuis altioribus & odoriferis eligenda ſunt. Inter hæc regulam ante omnes ab Arnoldo Philoſopho comprobatam, memori ſemper mente teneto, *Animantes, herbas, poma fruges, vina ex altis oporiferisq́; vt diximus regionibus eligere oportere. quas venti temperati ſerenant, ſuaues Solis radii fouent, vbi aqua nulla ſtagnăt, culta ſterquilinio non pingueſcunt, ſed humore natiuo, vbi etiam quæ vnque naſcuntur, diu permanent incorrupta. Hic duntaxat habitandum eſt. hic quoq; naſcentibus veſcendum eſt ex alimentis, quæ breui putreſcunt, humorem nos comparaturos diuturnum, & a putrefactione remotum. Neq; ſperandum facile nos diu victuros, vbi terræ fructus incorrupti diu non conſeruantur, vbi raro admodum homines ſunt longæui.* Quantum vero ſit in loco victuque diſcrimen, pomum declarat Perſicum. In Perſia quidem venenum, in Ægypto, cordis amicum. Et helleborus in Anticyra impune ſumtus, alibi vero venenum. Ariſtoteles habitationem eligit altam ad Meridiem Orientemque ſpectantem, ſub aere ſubtili, nec humido nec frigido. Et Plato longæuos in æditiſſimis, atque temperatis reperit regionibus. Deterrimum vero eſt, ſtercorare agros, vel aquas ſtagnantes ex agris minime deriuare. Omnia enim illic cita corruptioni ſubiecta naſcuntur. Quamobrem eos non vituperare non poſſum, qui ſapientem Heſiodum idcirco vituperant, quod in re ruſtica ſterquilinium prætermiſerit. Sed ille prudens ſalubritati potius quam fertilitati cōſuluit. Satis autem ex lupinorum fabarumq; foliis, tempeſtiue ſubuerſis, agrum pinguefieri poſſe putauit. At vero ſi regiones humidiores immundaſque colere, & alimenta minime duratura ſumere compellamur, eū quaſi ſeruemus victum, quem ſub aere peſtilenti Medici mandauerunt. Qua de re in libro contra Peſtilentiam ſatis egimus. Summatim vero ſuauibus, & quodammodo

Regula Arnoldi Philoſophi: quibus alimentis vtendum.

Habitatio quæ eligenda.

Stercoratio agrorū vtrum ſalubris.

Victus eorū qui humidas & immūdas inhabitant regiones.

calidis vtemur odoribus. Aloe rite præparata sæpe, læuiterque purgabimur. Rite vero præparatam dicimus, si lota fuerit aqua rosacea, vel succo rosarũ, aut si cum rosis recentibus contritisque fuerit perfecte commixta. Deinde addatur ei myrobalanus, atque mastix, & forte rosa Medicina hæc extra controuersiam mirabilis est ad conseruãdam diu mentem sanam in corpore sano Præterea si corpus excitabimus, opportuno vtemur foco. Hoc puluere epulas condiemus. Myrobalanorum emblicarum sit pars vnciæ quarta, sandalorum vero dimidia, cinnamomi integra, octaua croci. Hoc itaque puluere, rebusq; simul, acribusq; imminentem. & putridis alimentis, & locis corruptionem forsitan inhibere poterimus Meminerimus autem, vbi plures putrefactione suffocationeque, quam resolutione pereunt, ibi putrefactioni & suffocationi maxime resistendum. Vbi vero contra, vicissim vti condimentis aromaticis, & quodammodo austeris, vt diximus, odoribusq. similibus Quouis tempore putrefactionem prohibet vngi oleo, frigoris iniuriã, vti lauacris ex aqua & oleo, resolutionẽ ex labore vel calidis temporibus imminẽtem Similiter os aqua sæpe colluere, succum glycyrrhizæ, vel saccharum crystallinum ore tenere. Aqua rosacea multa, paucoq. aceto rosaceo manus faciemq. perfundere, similibusq; odoribus vti. Septima quaque hora alimentis modicis recreari, corpore simul & animo conquiescere, calore vitato. Plurimũ vero interest, quale sit vinum & triticum, quibus assidue vescimur. Hæc ergo sint talia, vt vltra annum, & potius ad triẽnium integra perseuerent, si modo incorruptibilem ex iis alimoniam sperare debemus. Vinum, siue album, siue rubrum sit, esto clarum, suaue, stipticum, odoriferum, & quod indigeat aqua. Nisi forte vinum reperer[is], leue simul, atque durabile, quod rarissimum esse soler-

Vinum & triticum qualia esse debeant.

let. Quod vero validius est, Philosophus Isaac vinũ dicit esse vinosum, coctum Sole, vẽtisq; purgatum, quod aqua fontis puri temperari iubet, aliquandiu antea, quam bibamus, vt perfectius misceatur. Aquosum vero vinum atque debile, vel acerbum, fugiendum monet, vtpote quod intra venas & membra acidum cito fiat, aut aliter putrefiat. Vinũ quidem aquosum putrefactioni subiectum, si conseruata eius substantia coctum fuerit, hoc saltem erit vtile alioquin non laudatum, quod humorem corruptibilem non creabit, sed acumẽ eius aqua electa temperãdum erit Vinum vero quale probauimus, Isaac ex antiquorum sentẽtia theriacis magnis, inquit, esse persimile. Quod, vt diximus, temperatum, habitudinem corporis frigidam calefacit, refrigerat calefactam, humefacit siccã, humidiorem vero desiccat atque (vt Galenus ait) naturalem humorem recreat, calorem fouet, vtrumq contemperat. Miscere vero vinum eiusmodi magis necessarium est iuuenibus, minus senibus, frigidis vero senibus minime Frigida namq. duraq; senectus (vt inquit Plato) ita mero feruet, atq. mollitur, sicut vel igne ferrum, vel aqua lupini. Quod diximus per vinum opposita fieri, atq; diffidentia temperari, scito etiam per glycyrrhizam fieri, sed debilius. Fieri etiam per oleum rosaceum, sed extrinsecus. Hæc ergo tibi familiaria sunto. Neq. diffidas quicquid & qualitate temperatũ est, & virtute potens, posse reliqua temperare, sicut frigus alia frigefacere, id in primis habere temperamento Iouis, quo etiam saluberrima sunt. Sed de his alibi disputandum.

Glycyrrhiza.

Oleum rosaceum.

Diata victus & medicina senum. CAP. VIII.

QVi septimum iam septenarium impleuerunt, quinquagesimum attingentes annum, cogitent Venerem quidem significare iuuenes, Satur-

num vero senes, atque has apud Albonomos stellas inter se maxime omnium inimicas exsistere. Rem ergo veneream Saturno fugiant, quæ iuuenibus etiam vitæ plurimum detrahit. Non enim natis consulit, sed nascituris, ipsasq; etiam herbas statim producto semine siccat. Præterea frigus aeremque nocturnum lethiferum sibi putent, atque eum omnino victum seruent, ex quo sanguinem plurimum sperent, spiritumque quam plurimum, ex vitellis videlicet ouorum recentibus, vino aliquâtum quidem dulci, odorifero vero quam plurimum. Nam hic vitellus proprie cordis sanguinem, vinum præcipue spiritum recreat. Carnibus electissimis, coctuq; facilimis, omni summatim vtantur diæta, calidum pariter, atque humidum augente. Spiritum odoribus, præsertim vini, assidue recreent. Vigiliam & inediam sitimque deuitent, laborem rursus corporis atque animi, & solitudinem & mœrorem. Musicam repetant, si forte intermiserint, nûquam intermittendam. Ludos quosdam & mores quoad decet olim anteactę pueritię reuocent. Difficilimum namque est (vt ita dixerim) reiuuenescere corpore, nisi ingenio prius repuerascas. Itaque in omni etiam ætate magnopere conducit ad vitam nonnihil pueritiæ retinere, & oblectamenta varia semper aucupari. Longum vero profusumq; risum minime, spiritum namque nimis ad exteriora dilatat. Sed redeamus ad senes. Hi præterea si frigeant, fomenta petant aromatica & calida, simulatq; humida. Meminerint puerile non esse, puerile illud Auicennæ fomentum, factum quidem à Dauide, sed tardius forte factum. Fomentum seni mirificum. *Medulla recentis adhuc calentis panis infuso maluatico vino cum puluere menthæ, apposita stomacho, & sæpe ad olfactum adhibita.* Nam & medullas eiusmodi etiam sola Democrito iam exspiraturo retinuit spiritum, quoad placuit fugit.uum.

Senes à Venere sibi temperent.

Vitent frigus aerēq; nocturnū.

Pueritiæ ludos repetant.

gitiuum. Præterea frictionibus vtantur leuibus, seu quandoque lauacris nutrimentum prouocantibus ad extrema. Nucleos ante omnia pineos videlicet ablutos, familiares habeant Hoc enim nutrimētum Medici veteres senibus aptissimum probauerunt. Calidum enim & humidū est, & pingue, & omnem lenit asperitatem, atq. simul (quod mirum est) dum naturalem humorem auget, interea superfluū desiccat putridumque expurgat humorem. Sunt qui nucleorum eiusmodi drachmā vnam quotidie post cibos exhibēt senibus comedendam. Ego drachmā quoque alteram ieiuno stomacho senibus exhiberem, vel recens, calens, auratū, pinucleatum Componerem quoq; electuarium hoc pacto: *Sume amygdalarum dulcium mundarum vncias quatuor, tantundem eiusmodi nucleorum, pistaciorum duas, vnam seminum cucumeris, vnam nucum auellanarum mundarum, contunde, coque vna cum candidissimo sacchro, cui tamen addideris vnam zinziberis recentis conditi drachmam, croci dimidiā, musci tertiam, ambræ tantundem, saccharum aqua melissæ, id est, citrariæ, rosarumq; fundito, multa auri folia his adhibeto* Huius enim vsu quotidiano, vitam senes validiorem longioremq. cōsequentur. Possunt & in mensa hoc accipere, & pluribus horis ante mensam. Vtilius autem tunc erit, si quid albi odorique vini vna cum confectione eiusmodi biberint. Temporibus vero calidioribus saccharum rosaceum vna cum aurifoliis, & conditæ myrobalani vitam senibus prorogabūt. Theriacam nemo dubitat ad idem humidis conuenire personis atque temporibus. De cuius vsu satis in libro superiore dictum. Nemo etiam negabit his prodesse admodum radices enulæ, beeniasque radices, albas similiter, atque rubeas maxime vero recentes, illam quidem pro nutrimento, has etiam pro aromate, & omnia simpliciter calida, humidaque, & aromatica simul, & stiptica, simulque

Nuclei pinei seni-bus aptis-simi.

Theriaca

pinguia. Certum est senes electo glycyrrhizæ succo familiarius vti debere. Tradunt enim glycyrrhizam esse humani corporis calori pariter & humori per similem, præterea variis senũ morbis opitulari. Lac quoq; amygdalinum, & amidus cibus familiaris esto, & saccharum, atque passulæ. Rasis tripheram ex myrobalanis Indis, emblicis belliricis confectam. Item myrobalanos Indas conditas saccharo, nõ solum ad retinendum, sed etiam ad retardandam senectutem valde probat. Auicẽna laudat tripheram myrobalanorum maiorem atque minorem. Rursus confectionem de squama ferri, maxime vero auri. Iubet quotidie mandere myrobalanos, præcipue chebulas rite conditas, ad differenda senectutis incommoda.

Glycyrrhiza.

De naturis aromatum & cordialium necessariis, & rursum qualis senum victus.

CAP. IX.

Scito myrobalanis varias inesse virtutes. *Vnam*, quæ mirabiliter superfluum exsiccat humorem, vnde caniciem prohibet. *Secundam*, quæ humorem colligit naturalẽ, & à corruptione simul & inflammatione tuetur, vnde viam producit in longum. *Tertiam*, quæ stiptica aromaticaque potentia, virtutem & spiritum naturalem, & animalium congregat, & fouet, & roborat. Hinc aliquis vitæ lignum in Paradiso myrobalanum forte fuisse putabit. Simile quiddam ferme faciunt aurum & argentum, corallus, spodiumque, & pretiosi lapilli, quamuis pro aromatica virtute facultatem afferant illustrãdi. Tu vero memento aromatica tunc maxime prodesse nobis ad vitam (vt supra significauimus) quando cũ vigore quodam aromatico humida sunt pariter, atque calida, lentoremq; pinguem habent, commodum augmento, quales sunt in primis radices beeniæ albæ, similiter atq; rubentes, præsertim recentes.

Myrobalanorum virtutes variæ.

Aromatica quando nobis ad vitam prosint.

tes. Aut saltem quando cum virtute quadam subtili odorifera, & acuta, substantiam densam habeant, & stipticam valde proprietatem, qualis vtiq; compositio inter cordialia frigida primum myrobalanis inesse videtur, & succino. Deinde rosis & succo, & semini citri. Tertio sandalis & coriandris, atque myrto, ceterisque similibus. Inter calida vero cordialia zedoariæ, ligno aloes, citri cortici, & gariophyllis, nuci muschatæ, maci, olibano, mastici atq; doronico, qualem etiam saluiæ experimur inesse. Traduntambram & muscum stipticam habere virtutem. Zinziber autem ob quandam eius humiditatem, præsertim recens & conditum senibus, sæpe prodest. Sed hoc & garyophyllus propter caloris vehementiam, caute videtur accipiendum. Zedoaria quoque caute, tametsi theriacæ similis iudicatur, & stipticam simulatque pinguem naturam habet, senibus commodissimam. Ambra propter calorē quasi temperatum tuto ferme sumitur, ac propter lentorem cum stiptica subtilitate mixtum, prærogatiuam habet ad vitam in membris & spiritibus confirmandam, tum vero si ex ea fiat aqua, cutisque lauetur, digestionem quartā restituit, ac morbos eius defectu contingentes expellit. Aromatica vero, quę subtilem admodum substantiam habent, qualem cinnamomum, atque crocus, cordialibus frigidis & durioribus sunt miscenda. Nam aromatica si tantum calida subtiliaq sint, & sola sumantur, naturalē calorem nimis excitāt, humoremq. dissoluunt. Necessaria tamen sunt, tum frigidioribus & humidioribus epulis concoquendis, tum cordialibus duris ad præcordia transferendis. Te namq; latere non debet, humorem ipsum vitæ necessarium primas in corde sedes habere, & in arteriis venisq. eiusdē, quod Isaac perspicue docet, atque, vt Auicenna probat, hic humor naturali ceterorum membrorū humore

Humor vitalis primas habet sedes in corde.

frequenter irrigatur atque fouetur. Quapropter cauẽdum est, ne membri vlhus humor calii quoniam arefiat, multoque magis, ne præcordiorum humor comminuatur. Atque vt nutrimenta, vel fomenta, & cordialia omnia per angustos meatus ad præcordia latissime perferantur, his insere crocum. Vt vero sistãtur ibi, myrobalanos adhibe. Vt autem consequaris vtrumque, accipe inter calida muscum, atque ambram, inter frigida rosas atq; myrtum. Mẽmẽto dulce marathrum senibus profuturum. Nam & nutrimentum per membra diffundit, & qua facultate lac, eadem humorem auget naturalem. Vnde Dioscorides marathro *serpentes* ait *annuam exuere senectutem.* Probamus & saluiam. Hæc enim naturæ virtutem temperate calefacit & firmat. paralysim propulsat. Probamus & moderatum conditi zinziberis vsum: habet enim cum calore pinguedinem.

De auro, & aureis alimentis, & refocillatione senum. CAP. X.

AVrum omnes ante omnia probant, tanquam omnium rerum temperatissimũ, & à corruptione tutissimum. Siquidem propter splendorem, Ioui autem propter temperaturam consecratum, ideoque posse calorem naturalem cum humore mirifice temperare, humores à corruptione seruare, Solarem & Iouialem spiritibus & membris inferre virtutem. Veruntamen oportet durissimam auri substantiam, subtiliorem facere, penetratuque facilimam. Nouerunt enim cordialia tunc maxime latentem cordis recreare virtutem, quando in eis attrahendis minime natura laborat. Vt autem minime fatigetur, vel subtilissima iam effecta, vel cum subtilissimis sunt exhibenda. Optimum fore putant, si absque aliena permixtione aurum potabile fiat. Sin minus possit, cõtusum, & in folia redactum

Auri virtus.

accipi

accipi volũt. Aurum ferme potabile habebis (vt dicam) *Collige flores borraginis, buglossæ, melissæ, quam citrariam nominamus & quando Luna Leonem ſubit, vel Arietem, vel Sagittarium, aspicitq; Solem aut Iouem, coque cum candido ſaccharo aqua roſaceo liquefacto, & pro qualibet vncia ii fere diligenter auri folia tria. Ieiunus cum vino quodam aureo ſume.* Item *aquam ex capite diſtillantem foco, vel aliter conſumito, vna cum Iuleb ſume roſaceo, in quo auri folia quædam ante contuderis.* Præterea *in nitidiſsimam fontis aquam aurum extingues ignitum, cum eadem auri contundito folia. Eadem vinum aureum temperato, & vna cum eiuſmodi potu comedito recentem oui vitellum.* Facile vero in tota corporis arbore ſeruabis humorem, ſi in radicibus conſeruaueris. Accipe igitur gallinarum & pullorum eiuſmodi atq; caponum, cor, iecur, ſtomachum, teſticulos, atque cerebellum, coque aqua modica, minimo ſale. Cocta contunde ex tota carne, & toto iure, & ſaccharo, addito recentis oui vitello, fac placentam moſtico cinnamomo crocoq; conditam & auratam. Hac veſcere eſuriens ſemel ſaltem, quarto quoq; die, & tunc quidem ſola, claro tamen ad potum addito vino.

Aurum potabile reddere.

De vſu lactis ſanguiniſq; humani pro vita ſenum.
CAP. XI.

SÆpe poſt decimum ſtatim & nonnunquam poſt nonum ſeptenariũ, arbor humana areſacto paulatim humore tabeſcit. Tunc primum humano iuuenilique liquore irriganda eſt hæc arbor humana, quo reuireſcat. Eliges ergo puellam ſanam, formoſam, hilarem, temperatam, & famelicus lac eius ſugito creſcente Luna, ſtatimque comedito marathri dulcis modicum puluerem ſaccharo rite confectũ. Saccharum quidem lac in ventre cogi, vel putrefieri non permittit, marathrum vero quum & ſubtile ſit, & lactis amicum, dilatabit ad membra. Quos he-

Arbor humana vt reuireſcat.

ctica senilis exedit, Medici diligetes liquore humani sanguinis, qui arte sublimi destillauit ad ignem reficere moliuntur. Quid ergo prohibet, quo minus senio iam quasi confectos interdum hoc etiam potu reficiamus? Communis quædam est, & vetus opinio, aniculas quasdam sagas (quæ & striges vulgari nomine nuncupantur) infantium sugere sanguinem, quo pro viribus iuuenescant. Cur nõ & nostri senes omni videlicet auxilio destituti, sanguinem adolescentis sugant? volentis, inquam, adolescentis, sani, læti, temperati, cui sanguis quidem sit optimus, sed forte nimius. Sugant igitur more hirudinum ex brachiu sinistri vena vix aperta vnciã vnam, aut duas. Mox vero sacchari vinique tantundem sument, idq. esurientes & sitibundi facient, crescente Luna. Si crudus, ægre concoquitur, coquatur prius vna cum saccharo, vel ad aquam calidam moderate destillet, saccharo mixtus, deinde bibatur. Fouere quoq; stomachum tunc sanguine suillo præsens auxilium est, quem vtiq; sanguinem è vena suilla fluentem, spongia calente vino madefacta combibat, & stomacho statim calẽs admoueatur. Galenus atq; Serapio morsum rabidi canis sanguinis canini potu curari dicunt. Rationem vero illis assignare nõ placuit. Ego igitur biduum eam quæritans, opinor denique saliuam canis rabidi venenosam, impressam hominis pedi læso, per venas paulatim ad cor ascendere more veneni, nisi quid interea distrahat. Si igitur interim canis alterius sanguinem ille biberit, sanguis ille crudus ad multas horas natat in stomacho, eum denique velut peregrinum deiecturo per aluum. Interea caninus sanguis iste saliuã caninam superiora membra prensantem prius, quam ad præcordia veniat, deriuat ad stomachum, nam & in canino sanguine virtus est ad saliuam cani, attrahendam, & in saliua vicissim virtus ad similem sanguinem

Striges sanguisugæ.

Rabidi canis morsus, cur curetur potu canini sanguinis?

nem prosequēdum. Venenum igitur à corde semotum, sanguinique imbibitum in aluo natanti, vna cum sanguine per inferiora deducitur hominemq; ita relinquit incolumem. Quorsum hæc? Primo quidem, vt rei tam occultæ, succurrentem inter differendum caussam aperuerim. Deinde vt moneam, sanguinem potari posse, & quidem salubriter, atq; in sanguine humano virtutem esse, qua humanum sanguinē attrahat, & mutuo prosequatur. Nec forte diffidas iuuenilem sanguinem à sene bibitum trahi ad venas membraq; posse, ibique prodesse quamplurimum.

De diæta, habitatione, & consuetudine senum.

CAP. XII.

Meminisse decrepitos expedit, naturam debilem non esse nutrimentorum pondere fatigandam, vel etiam epularum diuersitate nimia distrahendam. Nam & iuuenilis ætas hoc vitio fit cito senilis. Diuidant ergo mensas, nec tam multa naturam alimonia, quam frequenti reficiant, interuallo tamen interim ad digestionem dato. Nam sæpe etiam postquam stomachus ipse concoxerit, nisi & iecur quasi digesserit, sumere nutrimētum, naturam distrahit, atq fatigat, qua quidem lassitudine sæpius frequentata, aduolat intempestiua senectus. Senes hyeme velut oues aprica petant, æstate velut aues amœna riuosq reuisant. Frequenter inter virentes versentur plantas, & suauiter redolentes: hæ namq; viuentes, spirantesq; conspirant ad spiritū hominis augendum. Ad loca vero communiter apibus amica confugiant, mellaq. hyeme degustent. Mel enim cibus est senibus in primis amicus, nisi vbi bilis timetur incendium. Amicus caseus recentissimus, amici dactyli, ficus, passulæ, cappares, dulcia punica, zizipha, hyssopus, scabiosa, betonica, sed pistacia multo magis. Pinei vero nuclei maxime omnium,

Natura debilis nutrimentis non obruenda.

Pinei nuclei seni-bus commodi.

ſicut diximus Ex quibus plurimum referent adiumĕtum, ſi eos horas duodecim in aqua paulum calida teneant, prius quam edant. Sic enim ſtomacho non nocebunt. Ac prætereà, ſi dum his vtuntur et iam inter pineta & oliueta, viteſq verſentur, aut alte(m) pini vaporem accipiant, & odorem. Item gummi lacrymaque pini cum oleo, vel vino corpus ſæpe deliniant. Probabile enim eſt arbores longæ naturaliter vita dotatas præſertim ſi etiam hyeme vireſcant, ad longam tibi vitā vmbra, vapore nouo, fructu, ligno & tempeſtiuo quolibet vſu prodeſſe. De animalibus autem longæuis ſupra diximus. Iam vero ad idem tibi forte conducet, ſi viuas plurimum penes eos, qui ſani, tibi ſano natura ſint ſimiles & amici, ac magis forſan, ſi paulo iuniores. Vtrum vero & quomodo frequens adoleſcentum conſuetudo parumper ſenium retardare valeat, pudicus Socrates conſulendus.

Arbores longæuæ ad lōgam vitam proſunt.

Quæ adminicula ſenes à Planetis accipiant ad omnia membra fouenda. CAP. XIII.

VErum conſulite potius ſoliciti ſenes Apollinem, qui Socratem Græcorum ſapientiſſimum iudicauit. Cōſulite Iouem inſuper atq. Venerem. Phœbus ipſe artis medicinę repertor nucem muſcatam vobis fouendo ſtomacho dabit. Iupiter cum Phœbo maſtichen, atque mentham. Venus vero corallum. Fouendo rurſum capiti Phœbus pæoniam, thus, amaracum, & cum Saturno myrrham. Spicam nardi, macemque Iupiter. Venus deniq; dulce marathrum, atq; myrtum. Ad cor vero fouendum accipietis à Phœbo quidem citrariam, crocum, lignū aloes, thus, ambram, muſcum, doronicum, modicum garyophyllorum cirri corticem, cinnamomū. Ab Ioue lilium, bugloſſam, ozimum, & mentham, beeniaſque radices, & candidas pariter, & rubentes.

Remedia fouentia ſtomachū.

Caput.

Cor.

A Ve-

A Venere quidem sola myrtum & sandalum, atque rosam, vna cum Saturno coriandrum. Hæc vos condite diligenter. Et quæ stomachi sint, cydonicum oleo in formam ceroti conficite. Quæ vero capitis, oleo spicæ perfundite, ac illinite ceruicem, tempora, frontem. Quæ denique cordis, aureo vino spargite, aquaque rosacea, eaque foris præcordiis admouete. At iecur in primis creãdo sanguini necessarium, nescio quomodo prætermisimus. Huic ergo semper eupatorio & opobalsamo Phœbus opitulabitur. Pistaceis Iupiter atque passulis, Venus autem hepatica, endiuia, spodio, cicorea. Lieni tandem fouendo Saturnus ille vester vna cum Ioue capparim dabit vobis, scolopendriam, tamariscum. Sicut vesicam Iupiter cum Venere, pina, glycyrrhiza, amido, cucumeris seminibus, malua, althæa, manna, casia curat. Saturnum vero verendum pluribus, ne adeo vos fugite senes. Hic enim quam peregrinus est iuuenibus, tam vobis domesticus erit. Vt igitur totum ipsi quoque vobis corpus vegetet pro viribus, atque confirmet, accipietis nonnunquam ab eo regnante, pariterque à Phœbo muniam simul, & anseris assi pulpam, hæc anseris adipe modico delinite, contundite diligenter, myrobalanorum chebularum, atque Indarum melle concoquite, ambra, musco, croco condite, credentes medicinarum ad vitam conferentium veram esse fidem. Qua speretis & Deum supplicantibus vobis adspiraturum, & res ab eo creatas, præsertim cœlestes mirificam proculdubio ad augendam, vel conseruandam vitam habere potentiam.

Iecur.

Lienem.

Vesicam.

Corpus.

De confabulatione senum sub Venere per virentia prata. CAP. XIIII.

SEd à grauioribus his numinibus ad Venerem parumper vos per hortos & prata senes virentia re-

uoco Ad almam Venerem vos omnes aduoco non ludentem quidem vobiscum, sed iocantem. Hæc & vobis inquam, & mihi iam seni, primo quidem iocosum hoc fundit oraculum: *Ego filii (si nescitis) voluptate motuque vobis vitam dedi. Ego igitur voluptate quadam motuque, etsi non simili, vobis seruabo vitam. Eandem quoque seruabit libertate Liber vitis sator, propagator vitæ. Liber ipse semper odit seruos, & quam vino promittit vitam, solis liberis implet longam. Mea quidem vitæ simul atque menti quondam profuit regnante Saturno diminuta mentha, placetque quotidie. Vobis autem maior mentha menti vitæque prodest, diminuta nocet. Risum ex meis hortis legite, negligite ficum. Has vero violas quando carpitis, carpere vos existimate lilia, prehendentes lilium, comprehendere crocum. Crocum à Phœbo Iupiter ipse nactus propagauit in lilium. Lilium ego à Ioue suscipiens, in has, quas hic videtis violas transformaui. Denique rosa quidem vobis esto Lucifer, Hesperus vero myrtus.* Post oraculum nobis cogitandum, mandat rerum viridium naturam, quatenus virent, non solam esse viuam, sed etiam iuuenilem, humoreque prorsus salubri, & viuido quodam spiritu redundantem. Quapropter odore, visu, vsu, habitatione frequenti iuuenilem inde spiritum nobis influere. Inter virentia vero deambulantes interim caussam perquiremus, ob quam color viridis visum præ ceteris foueat, salubriterque delectet. Inueniemus tandem naturam visus esse lucidam, ac lucis amicam, volatilem tamen, ac facile dissipabilem. Idcirco dum per lucem se dilatat amicam, interdū nimio lucis excessu rapi prorsus, & vehementi dilatatione dissolui, tenebras autem naturaliter, velut inimicas fugere, ideoque radios in angustum inde retrahere. Optat vero visus ita perfrui lumine, vt per amicum hoc suum amplificetur quidem, nec tamen interim dissipetur. Iam vero in quocunq; calore plus admodum tenebra-

rum,

Veneris oratio ad senes.

Color viridis quare præ ceteris visum foueat.

rum,siue nigredinis est, quam lucis non dilatatur, nec ideo dilatatur radius visus ad votum Vbi vicissim plus admodum splendidi coloris est, quam nigri, spargitur latius, noxia quadam voluptate distractus. Quamobrem color viridis, maxime omnium, nigrum cum candido temperans, præstat vtrunq; delectans pariter, atq. conseruans & molli insuper, & adhuc tenera qualitate, sicut & aqua radiis oculorum absque offensione resistit, ne abeuntes longius disperdantur Quæ enim dura sunt simul & aspera, frangunt quodammodo radios: quæ vero rarissima sunt, dissolutioni aditum patefaciunt Sed quæ soliditatem aliquam habent, lenemque simul æqualitatem, sicut specularia corpora, nec ipsa quidē frangunt, neque longius disperdi permittunt. Quæ denique præter hęc beneficia, tenera quoque sunt, & mollia, sicut aqua, resque virides, liquidis oculorum radiis mollitia blandiuntur. Denique visus radius quidam est, in quadam oculorum aqua naturaliter nobis accensus, ac temperatum lumen in aqua quodammodo resistente requirit. Itaque gaudet aqua, delectatur speculis similibus, viridibus oblectatur. In quibus sane viridibus Solis lumen insitum adhuc vernum secum habet humorem aquamq subtilem occulto quodam lumine plenam. Ex quo fit etiam, vt color viridis quum tenuatur, in croceum resoluatur Quorsum hæc? Vt intelligamus frequentem viridium visum, siquidem visus spiritum recreat, qui in animali spiritu quodāmodo præcipuus est, animalē quoq. reficere Atq. etiam meminerimus, si color viridis, quia inter colorum gradus medius, atq. temperatissimus est, tantum animali spiritui prodest, multo magis quæ per qualitates tēperatissima sunt, naturalem & vitalem spiritum in natura, atque admodum nobis profutura ad vitam. Nihil in mundo temperatius est, quam cœlum, nihil sub cœlo ferme

Cur viridis color in croceū desinat.

Temperatissima quaq; ad vitam prosunt.

temperatius est, quam corpus humanum, nihil in hoc corpore temperatius est, quam spiritus. Per res igitur temperatas vita permanens in spiritu recreatur. Spiritus per temperata cœlestibus conformatur. Denique discamus ex temperie viridis, quæ illuminando æque congregat animalem spiritum, atque dilatat, ideoque maxime iuuat, nos quoque in cordialibus eligendis, componendis, vtendis, aromatica, subtilia & acuta quæ spiritum extendere, vel etiam illuminare solent, quod facit crocus, atq; cinnamomum cũ aromaticis semper stypticis congregantibusque, seu myrobalanis & similibus commiscere, atque vicissim. Neq; prætermittere, quæ absq. acumine etiam aromatico simul vtrunque conficiunt, aliquanto videlicet dilatant, atque admodum congregant, multumque illuminant, quæ & alias narrauimus, quod efficit aurum, argentum, spodiũ, corallus, electrum, sericũ, pretiosi lapilli, inter quos hyacinthus vel ore detentus ob Iouialẽ temperiem plurimum comprobãtur. Quum enim sub terra nequeãt speciosissima, & quasi cœlestia procreari absque summo quodam beneficio cœli, probabile est rebus eiusmodi mirificas cœlitus inesse virtutes. Compositio vero eiusmodi, quæ dilatando & illuminando spiritũ, æque congregat, ita delectat eum, intrinsecus, atque recreat, sicut foris viriditas oculos, atque ipsum etiam apud senes in naturali quadam viriditate diutissime seruat, quasi laurum, oliuam pinum, etiam hyeme virentem. Tantoq; magis id efficit, quo efficit & interius, atque maxime si compositio talis aromatico flagret odore, alliciatque sapore. Profecto sicut corpus ex crassioribus humorum partibus compositum, in quintam redigitur formam ita spiritus ex subtilissimis eorundem portionibus constitutus, formam habet quintam naturaliter temperatissimam, atq; lucidam, ideoq; cœlestem.

Cur in cordialibus componendis aromatica & subtilia stypticis & congregantibus misceamus.

cœlestem. Atq; in hac ipsa forma conseruandus est, vt subtilis quidem sit, & interea firmus, sicut diximus. Sit omnino lucidus, sed etiam quodammodo solidus. Ac præterea rebus odoriferis, firmis, lucidis, assidue foueatur, si vitam cupimus conseruare, quæ viget in spiritu, & vendicare nobis cœlestia dona. Hæc hactenus iussu Veneris contemplati, Venerem ipsam audiuisse putemus.

Spiritum qualem esse oporteat, eumque conseruare.

Prosopopœia Mercurii, senibus consulentis circa voluptatem, odores, cantus, & medicinas.

CAP. XV.

INterea dum inter senes ipsa quasi Venus confabularetur, forte quidem hactenus satis belle, deinceps vero prolixius forsan fabulatura foret, Sermonem hunc his Mercurius vocibus, sermonum auctor interpellat. *Quidnam vobis est cum Venere istac semper puella senes? Quid rursum Veneri cum sermonibus? Nonne mei simul, atque vestri sunt sermones? Mea ratio pariter atq; vestra? Audite me igitur eadem nunc attentione, qua illam, & multo maiore insuper attentione, quam Venerem. Quinque scitis esse sensus, visum, auditum, olfactum, gustum, tactum. Esse rursum quinque (vt ita dixerim) discite rationes. Dum enim per quinque sensus quotidie imbuitur vobis animus, rationesque inde rerum ipse concipit, interea notiones habitusque ad res iudicandas quinque, tanquam rationes quinque resultant. Præterea sicut quinque hinc quidem sunt sensus, inde vero quodammodo rationes, ita vitæ tenor quinque gradibus circa sensum rationemque disponitur. Vnde quinque numerantur ætates. Prima quidem sensu tantum trahitur. Secunda sensu magis admodum allicitur, quam ratione ducatur. Tertia post hæc alternis pariter rationis & sensus persuasionibus agitur. Quarta, ratione potius, quam sensu ducitur. Quinta tandem ratione tantum regi debet. Prima igitur ætas, atque secunda, tanquam subiecta Veneri, Venerem si placet loquentem audiat, reli-*

Sensus quinq.

Rationes quinq.

Ætates quinq.

Priores duæ Venerem, reliquæ Mercurium audiant.

quæ vero Mercurium. Ego igitur reliquos vos omnes eloquor, non pro me quidem tantum, sed pro Diana etiam hac, quam ad sinistram meam cernitis: nempe quum hæc elinguis sit, ego vero bilinguis, iure pro hac ipsa, cuius ego linguam habeo, loquor. Vnam profecto, noxiamq; Venus vobis indidit voluptatem, qua noceret quidem vobis, prodesset vero futuris, exhauriens paulatim vos per latentem quandam quasi fistulam, aliudque vestris coloribus implens, atque procreans, vos tandem quasi vetustum quoddam spolium cicadarum, iam exhaustum humi relinquens, cicadæ interim teneriori prospiciens. Nonne videtis, quod Venus de materia vestra generat esse recens quiddam & viuum, sensuque præditum? Surripit ergo vobis iuuentutem, & vitam, atque sensum, ex toto, inquam, corpore, per totius voluptatem, vt efficiat inde totum. Ego interim materiæ illius, quæ quartæ digestioni superest, qualitate monitus, vos commoneo, alimenta similiter quarta digestione cocta plurimum vitæ vestræ succurrere. Ouum recens videlicet integrum & sorbile, vna cum sacchato, exiguoque croco, lac humanum, vel suillum vel caprinum cum pauculo melle sumtum. Atque hæc duo tunc salubriora sunt, quando natiuo adhuc calore flagrant. Et si ouum aliam mox cocturam desiderare videtur, præsertim in stomacho minus valido, sed leuiter est coquendum. Verum, vt parumper ad Venerem redeamus, si quando vidistis Venerem, iuuenilem admodum vidistis, & quasi meretriciis fucis & ornatibus expolitam. Hæc ergo, quæ noua semper est, noua semper affectat, odit vetera, facta destruit, vnde construat facienda. Hæc rursum (si dictu fas est) quasi meretrix non vno quouis est contenta viro, vulgus amat, & (vt dialectice loquar) speciei passim potius, quam indiuiduo suffragatur. Iam vero neque tactu tantum vos præcipitat, sed etiam gustu fallit quotidie, perditque deceptos. Quos enim vos in rebus sapores percipitis, mediocri quadam temperie gratos, hos Diana, hac Apollinis Iouisque munere tradidit. Illecebras vero saporum miras, quibus quotidie velut hamo capti clam miseri vitam perditis, Venus insidiosa.

Venus nobis vitam, sensum & iuuentutem surripit.

Venus noua semper affectat, non vno contenta viro.

Venus & gustu & tactu fallit.

insidiosa fabricat. Quid igitur Martem incusatis? Quid Saturnum? Mars quidem raro admodum vobis palamque nocet. Saturnus quoque, sæpius vobis se profitetur hostem, nocet tardius, tempusque remedium nulli negat. Sola Venus palam ut amica venit, clam inimica venit. Hanc incusate potius, si quem inter superos incusare licet. Ad multiplices huius insidias, tum oculis Argiuos ipsos instruite, tum Palladis clypeo vos munite. Aures autem ad blandas pollicitationes eius, tanquam ad lethales Syrenum cantus obstruite. Hunc denique prouidentiæ florem à me accipite, quo Circes huius veneficia deuitetis. Hæc vobis duas vix tandem, & has quidem lethiferas pollicetur voluptates potius, quam largitur, ego vero beneficio patris, atque fratris, quinque promitto vobis, quinque præsto, puras, perpetuas, salutares, quarum infima est in olfactu, superior in auditu, sublimior in aspectu, eminentior in imaginatione, in ratione excelsior, atque diuinior. Quæ maior delectatio in tangendo percipitur, atque gustando, eo vitæ grauius frequenter accidit detrimentum. Contra vero quanto maiorem in olfactu voluptatem, & auditu, atque visu, item imaginatione, & sæpe ratione quotidie reportatis, tanto fila vitæ longiora producitis. Verum sicut in blandimentis tangendi atque gustandi cauendam vobis subdolam admonui Venerem, sic in ipsa secretiore, nimisque assidua contemplatiuæ mentis delectatione cauete Saturnum: illic enim frequenter filios ipse suos deuorat. Nam quos sub limiorum contemplationum suarum rapit illecebris, & illic agnoscit, ut suos interitura (si modo diutius gradum ibi sistant) falce quadam è terris amputat, terrenamque incautis vitam sæpe surripit. Hoc saltem Venere interim indulgentior, quod Venus quidem vitam, quam tibi detrahit, donat alteri, nihil tibi pro detrimento restituens. Saturnus autem pro vita terrena, à qua separatus ipse, te denique separat, cœlestem vitam reddit, atque sempiternam. Hoc ipso similes esse videntur inter se Venus, atque Saturnus, qui sane quàm Aquario gaudet, tam regnat in libra, quod homines & hic, & illa generandi libidine vexat, nocetque vexatis, ut inde posteritati prosit.

Veneris voluptates duæ lethiferæ, Mercurii quinque perpetuæ.

Saturnus filios suos deuorat.

Sed hæc quidem fœcundat corpus, stimulatq; fœcundum. Illa mentem suo semine grauidam urget ad partum. Vos igitur prouerbii memores: Ne quid nimis assiduis, assiduis prudentiæ frenis parturientis vtriusq; libidinem cohibete. Tamen si multo citius grauiusq; ille lædit, quos tædio, torpore, mœrore, curis, superstitione premit, quam quos supra vires corporis, moresque mortalium eleuat ad excelsa. Omnino vero seruate moneo, quod æquus Iupiter Pythagoram docuit, & Platonem, humanam vitam in quadam æquali anima ipsius cum corpore proportione seruari, vtrunq; suis quibusdam alimentis, & exercitationibus ali, ac similiter augeri. Si quis alterutrum educatione præcipue sua multo robustius altero tandem efficit, non mediocrem facit vitæ iacturam. Propterea quicunq; inter res Medicorum arte laudatas potissimum eas eligit, quæ corpori simul & ingenio prosunt, maximum vitæ sibi vendicat adiumentum. In earum vero numero vinum, mentham, myrobalanum, muscum, ambram, Zinziber recens, thus, aloem, hyacynthum, similesq; lapillos, herbasve consimiles esse putate, & quæ ad vtriusq; vtilitatem à Medicis pariter componuntur. Sed longioribus his quandoq; interceptis ambagibus, ego quoq; Medicus huc accessi. Si sapores ex rebus acceptis non vltra viuentibus, item odores ex aromatibus iam siccis, vitaque vacuis, multum ad vitam conferre censentur: quidnam dubitatis odores ex plantis, radicibus adhuc suis hærentibus, viuentibusque, mirum in modum vitæ vires accumulaturos? Deniq; si vapores exhalantes ex vita duntaxat vegetali magnopere vitæ vestræ prosunt, quantum profuturos existimatis cātus aerios, quidem spiritu prorsus aerio, harmonicos harmonico, calentes adhuc viuosq; viuo, sensu præditos sensuali, ratione conceptos rationali? Hanc ergo vobis à me fabricatam trado lyram, cantumq; cum ipsa Phœbeum, solamen laborum, diuturnæ vitæ pignus. Sicut enim res qualitate temperatissimæ, simulq; aromaticæ, tum humores inter se, tum spiritum naturalem secum ipsæ contemperant, sic odores eiusmodi vitalem spiritum, sic rursum similes quoq; concentus spiritum animalem. Dum igitur fides in

Vita humana in æquali animæ cum corpore proportione consistit.

Corpori simul & ingenio commoda.

des in lyra sonosque, dum tonos temperatis in voce, similiter spiritum vestrum intus contemperari putate. Ac ne ipse Venere sim auarior quæ sine Baccho friget, ab hoc ipso Libero patre per me nectar hoc accipite. Qui præcipue inter vos frigent, temporibus similibus bis septimo quoq; die uncias vernacci, vel ma'uatici dulcis meri duas sumant, cum una pacis uncia, tribus ante mensam horis. Semel autem drachmam unam sublimis aquæ destillantis ex vino cum Iuleb rosacei semuncia. Quo quidem liquore illinire etiam cutem, & ad olfactum utiscommodissime possunt. Atque ut post eiusmodi nectar Ambrosiam quoque vobis afferam, hanc insuper acceptam ab Ioue largior medicinam. Quatuor myrobalanorum uncias accipite chebularum, tres rosacei sacchari, conditi zinziberis hyeme quidem unciam, æstate vero semunciam. Tria hæc cum emblicarum melle concoquite suauiter, septemq; auri foliis exornate. Ieiuni bolum ante prãdium quatuor horis accipite. Anno saltem integro quotidie id assumite, ut inde velut Aquilæ renouetur vestra iuuentus. Hactenus quasi Mercurium locutum existimemus.

Medicamẽta sensi ad renouandam iuuentutem.

Confirmatio superiorum & vitandi coitus assiduaque cogitationis præcepta. CAP. XVI.

ASTrologi Venerem & Saturnum inimicos inuicem esse ferunt. Quum vero in cœlo, vbi omnia amore mouentur, vbi defectus est nullus, odium esse nequeat, inimicos, id est, effectu diuersos interpretamur. Mittamus in præsentia reliqua. Ecce nũc Saturnus quidem nobis in centro, Venus autem in circumferentia posuit voluptatem. Voluptas vero spirituum esca quædam est. Igitur ex opposito Venus atq; Saturnus spiritus nostri volatum aucupantur. Illa per voluptatem suam allicit ad externa, hic interim per suã ad intima reuocat. Distrahunt itaq; spiritum, si ferme eodem tempore moueant, atque dissipent. Quamobrem nihil contemplatori vel curioso pestilentius, quã venereus actus, nihil vicissim

Voluptas esca spirituum.

Vita theoretica pestilentius nihil quã Venus.

hunc sectanti alienius, quam cura & contemplatio esse potest. Contemplatorem vero physicum religiosumq; eodem in gradu connumeramus. Et grauissimum quelibet in negotiis suis valde cogitabundum grauibusque curis obnoxium. Hinc rursus efficitur, vt si quem Saturnia, vel contemplatione nimium occupatum, vel cura pressum leuare interim & aliter consolari velimus, per venereos actus, ludos, iocos, tentantes tanquam per remedia longe distantia, frustra atq; etiam cum iactura conemur. Atq; vicissim si quem venereo vel opere perditum, vel ludo iocoque solutū moderari velimus, per Saturnum seueritatem emendare non facile valeamus. Optima vero disciplina est, per quædam Phœbi Iouisque, qui inter Saturnum Veneremque sunt medii, studia similiaque remedia homines ad alterutrum declinātes, ad medium reuocare. Sed vt tandem simus medici. Sicut flamma duobus communiter modis violentis exstinguitur, aut velut d flatu ventis, aut contra quasi compressa cineribus, sic spiritum vel celeriter effectu venereo dissipamus, vel sensim Saturnio suffocamus, ac sæpe exprimimus comprimendo, pariterq; resoluimus. Spiritus vtiq; frequenter ad extima volans, intima reddit, vel vacua, vel aliena vitæ. Sed ad intima sæpe coactus, cetera circum membra prȩstat vitæ minus idonea Citam igitur senectutem, tum Venus interioribus nostris tum Saturnus exterioribus infert. Venus quidem præcipue, vbi ex quouis eius motu facile corpus debilitatur, atque labascit. Saturnus quoq; potissimum, quando ex quocunque contemplationis officio, vel cura, labore, ingenii corporisq; vires labefactantur, etsi vel qui ad contemplationem, vel qui ad libidinem natus est, plerunq; ad suum vterq; officium est natura fortissimus. Natura enim sæpe coniungit cum voluptate simul, & facilitate potentiam.

Simile ab exstinctione flammæ.

Et Venus & Saturnus senectutem citam, inferunt.

tiam. Vnusquisque igitur se cognoscat, suiq. ipsius moderator, ac medicus esto. Coitum quidem frequentaturi ceteros consulant. Ego vero exercitatuis ingenium libro etiam superiore consului, deniq. omni diæta omnibus remediis vti debent, quibus membra, spiritus, sensus, ingenium, memoria confirmentur, cogitationes per interualla repetere, nec exspectare, vel minimum ex cogitatione laborem, maxime vero quam primum canescunt, quamuis nonulli sint, qui non tā debilitate naturæ, videlicet adhuc iuuenes canos emittunt, quam vel ægritudine, vel ægrotatione aliqua præcedente, aut etiam parentum similitudine, à quibus scilicet iam canescentibus fuerint generati.

Cani in iuuenibus vnde.

Medicinæ senum, & de habitatione iterum, atq. diæta. CAP. XVII.

CHaldæorum regula est forte probāda ad iuuentutem recuperandam, peregrinos humores imbibitos corpori expurgare gradatim, tum interiores competentibus medicinis, tum exteriores frictionibus & lauacris prouocationibusque sudoris, intereaque salubribus duraturisque alimentis paulatim corpus implere. Sunt autem qui trochiscis quibusdam ex vipera factis, vel helleboro præparato, promittunt humores omnes putridosque veteres prorsus educere. Quibus expurgatis & humore rursum saluberrimo alimentis salutaribus recreato, restituere iuuētutem. Et qui cautiores sunt, helleboro gallinas pascunt, hominem vero gallinis. Eiusmodi vero curationem tanquam periculosam in iuuentute arbitror, potius quam in senectute tentandam, ne forte iuuentutem illam à Medea Peliæ seni promissam experiamur. Nam & iuuenes medicinis exquisite purgantibus cito senescere Hipp. asserit. Sed vbi diæta non sufficit, clystere, vel manna,

Regula Chaldæorum ad recuperandam iuuentutem.

Purgatio ex helleboro periculosa.

vel aloe præsertim lota securus vteris. Si tibi sit aluus adstrictior, manna cum iure caponis myrobalaniq. virtute. Sin minus, hac te iuuenem etiam in senectute purgatione seruabis. *Sume unciam lotæ aloes vnam, myrobalanorum emblicarum drachmas duas, chebularum quoq; tantundem, duas item rosarum purpurearum, masticis quoque tantundem, maluatico vino confice pillulas, quando Luna feliciter collocata, propitio fruitur Iouis aspectu præsertim si domicilia fixa possederit, vel ipsa, vel Iupiter* Hæc enim ad diuturnitatē vitę magnopere conferunt. Potes etiam vtiliter rheubarbarum hic cum aloe cōponere, scilicet dimidiam aloes partem dimidiam rheubarbari, & quoties opus fuerit, vnam mane sumere pilulam ad tres vsque, vel quinque, modicūq. insuper vinum bibere. Vbi vero pituitam magis times, potes cōmode in his pilulis trochiscorum agarici tertiam partē accipere, vna cum tertiis aloes duabus, omisso rheubarbaro. Sed primā illam ego iam multis annis pilularum compositionem omni ætati experior esse tutissimā. Eadem hora confectionem eiusmodi facito *Sume myrobalanorum emblicarum, belliricarum, Indarum, chebularum, vnciam vniuscuiusq; vnam, cinnamomi vero duas, vnam quoq; doronici rosarum purpurearum vnam, sandalorum rubeorum duas, vnam croci drachmam, tertiam drachmæ partem musci, ambræ tantundem, candidum post hæc cum aqua rosacea succoq; citri fundito saccharum, coque, ac bolos, aureque inuolue.* Hoc ante prandium quatuor horis sumentes, atq; dantes, vtiliter experti sumus ad virtutem corroborandam, ad illustrandum spiritum, atq firmandum. Maxime vero proderit, si paulū quid insuper vini aurei biberis. Proderit & sæpe calefactū panem aureo mero, & rosacea aqua perfundere, & modico insuper cinnamomo, saccharoq. vberiore condire. Frequenter etiam duo hæc cum lacte amygdalino & modico pane miscere, nam eiusmodi mixtiones

Purgatio tutissima.

naturam

naturam referunt lo .ialem Præter omnia, quæ in superioribus explicauimus, vel saltem significauimus, ab iis omnes vrbani diligenter cauere debent, æstu, gelu, quolibet vel post calorem frigore, vel nocturno, nebulis, ventis, vel ex palude flātibus, vel irrumpentibus ex angusto, locis itē vbi aer vel mouetur violentius, vel nullo modo mouetur. Habitatione quauis humidiore, fœtore, mœrore, torpore. Diligentius autem Mercurii sectatores, diligentissime senes Qui præterea postquam mane corpus totum leuiter perfricuerint, delinient ipsum aduersum aeris & laboris incommoda, calente oleo, vel vino quopiam subamaro, cui prius infuderint myrrham, & rosam, atque myrtum Saluiam frequenter ore ferāt, neruis ac dentibus amicissimam Et quando dentium vitio liquida, velut infantes, alimenta repetere cogantur, mollissima caueāt. Lac quidem vino referant moderato Vtantur igne duntaxat vt medicina, quantum videlicet expellendi frigoris & suscitādi caloris innati necessitas postulat, alioquin tanquam edace humorem naturalem exsiccaturo. Solem vero quoad delectat, sequantur vt alimentum, destillatione vitata, & æstu similiter declinato. Faciles quidem motus diligant, excitando calori admodum necessarios Labores autem corporis oderint, & multo magis animi, nec minus longam sitim, & inediam, atq; vigiliam.

Senum habitatio, diæta atq; exercitia.

Quatenus igni vtendum senibus.

De nutrimento spiritus, & conseruatione vitæ per odores. CAP. XVIII.

Legimus in calidis quibusdam regionibus, ac plurimo passim odore fragrantibus, multos gracili corpore, & imbecillo stomacho, quasi solis odoribus ali: Forte quoniam ipsa natura loci, tum herbarum, & frugum, atque pomorum succos ferme totos redigit in odores, tum corporum humanorum

Solis odoribus, cur quidam nutriātur.

humor est, illic resolvit in spiritum. Quum igitur vtrique, videlicet et odor & spiritus sit vapor quidam, & simile simili nutriatur nimirum & spiritus, & spiritalis homo plurimum ab odoribus accipit alimentum. Nutrimentum vero, qualecunque id sit per odores, siue fomentum apprime senibus & gracilibus necessarium est, quo defectum alimenti solidioris, atque verioris vtcunque compensare possimus. Ambigere tamen nonnulli solent, vtrum spiritus odoribus nutriatur. Ego autem opinor solis fortassis ita nutriri, vt nisi alimenta quæ crassa sunt, digestione tandem in vapores extenuentur, spiritus ipse, quem diximus vaporem esse, nullum illinc suscipiat nutrimentum. Itaque vinum odore plenum, spiritum subito recreat, quem cetera vix tandem reficere possunt. Vaporem vero illum, in quem cibi cocti denique transferuntur, ideo appellamus *odorum* quoniam & odor vbique vapor quidam est; & hic tractus intus ex alimentis vapor nisi spiritui quodam odore placeat, vix vllum spiritui exhibet alimentum. Quamobrem Auicennam nostrum valde probamus, dicentem, *corpus quidem dulcedine, spiritum vero quadam (vt eius verbis vtar) aromaticitate nutriri.* Quoniam crassitudo corporis non nisi crassa natura, qualis est in dulcedine, coalescere valeat. Tenuitas vero spiritus non alio, quam fumo quodam, atque vapore, in quo aromaticitas ipsa viget, refici possit. Aromaticam vero qualitatem dicimus odoratam, & acutam, & quodammodo stipticam. Proinde quoniam iecur quidem corpori per sanguinem alimentum præstat, dulcedine plurimum augetur. Cor autem quia & creat spiritum, & spiritui procreat alimentum, merito desiderat aromatica. Expedit tamen & aromatica pro corde condiri dulcedine, & dulcia pro iecore aromaticis commisceri, dulcedinemq. interea nimiam euitare. Quid plura? Galenus

Spiritus vtrum odoribus nutriatur?

Iecur dulcedine augetur.

Cor desiderat aromatica.

lenus ipse secutus Hippocratem, spiritum nō solum odore putat nutriri, sed aere. *Aere, inquam, non simplici, sed potius opportune permixto* Quibus quidem si fidem habebimus, nec alimētorum, nec rei vllius delectum magis ad vitam necessarium, quā aeris nobis accommodati, esse censebimus. Aer enim & inferiorum, & cœlestium qualitatibus facillime semperq. affectus & immensa (vt ita dixerim) amplitudine circunfusus, perpetuoq motu nos vndiq penetrās, ad suam nos mirabiliter redigit qualitatem, præsertim spiritum, præcipue vitalem, in corde vigētem, in cuius penetralia tum assidue influit, tum repente sic protinus afficiens spiritū, vt est affectus, perq. spiritum vitalem, qui & materia, & origo est spiritus animalis, pariter afficiens animalem Cuius quidem qualitas maximi momenti est ingeniosis, eiusmodi spiritu plurimum laborantibus. itaque ad nullos potius, quam ad eos attinet puri luminosiq. aeris. odorumque delectus, atq; Musicæ Hæc enim tria spiritus animalis fomenta præcipua iudicantur. Potissimus vero ad vitam est aer electus. Nam octauo mense nati in Ægypto plurimi viuunt, & nonnulli in plagis Græciæ temperatis saluberrimi aeris beneficio, quod Aristoteles narrat, & Auicēna confirmat. Sed profecto sicut corpus ex variis compositum, variis (quamuis non eadem immensa) nutriendum est alimentis, ita spiritus similiter compositus varietate quadam aeris semper electi oblectandus est, atque fouendus. Simili quoque electorum varietate quotidie recreandus. Nā aer & odor quasi spiritus quidam esse videntur. Iam vero Alexander & Nicolaus Peripatetici vna cum Galeno concludunt, *spiritum vitalem & animalem ideo nutriri, tum odore, tum aere, quoniam vterque mixtus est, atque consormis, & vtrumque haustum in præcordia penetrare, ibi torqui temperarique ad vitam, perq; arterias diffundi. Vbi vterq;*

Spiritus nutritur aere.

Aeris præstantia.

Tria spiritus animalis fomenta.

Spiritus vitalis & animalis, cur nutriantur tū aere, tum odore.

coctus iterum nutrit spiritum (vt aiunt) vtrumq., praecipue animalem. Aiunt etiam *spiritatum aerem non solum refrigerando calori prodesse sed etiam nutriendo. Nam & animalia etiam valde frigida spirant.* Addunt *aerem crassiorem spiritui naturali tanquam magis corporeo conuenire: subtilem vero, purum, lucidum, spiritui potius vitali potissimum animali* Neque mirum videri debet, spiritum adeo tenuem rebus quoque tenuibus ali. Siquidem & pisciculi multi aqua nitidissima nutriuntur, & ozimum in aqua simili viuit, crescit, floret, redolet. Mitto quibus elementis chamæleontē & salamandram nutriri ferant Redeamus ad nostra. Interest certe quam plurimum qualem spiremus aerē, quales hauriamus odores. Talis enim & spiritus in nobis euadit. Eatenus vero nos anima per vitam vegetat, quatenus spiritus harmoniam seruat, cum anima continentem Spiritus quidem in nobis primus viuit, & maxime, & quasi viuit solus Nonne repentino quodam casu, vel affectu, vita, sensus, motus, subito membra deserunt, regresso videlicet ad cordis penetralia spiritu? & sæpe statim reuertuntur ad membra, perfrictiones & odores illuc spiritu redeunte, quasi vita in eo spiritu videlicet reuolatili potius insit, quam humoribus aut membris. Alioquin propter horum crassam tenacitatem tardius admodum accederet vita membris, atque recederet. Quicunque igitur vitam in corpore producere cupitis, spiritum in primis excolite, hunc augete nutrimentis sanguinem augentibus, temperatum videlicet, atque clarum, hunc aere semper electo fouete, hunc quotidie suauibus odoribus alite, hūc sonis, & cantibus oblectate, sed interea odores cauete calidiores, frigidiores fugite, capessite temperatos, frigidos calidis, siccos humidis temperate Odorem vero omnem, quia pars corporis subtilissima est, scitote nonnihil habere caloris, atque ex rebus,

Pisces nutriuntur aqua.

Qui odores captandi?

Odor omnis calidus.

rebus, quæ ipsæ nutriunt, odores potius sperare nutritos, vt ex aromatico pyro pomoque Persico, similiq; pomo, magis autem recente pane, calente, maxime carnibus assis, quam maxime vino: atque si vt sapor, qui mirifice placet, plurimi velocisque nutrimenti caussa est, vel occasio corpori, sic odorem ad spiritum se habere putate. Commemorare vobis iterum placet Democritum iamiam exspiraturum, vt obsequeretur amicis, spiritũ ad quatriduum vsq; olfactu calẽtium panum retinuisse, vlterius etiam, si modo placuisset, spiritum seruaturum. Sunt & qui dicunt id mellis odore fecisse. Ego, si modo vsus est melle, existimo illum mel vino liquefactum albo, calentibus panibus infudisse. Neque enim spernendus est mellis odor. Flos namque florum mel exsistit. nec parum nutrit ipsa dulcedine, ac diu qualitate sua res integras à putrefactione tuetur. Itaq; si quis nouerit hoc etiam ad cibum ita vesci, vt nec dulcedine nimia meatus oppleat, nec tali quodam calore bilem exaugeat, certum habebit, longioris vitæ subsidium. Saltem igitur condimentum hoc frigidis & humidis adhibete. Verum vt vos reuocem ad odores. Vbicunq; suffocationem compressionemque spirituum nimiam extimescetis, quod mœror frequens torporque portendit, odores circunfusos amate. Vbi vero fugam exhalantium spirituũ expauescetis, odores potius infusos nutrimentis accipite. Et si quid odorum præterea foris sumitis, velut clypeum costis duntaxat admouete sinistris. Nonne videtis quam repente sursum vel deorsum ad odores se matrix ipsa præcipitet? quam velociter ad os, ad nares spiritus aduolet, suauis odoris esca pellectus? Vbi igitur spiritus vel exiguus, vel fugacissimus esse deprehenditur, quod pusillanimitas sæpe declarat, corporisq. debilitas, vel parua de caussa multa contingens, odoribus nõ tam extrinsecus

Odor panis & mellis ad quatriduum vitam prolongãt.

Odor in lipothymia res præstantissima.

obiectis,quam intrinsecus iniectis allicite, imo potius pascite, retinete. Odorē vero vini ante omnes eligite. Multum namque nutrit spiritum, odor exhalans ex natura tum plurimum & velociter nutriente corpus,tum voluptate sensum afficiente. Tale vero vinum est prę ceteris calidum,humidum & odorum,atq clarum. Tale etiam saccharum esse dicitur,si sumat odorem. Cinnamomum quoq.simile & doronicum,anisumque & dulce marathrum,si acumini suo ad exiguam dulcedinem adderent ampliorem. Sed quam temperiem natura nō fecit,vobis ipsi conficite. Et quoties distractionē spirituum formidatis,calidiorib. acutioribusq; & subtilissimis adhibete,quæ cohibere parumper volatū spiritur,ac sistere valeāt, seu croco, garyophyllis, cinnamomo, adustum panem, rosaceam aquam, acetumque rosaceū,myrtum,violam,sandalum, coriandrum, cydonium pomum,atque citrum. Hordeo vero camphoram,vbi contra caniciem est agendum. Recentem vero semper mentham diligo, menti etiam salutarem,spirituique tutissimam. Denique mementote res omnes veneno contrarias, esse vitæ admodum salutares,non gustu tantum, sed etiam odoratu,maxime theriacam. Has vero in libro contra pestilentiam enarrauimus, narrabimus, & in libro sequenti. Inter eas autem, ne quid vos lateat, numeramus & vinum. Nam sicut homini venenum est cicuta,ita cicutæ vinum,non simul quidem,sed paulo post ebibitum. Ac ne solis odoribus vos hic alliciam,componendum vobis mando electuarium, quotidie mane gustandum, olfactu gustuque suaue,& vitæ admodum salutare. Accipe tres chebularum vncias,vnam emblicarum, & indarum vnam, vnamque belliricarum,semiunciam vero doronici, cinnamomi vncias duas,croci drachmam vnam, ambræ partem drachmæ tertiam, musci quoque tan-

Odor vini optimus.

Res veneno contrariæ vitæ sunt admodum salutares.

Electuarii odorifici compositio multiplex.

tundem Contundite diligenter, tātum rosacei sacchari adhibete, quantum gustui satisfacit. Sandalorum rubentium quantum sat est colori: mellis item emblicarum, vel chebularum, quantum molli expedit electuarii formę. Aurifolia totidem quot prędictæ sunt unciæ. Ubi vero difficilior est compositio multiplex, experti sumus simplicem hanc optimam esse, scilicet ex chebulis, marathro dulci, sacchato, aqua rosacea liquefacto, sumtam vero tum ieiuno stomacho, tum post cœnam. Memineritis autem myrobalanos conditas meliores esse, siccas vero saltem diem integrum oleo amygdalarū dulcium, vel butyro vaccino prius infundite, quam conficitis. Probat & Avicenna vobis confectionem ex emblicis atque Indis cum melle anacardorum, coctoque butyro. Item chebulas cum zinzibere & squama ferri & potius auri. Probat item Petrus Aponensis compositionem ex croco, mace, castoreo, per partes acceptis, atq; contusis, & vino commixtis Unde affirmat *vitam etiam propemodum moribundis produci cōsueuisse.* Denique Haly Astrologus medicusq; excellens asserit usu tripheræ similiumq; rerum vitam effici longiorem. In omni vero triphera myrobalanus fundamentum est, sed hanc superant subtilibus quibusdā, atq mollibus, pręsertim ubi siccior est myrobalanus, ut & penetret, nec meatus obstruat, nec aluū exsiccet nimiū vel adstringat. Cū vino pręterea commodissime utimur, sed modico, ne forte diluat. Compositionem vero Petri, quam modo narrabā, si modo utilis est, arbitror olfactu potius, quam potu utilem fore.

Simplex.

Myrobalani meliores quæ?

Magorum medicina pro senibus. CAP. XIX.

MAgi stellarum obseruatores, ad Christum vitæ ducem stella duce venerunt, pretiosum vitæ thesaurum offerentes, aurum, thus, & myrrham,

tria dona pro tribus planetarum dominis stellarum Domino dedicantes. Aurum quidem pro temperamento Iouis maxime omnium temperatum. Thus autē pro Sole præcipue Phœbeo calore simul odoreque flagrans. Myrrham denique firmantem corpus, atque confirmantem pro Saturno omnium firmissimo planetarum. Huc igitur omnes ad sapientes Magos venite senes, munera vobis quoq; vitam productura ferentes, quibus auctorem vitæ quondam venerati traduntur. Venite senes, inquā, senectutem grauiter tolerantes. Venite & vos præterea quoscunque senectutis propemodum aduentantis formido solicitat. Accipite precor alacres vitalia dona. Sumite vncias quidem thuris duas, vnam vero myrrhæ, auri rursum in folia ducti dimidiam drachmæ partem, contundite tria simul, conflate, confundite in pilulas, aureo quodam mero, idque tunc opportune conficite, quando Diana propitio Phœbi vel Iouis gaudet aspectu. Sumite posthac thesauri tanti aurora qualibet portiunculam, ac exiguo perfundite meri potu, nisi forsan incaluerit æstas, tunc enim aquam rosaceam bibere præstat. Si quis autem inter vos calorem quouis tempore magis metuat, is myrobalanum, chebulam, aut emblicam, æqualem ad thuris myrrhæque & auri simul pondus adiiciat. Hoc humorem proculdubio naturalem a putrefactione tuebitur. Hoc humoris resolutionē longius propulsabit. Hoc tres in vobis spiritus, naturalem, vitalem, animalem fouebit, confirmabit, corroborabit. Hoc rursum vegetabit sensum, acuet ingenium, memoriam conseruabit.

Dona vitalia magorū, aurum, thus & myrrha.

De periculis vitandis ex quolibet vitæ septenario imminentibus. CAP. XX.

QVum Astronomi singulas deinceps diei horas Planetis ordine singulis distribuerint, similiterq;

terq; septem hebdomadę dies, atq. in ipso fœtu per mēses digesserint officia planetarum, cur nō etiam per annos eadē disponamus? vt quemadmodum infantem in aluo latentem rexit primo mense Saturnus, vltimo Luna: sic statim natum ordine iam conuerso, primo ipsius anno ducat Luna, secūdo (si vis) Mercurius, tertio Venus, quarto Sol, quinto Mars, sexto Iupiter, septimo vero Saturnus, atque deinceps ordo per vitam similis repetatur. Itaque in septimo quolibet vitæ anno fit in corpore mutatio maxima, ideoque periculosissima, quandoquidem & Saturnus nobis communiter est peregrinus, & ab eo tunc planetarum summo ad Lunam euestigio planetarum infimam gubernatio redit. Hos annos Astronomi Græci *Climactericos* nominant, nos *scalares*, vel *gradarios*, vel *decretorios* appellamus. Forte vero in morbis ipsum humoris, vel naturæ motum planetæ per dies eodem ordine regunt, vnde & septimus quisq; eadem ratione *Iudiciarius* appellatur. Quartus quoque quoniam medium in septenario tenet. Tu igitur si vitam producere cupis ad senectutem, nullis eiusmodi gradibus interruptam, quoties septimo cuilibet propinquas anno, consule diligenter Astrologum. Vnde immineat tibi discrimen edíscito, deinde vel adito medicum, vel prudentiam, & temperantiam accersito. His namque remediis prohiberi minas astrorum Ptolemæus etiam confitetur. Addit quinetiā astrorum promissa sic augeri posse, vt agrorum cultor auget terrę virtutem. Probat Petrus Aponensis argumentationibus multis & testimonio Aristotelis, Galeni, Haly, naturalem vitæ finem nō esse ab initio ad vnguem determinatum, sed vltra citraq. moueri posse. Idq; asserit tum ex astris, tum etiam ex materia. Cōcludit his auctoribus rationibusq. obitum etiam naturalem differri posse, cum astrologiæ machinis,

Septimus quilibet annus periculosissimus vitæ.

Dies decretorii.

Tēperantia minæ astrorum prohibentur.

Mors an sit ad vnguem determinata.

tum præsidiis medicorum. Igitur neque nos temere in his præceptis elaboramus. Neque te pigeat perquirere a medicis, quæ naturaliter tua sit diæta, & ab Astrologis, quæ stella vitæ faueat, & quando hæc bene se habet, & ad eam Luna, compone quæ prodesse didiceris. Neque pudeat sæpe illos auscultare, qui nō tam fortuna, quam virtute senectutem prosperam consecuti videntur. Præterea Ptolemæus, & ceteri professores Astronomiæ, imaginibus quibusdam ex certis lapidibus & metallis sub certo sydere fabricatis, vitam prosperam pollicentur, atque longæuam. Verum de imaginibus quidem ex parte, ac plurimum de reliquo fauere cœlesti consule commentarium nostrum in Plotinum, quem librū huic operi deinceps subiiciendum existimamus, quemadmodum hoc post librum scribi volumus, quem de curanda literatorum valetudine composuimus. Fauorem hunc cœlestem, quem modo dicebam, pro iuuentute longa, tunc quantum quasi Poetæ cuidam licet loqui, quantum rursus medico licet facere, a Phœbo Bacchoque petemus.

Solis æterna est Phœbo Bacchoq; iuuentus,
Nam decet intonsus crinis vtrunq; Deum.

Phœbus & Bacchus fratres indiuidui sunt

Phœbus & Bacchus semper indiuidui fratres sunt, ambo fere sunt idem. Phœbus quidem est ipsa sphæræ illius anima, sphæra vero Bacchus, imo & Phœbus est totus ipse sphæræ circus, Bacchus autem est flammeus ille in hoc circo circulus, imo vero Phœbus est almum in hoc flammeo globo lumen. Bacchus autem exsistit ibidē salutaris ex lumine calor. Semper ergo frates comitesq; sunt, fere semper alter & idem. Quid vero? si Sol in Vere quidem Phœbus est, cantu suo tunc auium cantus excitans, cithara rurium tempora temperans: in autumno vero Sol idem auctor vini Bacchus exsistit. Tria nobis ad seruandam iuuentutem pater ille Liber, qui amat col-

Tria Bacchi & tria Phœbi dona.

les

les, Bacchus affert: hos quidem apricos primum colles: in his autem collibus suauissimum præcipue vinum, perpetuam in vino securitatem. Tria quoque Phœbus Bacchi frater pari benignitate largitur, diurnum primo lumen, sub fomento luminis herbas suauiter redolentes, ad luminis huius vmbram, citharam cantumque perennem. His ergo pensis potissimum, his staminibus C'otho nobis iam nō Parca longa vitæ fila producet. Tres Parcas fere omnes Poetæ canunt. Tres quoque nos non Poætæ canimus. Prudens quidem in omni victu parcitas, vitam nobis longam incoat, constans quoq; in curis subeundis parcitas producit vitam: parcitas vero in cœlo fruendo negligens vitam occat. Tres Pythagoras temperantias ante omnia celebrat, tres etiam nos in præsentia celebramus. Temperantiam in affectibus conseruato, temperantiam in omni victu seruato, temperiem aeris obseruato. Hac enim prouidētia humorum intemperiem, quæ citæ senectutis & intempestiuæ mortis caussa est, aspirante Deo, procul admodum propulsabis. Aspirabit autem auctor ille vitæ, si ea tantum conditione vitam optaueris diuturnam, vt diutius cum genere humano viuas illi, quo mundus totus inspirante viuit.

Tres Parcæ.

Parcitas.

Temperātiæ tres.

De Vita studiosorum producenda libri finis.

MARSILII FICINI FLORENTINI IN LIBRVM tertium de Vita cœlitus comparanda, ad Serenissimum Pannoniæ regem.

PROOEMIVM.

Philosophi veteres, rex omnium felicissime, cœlestium vires inferiorumq; naturas diligentissime perscrutati, quum existimarent hominem frustra sapere qui non sibi sapit, totam merito perscrutationem suam in primis ad vitam sibi cœlitus comparandam retulisse videntur, iudicantes (vt arbitror) tum elementa, & quæ ex his componuntur frustra sibi cognita fore, tum motus cœlestium & influxus temere nimium obseruatos, nisi hæc vna cum illis cognita simulatq; coniuncta, aliquando sibi ad vitam felicitatemq; conducerent. Profuit autem illis, vt videtur, eiusmodi contemplatio ad vitam primo præsentem. Nam Pythagoras & Democritus Apolloniusq; Thyaneus, & quicunque ad id potissimum studuerunt, rerum sibi cognitarum vsu prosperam valetudinem consecuti sunt vitamq; longæuam. Contulit insuper ad futuram vitam, tum per gloriam apud posteros propagandam, tum apud Deum in æternitate fruendam. Siquidem ex mirabili mundi totius ordine, eius tandem cognouere rectorem, & ante omnia cognatū amauerunt. Tibi vero gloriam per secula cuncta futuram, magnanimitas, magnificentia, victoria perpetua pollicentur. Vitam quoq; apud Deum in æuo beatā diuina clemētia, insigni pietati tuæ iustitiæ 3; promittit. Vitam deniq; prosperam inter mortales satisq; longam (quantū ex indiciis quibusdā mihi licuit coniectare) felicia tibi sydera decreuerunt. Vt aūt quod pollicentur id & præstent

præstent firmissima fide & cumulo insuper proroget pleniore, diligentia tua & medicorum Astrologorumq; cura efficere proculdubio potest. Iam vero id posse scientia & prudentia fieri, doctissimi quiq; Astrologi ac Medici cõfitentur. Quum igitur inter Plotini libros magno Laurentio Medici destinatos, in librum Plotini de fauore cœlitus hauriendo tractantem, nuper commentarium composuissem, inter cetera in eum nostra commentaria numeratum, id quidem seligere nunc, Laurentio quidem ipso probante, atque maiestati tuæ potissimum dedicare decreui. Spero equidem dum vitæ tuæ prosperitatiq; consulam, vitæ interim, & splendori seculi nostri, & humani generis consulturum. Atq; vt valetudini prosperitatique regiæ validius hæc nostra prodessent, per Valorem ipsum mittenda putaui. Hunc tu igitur Valorem nostrum clementissime rex complectere precor. Tantum enim natura virtus, auctoritas tua valet, vt absq; te nequeat, vel Valor ipse valere. X. Iulij. M. CCCC. LXXXIX. Florentiæ.

MARSILII FICINI AD LECTOREM EXHORTATIO.

SAlue hoſpes ingenioſe. Salue iterum quiſquis es ſalutis auidus, qui noſtra ad limina tendis. Vide precor hoſpes cupide primum, quam hoſpitalis ſim. Intrantis erat certe, ſalutem ſtatim hoſpitio dicere. Ego vero ſalute præueniens, mox proſpectum ſaluere te iuſſi. Intrantem & adhuc ignotum perlibenter excepi. Trahentem apud me moras, promiſſa (ſi Deus aſpirauit) ſalute donabo. Hoſpitiū ergo nactus es amicum quidem omnibus, & amoris erga te nunc plenum. Si quid forte fers tecum amori contrarium, ſi quid odii habes prius ponito precor, quam medicinas hic vitales attingas: Vitam enim tibi dedit amor, voluptaſque parentum. Vitam viciſſim demit odium, àtque dolor. Quem igitur odioſus vexat dolor, huic nullus vſquam medicinæ vitali relictus eſt locus. Quamobrem deinceps te non vt hoſpitē tantum alloquor, ſed amicum. Officina Marſilii cur aliquanto eſt amplior, quā his cancellis duntaxat quos hic vides coerceatur. Nō enim ſolo hoc libro ſequente, ſed duobus etiam præcedentib. circumſcribitur. Tota vero ſummatim medicina quædam eſt pro viribus opitulatura vitæ,

vt valida tibi vita sit, vt longa. Idq; vbiq; medicorũ ope cęlitus adiuta molitur. Varia sane pro diuersis hominũ ingeniis atq; naturis nostra hęc officina, antidota, pharmaca, fomenta, vnguenta, remedia profert. Si qua tibi fortasse minus placeant, mittito quidẽ ista, cetera propterea ne respuito. Deniq; si nõ probas imagines astronomicas, alioquin pro valetudine mortalium adinuentas, quas & ego non tam probo quã narro, has vtiq; me concedẽte, ac etiã si vis cõsulente, dimittito. Medicinas saltem cœlesti quodã adminiculo confirmatas, nisi forte vitã neglexeris, haud negligito. Ego enim frequẽti iam diu experientia cõpertum habeo, tantũ interesse medicinas huiusmodi, atq; alias absq. delicto astrologo factas, quantũ inter merum & aquã, vt etiam infans octauo a cõceptione mense natus Florentiæ mense Martio, nocte ascẽdente, Saturno retrogrado semiuiuus, eiusmodi diligentia videatur a nobis, imo a Deo quasi vitæ redditus potius, quã seruatus, trienniũq. validus ferme iam impleuerit. Iam vero si præterea generis eiusdem plura narrauero, vera loquar. Nec gloriabundus (quod est a Philosopho penitus alienum) sed exhortabundus potius afferam. Verũ satis iam partim quidẽ cõciliantes, partim etiã exhortantes alloquuti te sumus. Deinceps igitur cum Plotino loquamur, ita demũ tibi diligentius cõsulturi.

MARSILII FICINI FLORENTINI, LIBER DE VITA COELITVS COMPARANDA, compositum ab eodem inter Commentaria eiusdem in Plotinum.

In quo consistat secundum Plotinum virtus fauorem cœlitus attrahens, scilicet in eo quod anima mundi & stellarum dæmonumq; animæ facile alliciuntur corporum formis accommodatis. CAP. I.

SI tantum hæc duo sint in mundo, hinc quidem intellectus, inde vero corpus, sed absit anima, tunc neque intellectus trahetur ad corpus (immobilis enim est omnino, caretq; effectu motionis principio, tanquam a corpore longissime distans) neq; corpus trahetur ad intellectum, velut ad motum per se inefficax & ineptum, longeq; ab intellectu remotum. Verum si interponatur anima vtriq; conformis, facile vtrinq; & ad vtraq; fiet attactus. Primo quidē ipsa omnium facilime ducitur, quoniam primum mobile est, & ex se, & sponte mobile. Præterea quum (sicut dixi) media rerum omnia suo in se modo continet, & vtrinq; ratione propinqua. Ideoq; conciliatur & omnibus, etiam ęqualiter illis quæ inter se distant, ab ea videlicet non distantibus. Præter enim id, quod hinc quidem conformis est diuinis, inde vero caducis, & vtraque vergit affectu, tota interim est simul vbique. Accedit ad hæc quod anima mundi totidem saltem rationes rerum seminales diuinitus habet, quod ideæ sunt in mente diuina, quibus ipsa rationibus totidem fabricat

Anima primum mobile.

Anima tota simul vbiq;.

cat ſpecies in materia Vnde vnaquæque ſpecies per propriam rationem ſeminalem propriæ reſpondet ideæ, facileque poteſt per hanc ſæpe aliquid illinc accipere, quandoquidem per hanc illinc eſt effecta. Ideoque ſi quando a propria forma degeneret, poteſt hoc medio ſibi proximo formari rurſum, perque id medium inde facile reformari, ac ſi certę cuidam rerum ſpeciei, vel indiuiduo eius rite adhibeas multa, quæ ſparſa ſunt, ſed etiam ideæ conformia. Mox in materiam hanc ita opportune paratam, ſingulare munus ab idea trahes, per rationem videlicet animæ ſeminalem. Non enim intellectus ipſe proprie, ſed anima ducitur. Nemo itaque putet certis mundi materiis trahi numina quædam a materiis penitus ſegregata, ſed dæmones potius animatique mundi munera ſtellarumque viuentium. Nemo rurſum miretur per materiales formas animam quaſi allici poſſe. Siquidem eſcas eiuſmodi ſibi congruas ipſamet quibus alliceretur, effecit, & ſemper libenterq; habitat in eiſdē. Neq; in mundo viuente toto quicquā reperitur tam deforme, cui non adſit anima cui nō inſit & animę munus. Cōgruitates igitur eiuſmodi formarum, ad rationes animę mundi, Zoroaſter *diuinas illices* appellauit, quas & Syneſius *magicas* eſſe *illecebras* cōfirmauit. Nempe deniq; credat ad propriam quandā materiæ ſpeciem, & tempore certo haurire omnia prorſus ex anima dona, ſed pro opportunitate dona duntaxat ſeminis quo talis ſpecies pullulauit, ſeminumque conformium. Itaque hic homo humanis tantum adhibitis, non proprias piſcium vel auium dotes, inde ſibi vendicat, ſed humanas atque conſimiles. Adhibitis autem quæ ad ſtellam talem pertinent atque dæmonem, ſtellæ dæmoniſque huius proprium ſubit influxum, velum lignum per ſulphur paratum ad flammam vbiq; præſentem. Atq; hunc non modo

Numina certis mūdi materiis non trahuntur.

per ipsos stellę dæmonisq; radios, sed etiā per ipsam mundi animam vbique præsentem, in qua & cuiuslibet stellæ dæmonisque ratio viget, partim quidem seminalis ad generandum, partim etiam exemplaris ad cognoscendum. Hæc enim secundum Platonicos antiquiores, rationibus suis ædificauit vltra stellas in cœlo figuras, partesque ipsarum tales, vt ipsæ quoque figuræ quædam sint, impressitq; his omnibus proprietates. In stellis autem, figuris, partibus, proprietatibus, omnes rerum inferiorum species continentur & proprietates earum. Vniuersale vero figuras octo posuit atque quadraginta, scilicet in zodacio duodecim, extra vero sex atque triginta. Item in zodiaco triginta sex ad numerum faciерum. Rursus ibidem ter centum atque sexaginta ad numerum graduum. In quouis enim gradu sunt stellæ plures, ex quibus ibi conficiuntur imagines. Similiter imagines, extra zodiacum in plures diuisit figuras, pro facierum ibidem graduumque suorum numero. Constituit deniq; ab imaginibus his vniuersalibus ad vniuersales imagines habitudines & proportiones quasdā, quæ ipsæ quoq. imagines illic exsistūt. Eiusmodi vero figuræ continuitatē quęque suam habent ex radiis stellarū suarū in se inuicem peculiari quadā proprietate coniunctis. A quibus formis ordinatissimis depēdent inferiorū formæ, illinc videlicet ordinatæ, & cœlestes illæ tanquam & inter se disiunctæ, procedunt a rationibus animæ coniunctis inuicem, & quodammodo mutabiles a stabilibus. Sed hæ quatenus seipsas non comprehendunt, referuntur ad formas in mente, vel animali, vel eminentiore sese comprehendentes, quę tanquam multiplices ad simplicissimum rediguntur vnum atque bonum, sicut figuræ cœlestes ad polum. Sed redeamus ad animam. Quando igitur anima gignit speciales inferiorum formas viresque,

Figuræ stellarum quadraginta octo.

Zodaici diuisio.

A formis cœlestibus dependent inferiores.

resque, eas per rationes efficit proprias, sub stellarum formarumque cœlestium adminiculo. Singulares vero individuorum dotes, quæ sæpe nonnullis insunt tam mirabiles, quam in speciebus esse solēt, exhibet per seminales similiter rationales, non tam sub adminiculo formarum figurarumq. cœlestium, quam situ stellarum & habitu motionum, aspectuumq; Planetarū, tum inter se, tum ad stellas Planetis sublimiores. Anima quidem nostra vltra vires membrorum proprias, communem vbique promit in nobis vitæ virtutem, maxime vero per cor, tanquam ignis animæ proximi fontem. Similiter anima mundi vbique vigens per Solem præcipue suam passim explicat communis vitę virtutem. Vnde quidam animam, & in nobis & in mundo, in quolibet membro totam, potissimum in corde collocant atque Sole. Semper vero memento sicut animæ nostræ virtus per spiritum adhibetur membris, sic virtutem animæ mundi per quintam essentiam, quæ vbiq; viget tanquam spiritus intra corpus mundanum, sub anima mundi dilatari per omnia, maxime vero illis virtutem hanc infundi, quæ eiusmodi spiritus plurimum hauserunt. Potest autem quinta hæc essentia a nobis intus magis magisq; assumi, si quis sciuerit eam aliis elementis immixtam plurimum segregare, vel saltem his rebus frequenter vti, quæ hac abundant, puriore præsertim, ceu electum vinum & saccharum, & balsamum atq; aurum, pretiosiq; lapilli, myrobalanique, & quæ suauissime redolent, & quæ lucent, maxime vero quæ in subtili substantia qualitatem habent calidam, humidamq; & claram, quale præter vinum, est albissimum saccharum, præsertim si huic adhibueris aurum, odoremq; cinnamomi atq; rosarum. Præterea sicut alimenta rite in nobis assumta per se nō viua, rediguntur per spiritū nostrum ad vitæ nostræ formam, sic

Animæ per cor suas virtutes exserit.

Essentia quinta.

& corpora nostra rite accommodata corpori spirituiq; mundano, videlicet per res mundanas, & per nostrum spiritum hauriũt ex vita mundana quamplurimum Si volueris vt alimentum rapiat præ ceteris formam cerebri tui vel iecoris atq; stomachi, simile quantum potes accipe alimentum, id est, cerebrum, & iecur, & stomachum animalium ab humana natura non longe distantium Si optas corpus tuum atq; spiritum ex aliquo mundi membro, videlicet ex Sole, virtutem accipere, quære quæ ante alia sunt Solaria inter metalla lapillosq;, magis autẽ inter plantas, sed inter animalia magis, maxime inter homines Similiora enim tibi magis ꝓculdubio conferũt. Hæc & extra sunt exhibenda, & intus pro viribus assumenda, præsertim in die & hora Solis, &

Solaria. Sole in figura cœli regnante, Solaria vero sunt oĩa ex lapillis & floribus quæ *heliotropia* nominãtur, quia vertuntur ad Solem. Item *aurum & auripigmentum, aureiq; colores, chrysolithus, carbunculus, myrrha, thus, muscus, ambra, balsamum, mel flauum, calamus aromaticus, crocus, spicanardi, cinnamomum, lignum aloes, ceteraq; aromata, Aries, Astur, gallus, olor, leo, cantharis, crocodilus, homines flaui, crispi, sæpe calui, magnanimi, superiora partim cibariis, partim vnguentis, suffumigationibus, partim vsui accommodari possunt.* Hæc sentienda & cogitanda frequenter, & in primis amanda. Et luminis plurimum est quærendum. Si dubites ventrem ab iecoris fomento destitui, trahe ad ventrem iecoris facultatem, tum frictionibus, tum fomentis per ea quæ iecori congruunt, per cicoream, endiuiam, spodium, & eupatorium, & hepaticum, atq; hepata Similiter ne destituatur tuum corpus ab Ioue, moue corpus in die, horaque in regno Iouis, & vtere interim

Iouialia. Iouialibus, Argẽto, hyacintho, topatio. corallo, crystallo, berillo, spodio, saphyro, viridibus aeriisq; coloribus, vino, saccharo albo, melle, & cogitationi-

bus

busaffectibusq; plurimum Iouialibus,id est cõstantibus,æquis,religiosis atque legiferis. Et inter homines eiusmodi, sanguineosque & pulcros, venerabilesq; versantor. Sed memento primis illis rebus frigidis inserendũ esse aurum & vinum,menthamque & crocum. Animalia vero Iouialia esse agnum pauonemque,& aquilasn & iuuencum. Quomodo vero virtus Veneris attrahatur turturibus, columbis & motacillis, & reliquis,non permittit pudor ostendere.

Animalia Iouialia.

De concordia mundi,& de natura hominis secundum stellas. Quomodo fiat attractus ab vnaquaq; stella.

CAP. II.

NEque vero diffidere debet quisquam, nos atq; omnia,quæ circa nos sunt, præparamentis quibusdam posse sibi vendicare cœlestia. Nam cœlitus hæc facta sunt, assidueque reguntur, & illinc in primis præparata sunt ad illa. Et quod maximum est, mundus animal in se magis viuum est,quam quoduis aliud animal, si modo est animal perfectissimũ. Ergo sicut in nobis membri cuiuslibet præsertim principalis qualitas motusque ad alia pertinet, ita membrorum principalium actus in mundo commouent omnia,& membra inferiora facile capiunt a supremis vltro dare paratis. Quo enim potentior caussa est,eo promtior est ad agendũ. eo igitur propensior est ad dandum. Exigua igitur præparatio nobis insuper adhibita sufficit cœlestium muneribus capiendis,si modo quisque ad id præcipue se accommodet.cui est præcipue subditus. Sed ante vniuscuiusq; nostrum proprietatem, humanæ speciei proprietatem considerare debemus.Hanc igitur esse solarẽ Astrologi Arabes consenserunt. Quod ego e statura hominis erecta pulcraq;,humoribusq; subtilibus& spiritus claritate,imaginationisque perspicuitate,studioq; veritatis & gloriæ,verum esse conie-

Humanæ speciei proprietas. Solaris.

obiectis, quam intrinsecus iniectis allicite, imo potius pascite, retinete. Odorē vero vini ante omnes eligite. Multum namque nutrit spiritum, odor exhalans ex natura tum plurimum & velociter nutriente corpus, tum voluptate sensum afficiente. Tale vero vinum est pręceteris calidum, humidum, & odorum, atq; clarum. Tale etiam saccharum esse dicitur, si sumat odorem. Cinnamomum quoq; simile & doronicum, anisumque & dulce marathrum, si acumini suo ad exiguam dulcedinem adderent ampliorem. Sed quam temperiem natura nō fecit, vobis ipsi conficite. Et quoties distractionē spirituum formidatis, calidiorib. acutioribusq; & subtilissimis adhibete, quæ cohibere parumper volatū spiritus, ac sistere valeāt, seu croco, garyophyllis, cinnamomo, adustum panem, rosaceam aquam, acetumque rosaceū, myrtum, violam, sandalum, coriandrum, cydonium pomum, atque citrum. Hordeo vero camphoram, vbi contra caniciem est agendum. Recentem vero semper mentham diligo, menti etiam salutarem, spirituique tutissimam. Denique mementote res omnes veneno contrarias, esse vitæ admodum salutares, non gustu tantum, sed etiam odoratu, maxime theriacam. Has vero in libro contra pestilentiam enarrauimus, narrabimus, & in libro sequenti. Inter eas autem, ne quid vos lateat, numeramus & vinum. Nam sicut homini venenum est cicuta, ita cicutæ vinum, non simul quidem, sed paulo post ebibitum. Ac ne solis odoribus vos hic alliciam, componendum vobis mando electuarium, quotidie mane gustandum, olfactu gustuque suaue, & vitæ admodum salutare. Accipe tres chebularum vncias, vnam embilicarum, & Indarum vnam, vnamque belliricarum, semiunciam vero doronici, cinnamomi vncias duas, croci drachmam vnam, ambræ partem drachmæ tertiam, musci quoque tan-

Odor vini optimus.

Res veneno contrariæ vitæ sunt admodum salutares.

Electuarii odorifici compositio multiplex.

tandem Contundite diligenter, tãtum rosacei sacchari adhibete, quantum gustui satisfacit. Sandalorum rubentium quantum sat est colori. mellis item emblicarum, vel chebularum, quantum molli expedit electuarii formę. Aurifolia totidem quot pręd ictæ sunt vnciæ. Vbi vero difficilior est compositio multiplex, experti sumus simplicem hanc optimam esse, scilicet ex chebulis, marathro dulci, saccharo, aqua rosacea liquefacto, sumtam vero tum ieiuno stomacho, tum post cœnam. Memineritis autem myrobalanos conditas meliores esse, siccas vero saltem diem integrum oleo amygdalarũ dulcium, vel butyro vaccino prius infundite, quam conficitis. Probat & Auicenna vobis confectionem ex emblicis atque Indis cum melle anacardorum, coctoque butyro. Item chebulas cum zinzibere & squama ferri & potius auri. Probat item Petrus Aponensis compositionem ex croco, mace, castoreo, per partes acceptis, atq; contusis, & vino commixtis Vnde affirmat *vitam etiam propemodum moribundis produci cõsueuisse.* Denique Haly Astrologus medicusq; excellens asserit vsu tripheræ similiumq; rerum vitam effici longiorem. In omni vero triphera myrobalanus fundamentum est, sed hanc superant subtilibus quibusdã, atq mollibus, pręsertim vbi siccior est myrobalanus, vt & penetret, nec meatus obstruat, nec aluũ exsiccet nimiũ vel adstringat. Cũ vino preterea commodissime vtimur, sed modico, ne forte diluat. Compositionem vero Petri, quam modo narrabã, si modo vtilis est, arbitror olfactu potius, quam potu vtilem fore.

Simplex.

Myrobalani meliores quæ?

Magorum medicina pro senibus. CAP. XIX.

MAgi stellarum obseruatores, ad Christum vitæ ducem stella duce venerunt, pretiosum vitæ thesaurum offerentes, aurum, thus, & myrrham,

tria dona pro tribus planetarum dominis stellarum Domino dedicantes. Aurum quidem pro temperamento Iouis maxime omnium temperatum. Thus autẽ pro Sole præcipue Phœbeo calore simul odoreque flagrans. Myrrham denique firmantem corpus, atque confirmantem pro Saturno omnium firmissimo planetarum. Huc igitur omnes ad sapientes Magos venite senes, munera vobis quoq; vitam productura ferentes, quibus auctorem vitæ quondam venerati traduntur. Venite senes, inquã, senectutem grauiter tolerantes. Venite & vos præterea quoscunque senectutis propemodum aduentantis formido solicitat. Accipite precor alacres vitalia dona. Sumite vncias quidem thuris duas, vnam vero myrrhæ, auri rursum in folia ducti dimidiam drachmæ partem, contundite tria simul, conflate, confundite in pilulas, aureo quodam mero, idque tunc opportune conficite, quando Diana propitio Phœbi vel Iouis gaudet aspectu. Sumite posthac thesauri tanti aurora qualibet portiunculam, ac exiguo perfundite meri potu, nisi forsan incaluerit æstas, tunc enim aquam rosaceam bibere præstat. Si quis autem inter vos calorem quouis tempore magis metuat, is myrobalanum, chebulam, aut emblicam, æqualem ad thuris myrrhæque & auri simul pondus adiiciat. Hoc humorem proculdubio naturalem a putrefactione tuebitur. Hoc humoris resolutionẽ longius propulsabit. Hoc tres in vobis spiritus, naturalem, vitalem, animalem fouebit, confirmabit, corroborabit. Hoc rursum vegetabit sensum, acuet ingenium, memoriam conseruabit.

Dona vitalia magorũ, aurum, thus & myrrha.

De periculis vitandis ex quolibet vitæ septenario imminentibus. CAP. XX.

QVum Astronomi singulas deinceps diei horas Planetis ordine singulis distribuerint, similiterq;

terq; septem hebdomadę dies, atq. in ipso fœtu per mēses digesserint officia planetarum, cur nō etiam per annos eadē disponamus? vt quemadmodum infantem in aluo latentem rexit primo mense Saturnus, vltimo Luna: sic statim natum ordine iam conuerso, primo ipsius anno ducat Luna, secūdo (si vis) Mercurius, tertio Venus, quarto Sol, quinto Mars, sexto Iupiter, septimo vero Saturnus, atque deinceps ordo per vitam similis repetatur. Itaque in septimo quolibet vitæ anno fit in corpore mutatio maxima, ideoque periculosissima, quandoquidem & Saturnus nobis communiter est peregrinus, & ab eo tunc planetarum summo ad Lunam euestigio planetarum infimam gubernatio redit. Hos annos Astronomi Græci *Climactericos* nominant, nos *scalares*, vel *gradarios*, vel *decretorios* appellamus. Forte vero in morbis ipsum humoris, vel naturæ motum planetæ per dies eodem ordine regunt, vnde & septimus quisq; eadem ratione *Iudiciarius* appellatur. Quartus quoque quoniam medium in septenario tenet. Tu igitur si vitam producere cupis ad senectutem, nullis eiusmodi gradibus interruptam, quoties septimo cuilibet propinquas anno, consule diligenter Astrologum. Vnde immineat tibi discrimen ediscito, deinde vel adito medicum, vel prudentiam, & temperantiam accersito. His namque remediis prohiberi minas astrorum Ptolemæus etiam consitetur. Addit quinetiā astrorum promissa sic augeri posse, vt agrorum cultor auget terrę virtutem. Probat Petrus Aponensis argumentationibus multis & testimonio Aristotelis, Galeni, Haly, naturalem vitæ finem nō esse ab initio ad vnguem determinatum, sed vltra citraq. moueri posse. Idq; asserit tum ex astris, tum etiam ex materia. Cōcludit his auctoribus rationibusq. obitum etiam naturalem differri posse, cum astrologiæ machinis,

Septimus quilibet annus periculosissimus vitæ.

Dies decretorii.

Teperantia minæ astrorum prohibentur.

Mors an sit ad vnguem determinata

tum pręsidiis medicorum. Igitur neque nos temere in his præceptis elaboramus. Neque te pigeat perquirere a medicis, quæ naturaliter tua sit diæta, & ab Astrologis, quæ stella vitæ faueat, & quando hæc bene se habet, & ad eam Luna, compone quæ prodesse didiceris. Neque pudeat sæpe illos auscultare, qui nō tam fortuna, quam virtute senectutem prosperam consecuti videntur. Præterea Ptolemæus, & ceteri professores Astronomiæ, imaginibus quibusdam ex certis lapidibus & metallis sub certo sydere fabricatis, vitam prosperam pollicentur, atque longæuam. Verum de imaginibus quidem ex parte, ac plurimum de reliquo fauore cœlesti consule commentarium nostrum in Plotinum, quem librū huic operi deinceps subiiciendum existimamus, quemadmodum hoc post librum scribi volumus, quem de curanda literatorum valetudine composuimus. Fauorem hunc cœlestem, quem modo dicebam, pro iuuentute longa, tunc quantum quasi Poetæ cuidam licet loqui, quantum rursus medico licet facere, a Phœbo Bacchoque petemus.

Solis æterna est Phœbo Bacchoq; iuuentus,
Nam decet intonsus crinis vtrumq; Deum.

Phœbus & Bacchus fratres individui sunt

Phœbus & Bacchus semper indiuidui fratres sunt, ambo fere sunt idem. Phœbus quidem est ipsa sphęræ illius anima, sphæra vero Bacchus, imo & Phœbus est totus ipse sphęræ circus, Bacchus autem est flammeus ille in hoc circo circulus, imo vero Phœbus est almum in hoc flammeo globo lumen. Bacchus autem existit ibidē salutaris ex lumine calor. Semper ergo frates comitesq; sunt, fere semper alter & idem. Quid vero? si Sol in Vere quidem Phœbus est, cantu suo tunc auium cantus excitans, cithara rursum tempora temperans: in autumno vero Sol idem auctor vini Bacchus existit. Tria nobis ad seruandam iuuentutem pater ille Liber, qui amat col-

Tria Bacchi & tria Phœbi dona.

les

les, Bacchus affert: hos quidem apricos primum colles: in his autem collibus suauissimum præcipue vinum, perpetuam in vino securitatem. Tria quoque Phœbus Bacchi frater pari benignitate largitur, diurnum primo lumen, sub fomento luminis herbas suauiter redolentes, ad luminis huius vmbram, citharam cantumque perennem. His ergo pensis potissimum, his staminibus Clotho nobis iam nō Parca longa vitæ fila producet. Tres Parcas fere omnes Poetæ canunt. Tres quoque nos non Poætæ canimus. Prudens quidem in omni victu parcitas, vitam nobis longam incoat, constans quoq; in curis subeundis parcitas producit vitam: parcitas vero in cœlo fruendo negligens vitam occat. Tres Pythagoras temperantias ante omnia celebrat, tres etiam nos in præsentia celebramus. Temperantiam in affectibus conseruato, temperantiam in omni victu seruato, temperiem aeris obseruato. Hac enim prouidētia humorum intemperiem, quæ citæ senectutis & intempestiuæ mortis caussa est, aspirante Deo, procul admodum propulsabis. Aspirabit autem auctor ille vitæ, si ea tantum conditione vitam optaueris diuturnam, vt diutius cum genere humano viuas illi, quo mundus totus inspirante viuit.

Tres Parcæ.

Parcitas.

Temperātia tres.

De Vita studiosorum producenda libri finis.

MARSILII FICINI FLORENTINI IN LIBRVM tertium de Vita cœlitus comparanda, ad Serenissimum Pannoniæ regem.

PROOEMIVM.

PHilosophi veteres, rex omnium felicissime, cœlestium vires inferiorumq; naturas diligentissime perscrutati, quum existimarent hominem frustra sapere qui non sibi sapit, totam merito perscrutationem suam in primis ad vitam sibi cœlitus comparandam retulisse videntur, iudicantes (vt arbitror) tum elementa, & quæ ex his componuntur frustra sibi cognita fore, tum motus cœlestium & influxus temere nimium obseruatos, nisi hæc vna cum illis cognita simulatq; coniuncta, aliquando sibi ad vitam felicitatemq; conducerent. Profuit autem illis, vt videtur, eiusmodi contemplatio ad vitam primo præsentem. Nam Pythagoras & Democritus Apolloniusq; Thyanæus, & quicunque ad id potissimum studuerunt, rerum sibi cognitarum vsu prosperam valetudinem consecuti sunt vitamq; longæuam. Contulit insuper ad futuram vitam, tum per gloriam apud posteros propagandam, tum apud Deum in æternitate fruendam. Siquidem ex mirabili mundi totius ordine, eius tandem cognouere rectorem, & ante omnia cognitũ amauerunt. Tibi vero gloriam per secula cuncta futuram, magnanimitas, magnificentia, victoria perpetua pollicentur. Vitam quoq; apud Deum in æuo beatã diuina clemẽtia, insigni pietati tuæ iustitiæq; promittit. Vitam deniq; prosperam inter mortales satisq; longam (quantũ ex indicijs quibusdã mihi licuit coniectare) felicia tibi sydera decreuerunt. Vt aũt quod pollicentur id & præsent

præstent firmissima fide, & cumulo insuper proroget pleniore, diligentia tua & medicorum Astrologorumq; cura efficere procul dubio potest. Iam vero id posse scientia & prudentia fieri, doctissimi quiq; Astrologi ac Medici cõfitentur. Quum igitur inter Plotini libros magno Laurentio Medici destinatos, in librum Plotini de fauore cœlitus hauriendo tractantem, nuper commentarium composuissem, inter cetera in eum nostra commentaria numeratum, id quidem seligere nunc, Laurentio quidem ipso probante, atque maiestati tuæ potissimum dedicare decreui. Spero equidem dum vitæ tuæ prosperitatiq; consulam, vitæ interim, & splendori sæculi nostri, & humani generis consulturum. Atq; vt valetudini prosperitatique regiæ validius hæc nostra prodessent, per Valorem ipsum mittenda putaui. Hunc tu igitur Valorem nostrum clementissime rex complectere precor. Tantum enim naturæ virtus, auctoritas tua valet, vt absq; te nequeat, vel Valor ipse valere. X. Iulij. M. CCCC. LXXXIX. Florentiæ.

vt valida tibi vita sit, vt longa. Idq; vbiq; medicorũ ope cęlitus adiuta molitur. Varia sane pro diuersis hominũ ingeniis atq; naturis nostra hęc officina, antidota, pharmaca, fomenta, vnguenta, remedia profert. Si qua tibi fortasse minus placeant, mittito quidẽ ista, cetera propterea ne respuito. Deniq; si nõ probas imagines astronomicas, alioquin pro valetudine mortalium adinuentas, quas & ego non tam probo quã narro, has vtiq; me concedẽte, ac etiã si vis cõsulente, dimittito. Medicinas saltem cœlesti quodã adminiculo confirmatas, nisi forte vitã neglexeris, haud negligito. Ego enim frequẽti iam diu experientia cõpertum habeo, tantũ interesse medicinas huiusmodi, atq; alias absq. delicto astrologo factas, quantũ inter merum & aquã, vt etiam infans octauo a cõceptione mense natus Florentiæ mense Martio, nocte ascẽdente, Saturno retrogrado semiuiuus, eiusmodi diligentia videatur a nobis, imo a Deo quasi vitæ redditus potius, quã seruatus, trienniũq. validus ferme iam impleuerit. Iam vero si præter ea generis eiusdem plura narrauero, vera loquar. Nec gloriabundus (quod est a Philosopho penitus alienum) sed exhortabundus potius afferam. Verũ satis iam partim quidẽ cõciliantes, partim etiã exhortantes alloquuti te sumus. Deinceps igitur cum Plotino loquamur, ita demũ tibi diligentius cõsulturi.

MARSILII FICINI FLORENTINI, LIBER DE VITA COELITVS COMPARANDA, compositum ab eodem inter Commentaria eiusdem in Plotinum.

In quo consistat secundum Plotinum virtus fauorem cœlitus attrahens, scilicet in eo quod anima mundi & stellarum dæmonumq́; animæ facile alliciuntur corporum formis accommodatis. CAP. I.

SI tantum hæc duo sint in mundo, hinc quidem intellectus, inde vero corpus, sed absit anima, tunc neque intellectus trahetur ad corpus (immobilis enim est omnino, caretq; effectu motionis principio, tanquam a corpore longissime distans) neq; corpus trahetur ad intellectum, velut ad motum per se inefficax & ineptum, longeq; ab intellectu remotum. Verum si interponatur anima vtriq; conformis, facile vtrinq; & ad vtraq; fiet attractus. Primo quidē ipsa omnium facilime ducimur, quoniam primum mobile est, & ex se, & sponte mobile. Præterea quum (sicut dixi) media rerum omnia suo in se modo continet, & vtrinq; ratione propinqua. Ideoq; conciliatur & omnibus, etiam ęqualiter illis quæ inter se distant, ab ea videlicet non distantibus. Præter enim id, quod hinc quidem conformis est diuinis, inde vero caducis, & vtraque vergit affectu, tota interim est simul vbique. Accedit ad hæc quod anima mundi totidem saltem rationes rerum seminales diuinitus habet, quod ideæ sunt in mente diuina, quibus ipsa rationibus totidem fabricat

Anima primum mobile.

Anima tota simul vbiq.

cat

cat species in materia Vnde vnaquæque species per propriam rationem seminalem propriæ respondet ideæ, facileque potest per hanc sæpe aliquid illinc accipere, quandoquidem per hanc illinc est effecta. Ideoque si quando a propria forma degeneret, potest hoc medio sibi proximo formari rursum, perque id medium inde facile reformari, ac si certę cuidam rerum speciei, vel indiuiduo eius rite adhibeas multa, quæ sparsa sunt, sed etiam ideæ conformia. Mox in materiam hanc ita opportune paratam, singulare munus ab idea trahes, per rationem videlicet animæ seminalem. Non enim intellectus ipse proprie, sed anima ducitur. Nemo itaque putet certis mundi materiis trahi numina quædam a materiis penitus segregata, sed dæmones potius animatique mundi munera stellarumque viuentium. Nemo rursum miretur per materiales formas animam quasi allici posse. Siquidem escas eiusmodi sibi congruas ipsamet quibus alliceretur, effecit, & semper libenterq; habitat in eisdē. Neq; in mundo viuente toto quicquā reperitur tam deforme, cui non adsit anima cui nō insit & animę munus. Cōgruitates igitur eiusmodi formarum, ad rationes animę mundi, Zoroaster *diuinas illices* appellauit, quas & Synesius *magicas* esse *illecebras* cōfirmauit. Nempe deniq; credat ad propriam quandā materiæ speciem, & tempore certo haurire omnia prorsus ex anima dona, sed pro opportunitate dona duntaxat seminis quo talis species pullulauit, seminumque conformium. Itaque hic homo humanis tantum adhibitis, non proprias piscium vel auium dotes, inde sibi vendicat, sed humanas atque consimiles. Adhibitis autem quæ ad stellam talem pertinent atque dæmonem, stellæ dæmonisque huius proprium subit influxum, velum lignum per sulphur paratum ad flammam vbiq; præsentem. Atq; hunc non modo

Numina certis mū-di materiis non trahuntur.

per ipsos stellę dæmonisq; radios, sed etiã per ipsam mundi animam vbique præsentem, in qua & cuiuslibet stellæ dæmonisque ratio viget, partim quidem seminalis ad generandum, partim etiam exemplaris ad cognoscendum. Hæc enim secundum Platonicos antiquiores, rationibus suis ædificauit vltra stellas in cœlo figuras, partesque ipsarum tales, vt ipsæ quoque figuræ quædam sint, impressitq; his omnibus proprietates. In stellis autem, figuris, partibus, proprietatibus, omnes rerum inferiorum species continentur & proprietates earum. Vniuersale vero figuras octo posuit atque quadraginta scilicet in zodacio duodecim, extra vero sex atque triginta. Item in zodiaco triginta sex ad numerum facierum. Rursus ibidem ter centum atque sexaginta ad numerum graduum. In quouis enim gradu sunt stellæ plures, ex quibus ibi conficiuntur imagines. Similiter imagines, extra zodiacum in plures diuisit figuras, pro facierum ibidem graduumque suorum numero. Constituit deniq; ab imaginibus his vniuersalibus ad vniuersales imagines habitudines & proportiones quasdã, quæ ipsæ quoq. imagines illic existũt. Eiusmodi vero figuræ continuitatẽ quę que suam habent ex radiis stellatũ suarũ in se inuicem peculiari quadã proprietate coniunctis. A quibus formis ordinatissimis depẽdent inferiorũ formæ, illinc videlicet ordinatæ, & cœlestes illæ tanquam & inter se disiunctæ, procedunt a rationibus animæ coniunctis inuicem, & quodammodo mutabiles a stabilibus. Sed hæ quatenus seipsas non comprehendunt, referuntur ad formas in mente, vel animali, vel eminentiore sese comprehendentes, quę tanquam multiplices ad simplicissimum rediguntur ynum atque bonum, sicut figuræ cœlestes ad polum. Sed redeamus ad animam. Quando igitur anima gignit speciales inferiorum formas viresque,

Figuræ stellarum quadraginta octo.

Zodaici diuisio.

A formis cœlestibus dependent inferiores.

resque, eas per rationes efficit proprias, sub stellarum formarumque cœlestium adminiculo. Singulares vero individuorum dotes, quæ sæpe nonnullis insunt tam mirabiles, quam in speciebus esse solēt, exhibet per seminales similiter rationales, non tam sub adminiculo formarum figurarumq. cœlestium, quam situ stellarum & habitu motionum aspectuumq; Planetarū, tum inter se, tum ad stellas Planetis sublimiores. Anima quidem nostra vltra vires membrorum proprias, communem vbique promit in nobis vitæ virtutem, maxime vero per cor, tanquam ignis animæ proximum fontem. Similiter anima mundi vbique vigens per Solem præcipue suam passim explicat communis vitę virtutem. Vnde quidam animam, & in nobis & in mundo, in quolibet membro totam, potissimum in corde collocant atque Sole. Semper vero memento sicut animæ nostræ virtus per spiritum adhibetur membris, sic virtutem animæ mundi per quintam essentiam, quæ vbiq; viget tanquam spiritus intra corpus mundanum, sub anima mundi dilatari per omnia, maxime vero illis virtutem hanc infundi, quæ eiusmodi spiritus plurimum hauserunt. Potest autem quinta hæc essentia a nobis intus magis magisq; assumi, si quis sciuerit eam aliis elementis immixtam plurimum segregare, vel saltem his rebus frequenter vti, quæ hac abundant, puriore præsertim, ceu electum vinum & saccharum, & balsamum atq; aurum, pretiosiq; lapilli, myrobalanique, & quæ suauissime redolent, & quæ lucent, maxime vero quæ in subtili substantia qualitatem habent calidam, humidamq; & claram, quale præter vinum, est albissimum saccharum, præsertim si huic adhibueris aurum, odoremq; cinnamomi atq; rosarum. Præterea sicut alimenta rite in nobis assumpta per se nō viua, rediguntur per spiritū nostrum ad vitæ nostræ formam, sic

Animæ per cor suas virtutes exserit.

Essentia quinta.

& corpora nostra rite accommodata corpori spirituiq; mundano, videlicet per res mundanas, & per nostrum spiritum hauriũt ex vita mundana quamplurimum. Si volueris vt alimentum rapiat præ ceteris formam cerebri tui vel iecoris atq; stomachi, simile quantum potes accipe alimentum, id est, cerebrum, & iecur, & stomachum animalium ab humana natura non longe distantium. Si optas corpus tuum atq; spiritum ex aliquo mundi membro, videlicet ex Sole, virtutem accipere, quære quæ ante alia sunt Solaria inter metalla lapillosq;, magis autẽ inter plantas, sed inter animalia magis, maxime inter homines. Similiora enim tibi magis ꝓculdubio conferũt. Hæc & extra sunt exhibenda, & intus pro viribus assumenda, præsertim in die & hora Solis, &

Solaria. Sole in figura cœli regnante. Solaria vero sunt oĩa ex lapillis & floribus quæ *heliotropia* nominãtur, quia vertuntur ad Solem. Item *aurum & auripigmentum, aureiq; colores, chrysolithus, carbunculus, myrrha, thus, muscus, ambra, balsamum, mel flauum, calamus aromaticus, crocus, spicanardi, cinnamomum, lignum aloes, ceteraq; aromata, Aries, Astur, gallus, olor, leo, cantharis, crocodilus, homines flaui, crispi, sæpe calui, magnanimi, superiora partim cibariis, partim vnguentis, suffumigationibus, partim vsui accommodari possunt.* Hæc sentienda & cogitanda frequenter, & in primis amanda. Et luminis plurimum est quærendum. Si dubites ventrem ab iecoris fomento destitui, trahe ad ventrem iecoris facultatem, tum frictionibus, tum fomentis per ea quæ iecori congruunt, per cicoream, endiuiam, spodium, & eupatorium, & hepaticum, atq; hepata. Similiter ne destituatur tuum corpus ab Ioue, moue corpus in die, horaque in regno Iouis, & vtere interim

Iouialia. Iouialibus, Argẽto, hyacintho, topatio, corallo, crystallo, berillo, spodio, saphyro, viridibus aeriisq; coloribus, vino, saccharo albo, melle, & cogitationibus

bus affectibusq; plurimum Iouialibus, id est cōstantibus, æquis, religiosis atque legiferis. Et inter homines eiusmodi, sanguineosque & pulcros, venerabilesq; versantor. Sed memento primis illis rebus frigidis inserendū esse aurum & vinum, menthamque & crocum. Animalia vero Iouialia esse agnum pauonemque, & aquilam & iuuencum. Quomodo vero virtus Veneris attrahatur turturibus, columbis & motacillis, & reliquis, non permittit pudor ostendere.

Animalia Iouialia.

De concordia mundi, & de natura hominis secundum stellas. Quomodo fiat attractus ab vnaquaq; stella.

CAP. II.

NEque vero diffidere debet quisquam, nos atq; omnia, quæ circa nos sunt, præparamentis quibusdam posse sibi vendicare cœlestia. Nam cœlitus hæc facta sunt, assidueque reguntur, & illinc in primis præparata sunt ad illa. Et quod maximum est, mundus animal in se magis viuum est, quam quoduis aliud animal, si modo est animal perfectissimū. Ergo sicut in nobis membri cuiuslibet præsertim principalis qualitas motusque ad alia pertinet, ita membrorum principalium actus in mundo commouent omnia, & membra inferiora facile capiunt a supremis vltro dare paratis. Quo enim potentior caussa est, eo promtior est ad agendū, eo igitur propensior est ad dandum. Exigua igitur præparatio nobis insuper adhibita sufficit cœlestium muneribus capiendis, si modo quisque ad id præcipue se accommodet, cui est præcipue subditus. Sed ante vniuscuiusq; nostrum proprietatem, humanæ speciei proprietatem considerare debemus. Hanc igitur esse solarē Astrologi Arabes consenserunt. Quod ego e statura hominis erecta pulcraq;, humoribusq; subtilibus & spiritus claritate, imaginationisque perspicuitate, studioq; veritatis & gloriæ, verum esse coniecto.

Humana speciei proprietas. Solaris.

Mercurialis. iecto. Addo quinetiam proprietatem huic Mercurialem, ob strenuum versatilis ingenii motum. Et quoniam humanum genus natum, nudum, inerme, omnium egenum, hæc omnia propria industria sibi comparat, quod est Mercurii proprium. Addo etiam *Iouialis.* Iouialem ob complexionem corporis temperatam atque leges. Et quoniam secundo mense, quo Iupiter dominatur, vitam accipimus, atq; nascimur nono, quo iterum recipit dominatum. Itaque humana species ab his tribus potissimum dotes insuper ampliores ita demum sibi poterit vendicare, si per Solaria Mercurialiaq; & Iouia, seipsam eis magis indies, atq; magis accommodabit. De reliquis autem quid? Saturnus non facile communem significat humani generis qualitatem atq; sortem, sed hominem ab aliis segregatum, diuinum aut bruta, beatũ aut extrema miseria pressum Mars, Luna, Venus, affectus & actus homini cum ceteris animantibus æque communes. Ad Solem igitur & Iouem atque Mercurium reuertamur. Solaria quidem nonnulla *Mercurialia.* & Iouia diximus, Mercurialia vero nescio quomodo prætermisimus, sunt autem eiusmodi, *Stannum, argentum, præsertim viuum, marcasita argentea, lapis Achates, vitrum Porphyriticum, & quæ croceum cum viridi misceant, smaragdum atque lacca. Animalia sagacia & ingeniosa simul & strenua, simia, canes, Homines eloquentes, acuti, versatiles, oblonga facie, manibusque non pingues.* Sunt *Quando beneficia a Planetis petenda.* autem quærenda & exercenda quę ad aliquem Planetam attinent, eo videlicet dominante (vt diximus) in die & hora eius, si fieri potest, etiã quando ipse sit in domicilio, vel exaltatione, vel saltem triplicitate sua, & termino, & angulo cœli, extra combustionem directus ac sæpius orientalis, si Sole sit superior, item in Auge, & adspiciatur a Luna. Si quis *A Venere.* autem ab ipsa Luna beneficium, & a Venere poscat, tempora similia obseruare debebit. A Venere quidem

dem per animalia sua quæ diximus, & per Corneolam & Sapphyrũ lapidemq; lazuli, æs croceum atq. rubeum & corallum, omnesque pulcros variosque vel virides colores & flores, atque concentus, suauesque odores atq. sapores. A Luna per alba & humida, & viridia, per argentum atque crystallum, & vniones, & argenteam Marcassitam. Quoniam vero Saturnus quidem statui & perseuerantiæ dominatur. Mars autem efficaciæ motus, cogimur nonnunquam horum quoq; gratia ab eis patrocinia postulare, temporibus videlicet similiter obseruatis. Ab illo quidem, per materias quasdam quodammodo terreas & fuscas atq; plumbeas, & fuscam Iaspidem, & Magnetem, & camoinum atq; chalcidonium, & ex parte quadã per aurum & auream Marcassitam. A Marte vero per ignea rubea, æs rubeũ, sulphurea omnia, ferrum lapidemq; sanguineum. Neque diffusas Saturnum habere nonnihil in auro. Nam propter pondus id putatur habere. Quinetiam Soli aurum simile, sic omnibus metallis inest, sicut Sol in Planetis omnibus atq; stellis. Iam vero si quis conuicerit Saturnum & Martem natura noxios esse, quod equidem nunquam crediderim, tamen his quoque vtendum, quemadmodum venenis nonnunquam vtuntur & Medici, quod Ptolemæus in Centiloquio probat. Proderit ergo quandoque vis Saturni caute sumta, sicut apud Medicos quæ adstringunt atq; continent, imo & quæ stupefaciunt, sicut opium & mandragora. Martis quoq; sicut Euphorbium & helleborus. Cautissimi vero hac in re fuisse videntur Magi Brachmanes Pythagorici, qui quum ob sedulum philosophandi studium Saturni tyrannidem formidarent, vestibus albis amiciebantur, Ioutalibusque siue Phœbeis, quotidie sonis & cantibus vtebantur, plurimumq; sub dio viuebant. Vbiq; vero memento per affectũ stu-

A Luna.

A Saturno & Marte.

Aurum in omnibus metallis.

diumq; animi,& per ipſum ſpiritus qualitatem nos facilime ſubitoque exponi Planetis, eundem affe-ctum atque eiuſmodi ſtudium & qualitatem ſigni-ficantibus. Perſæpe rationem igitur a rebus huma-nis,per otium,ſolitudinem firmitatem, per Theo-logiam,ſecretioremq; philoſophiam,ſuperſtitionē, Magiam,agriculturam,per mœrorem Saturno ſub-iicimur. Per ciuilia & ambitioſa negotia,per philo-ſophiam naturalem communemq; per religionem ciuilem perq; leges Ioui.Marti per iram atq; certa-mina, Soli Mercurioq; per ſtudium eloquētiæ, can-tuſq; & veritatis & gloriæ atque ſolertiam, Veneri per lætitiam & Muſicam & feſtiua Lunæ per victum plantis ſimilem Sed hanc inter hoc differentiam mente teneto, exercitationem ingenii magis pu-blicam atque amplam ad Solem ſpectare, priuatam vero & artificio mancipatam, potius ad Mercu-rium. Tum vero Muſicam grauem quidē Iouis So-liſque eſſe, leuem Veneris, mediam vero Mercurii. Similis quoq; de ſtellis fixis ratio eſt. Hæc quidem communis humanæ ſpeciei regula. Propria vero v-nicuiq; regula fuerit explorare quę ſtella,quid boni cuiq; in genitura promiſerit, atq; ab ea potius, quā ab alia repoſcere gratiā. Et ab vnaquaq; non quod-libet donum,&quod aliarum eſt,ſed eius proprium exſpectare, niſi forte tum a Sole communia multa reportes, tanquam communi quodam duce cœle-ſtium,& ab Ioue ferme ſimiliter,tum mundana pa-riter omnia ab anima ſpirituq; mundi. Quem ſicut & quoduis animal multoque efficacius animatum eſſe,non ſolum Platonicæ rationes,ſed etiam Aſtro-logorum Arabum teſtimonia comprobant. Vbi etiam probant ex applicatione quadam ſpiritus no-ſtri ad ſpiritum mundi per artem Phyſicam affe-ctumq; facta, traiici ad animam corpuſq; noſtrum bona cœleſtia. Hinc quidem per ſpiritum noſtrum in no-

Per quas res Planetis ſubiiciamur.

Exercitatio ingenij cui Planetæ accepto ferenda.

Bona cœleſtia quo pacto ad animam noſtram traiiciantur.

in nobis medium, & tunc a mundi ſpiritu roboratum, inde vero per radios ſtellarum feliciter agentes in ſpiritum noſtrum, & radiis natura ſimilem, & tunc ſeipſum cœleſtibus coaptantem.

Quod inter animam mundi & corpus eius manifeſtum, ſit ſpiritus eius, in cuius virtute ſunt quatuor elementa. Et quod nos per ſpiritum noſtrum hunc poßimus haurire.

CAP. III.

PRofecto mundanum corpus quantum ex motu generationeque apparet, eſt vbique viuum, quod Indorum Philoſophi probant ex eo, quod paſſim ex ſe viuentia generet. Ergo per animam viuit vbique ſibi præſentem, ac prorſus accommodatam. Igitur inter mundi corpus tractabile, & ex parte caducum, atque ipſam eius animam, cuius natura nimium ab eiuſmodi corpore diſtat, ineſt vbique ſpiritus, ſicut inter animam & corpus in nobis, ſi modo vbiq; vita eſt communicata ſemper ab anima corpori craſſiori. Talis namque ſpiritus neceſſario requiritur tanquam medium, quo anima diuina & adſit corpori craſſiori, & vitã eidem penitus largiatur. Corpus autem omne facile tibi ſenſibile, tanquam ſenſibus tuis accommodatum, craſſius eſt, & ab anima diuiniſſima longe degenerans. Opus eſt igitur excellentioris corporis adminiculo quaſi non corporis. Proinde ſcimus viuentia omnia tam plantas, quam animalia, per quendam ſpiritum huic ſimile viuere atq; generare. Atque inter elementa, quod maxime ſpiritale eſt, velociſſime generare, perpetuoque moueri quaſi viuens. Sed quæres interea, ſi elementa atque animantes generant aliquid ſimile ſuo quodam ſpiritu, cur lapides & metalla non generant, quæ inter elementa & animantes media ſunt? Quia videlicet ſpiritus in eis craſſiori materia cohibetur. Quaſi quando rite ſecernatur, ſecretuſq;

Corpus mundanũ vbiq; viuum per animam.

Lapides & metalla cur non generent ſimile.

conseruetur, tanquam seminaria virtus poterit sibi simile generare, si modo materiæ cuidam adhibeatur generis eiusdem, qualem spiritum physici diligenter sublimatione quadam ad ignem ex auro secernentes, cuiuis metallorum adhibebunt, aurumque efficient. Talem vtiq; spiritũ ex auro vel ex alio rite tactum atque seruatum Elixer, Arabes Astrologi nominant. Sed ad mundi spiritum redeamus, per quem mundus generat omnia, quandoquidem & per spiritum proprium omnia generant, quem, tum cœlum, tum quintam essentiam possumus appellare. Qui talis ferme est in corpore mundi, qualis in nostro noster. Hoc in primis excepto, quod anima mundi hunc non trahit ex quatuor elementis tanquam humoribus suis, sicut ex nostris nostra, imo proxime (vt Platonice siue Plotinice loquar) ex virtute sua procreat genitali, quasi tumens, & simul cum eo stellas, statimque per eum parit quatuor elementa, quasi in illius spiritus virtute sint omnia. Ipse vero est corpus tenuissimum, quasi non corpus, & quasi iam anima. Item quasi non anima & quasi iam corpus. In eius virtute minimum est naturæ terrenæ, plus autem aqueæ plus item aeriæ, rursus igneæ stellarisque quamplurimum. Ad horum graduum mensuras, ipsæ quãtitates stellarum elementorumque prodierunt. Ipse vero vbique viget in omnibus generationis omnis proximus auctor atque motus, de quo ille: *Spiritus intus alit.* Totus est suapte natura lucidus calidusque & humidus atque viuificus, ex dotibus animæ superioribus dotes eiusmodi nactus. [Quem plurimum hausisse Apollonium Thyanæum, testificatus est Indus Hiarchas dicens: *Mirari nemo debet ô Appolloni te diuinandi scientiam consecutum, quum tantum ætheris in anima geras.*

Spiritus mũdi quo generantur omnia

Quod

Quod spiritus noster hauriat mundi spiritum per radios Solis & Iouis, & quatenus ipse fiat solaris & Iouialis.

CAP. IIII.

HVnc tu igitur studebis tibi in primis insinuare. Hoc enim medio naturalia quædam beneficia reportabis, tum corporis mundani, tum animę, tum etiam stellarum atque dæmonum. Nam ipse inter crassum mundi corpus & animam medius est, & in ipso stellæ sunt & dæmones, atque per ipsum. Siue enim mundi corpus atque mundana sint ab anima mundi proxime (sicut Plotino placet atque Porphyrio) siue mundanum corpus sicut & anima proxime sit a Deo, vt nostris placet, & forte Timæo Pythagorico, omnino viuit mundus atque spirat, spiritumque eius nobis haurire licet. Hauritur autem proprie ab homine per suum spiritum, illi suapte natura conformem, maxime si reddatur etiam arte cognatior, id est, si maxime cœlestis euadat. Euadit vero cœlestis, si expurgetur a sordibus, & omnino ab eis, quæ inhærent sibi dissimilia cœlo. Quæ quidem sordes non solū intra viscera si fuerint, verumetiā si in animo, si in cute, si in vestibus, si in habitatione & aere, spiritum frequenter inficiunt. Efficietur tandem cœlestis, si ad orbicularem animi corporisque motum, ipse quoque orbes efficiat. Si ad aspectum cogitationemque lucis frequentiorem etiam ipse subrutilet. Si adhibeātur ei similia cœlo, ea communiter diligentia qua Auicenna in libr. *De viribus cordis*, spiritum curat, & nos in libro *De curanda literatorum valetudine* curare contendimus, vbi primum segregantur ab eo vapores obnubilantes, medicinis etiam purgantibus. Secundo rebus lucentibus illustratur. Tertio ita colitur, vt & tenuetur simul, & confirmetur. Fiet denique cœlestis,

Spiritus inter mūdum & animam medius est.

Spiritus quo pacto cœlestis efficiatur.

maxime quantum dictat ratio præsens, si applicentur ei potissimum radii influxusque Solis inter cœlestia dominantis. Atque ita ex hoc spiritu tanquam in nobis medio cœlestia bona in primis insita sibi in nostrum tum corpus, tum animum exundabunt: Bona inquam cœlestia cuncta, in Sole enim omnia continentur. Conferet autem Sol ad spiritum solarem efficiendum proprie, quando sub Ariete fuerit vel Leone ipsum aspiciente Luna, maxime in Leone, vbi adeo spiritum nostrū vegetat, vt ipsum muniat contra venenum Epidemiæ repellēdum, quod perspicue apparet in Babylonia & Ægypto, & regionibus spectantibus ad Leonem, vbi Sol Leonem intrans, Epidemiam sedat, ea duntaxat ratione, qua diximus. Tunc ergo & tu Solaria passim exquisita compone. Tunc incipe solaribus vti, ea tamen cautione, qua sub æstu exsiccationem diligenter cuites. Non poterit autem facile spiritus solaris euadere, nisi sit quamplurimus. Ad Solem enim maxime pertinet amplitudo Quamplurimum vero faciet tum diligentia, cor rebus cordialibus intus & extra fouens, tum etiam victus ex alimentis quidem subtilibus multum tamen & facile, & salubriter nutrientibus. Motus quoq; frequens atq; lenis, & opportuna quies, aerque tenuis atque serenus & ab æstu geluq; remotus, præcipue lætus animus. Rursum nec Solaris erit, nisi calidus fuerit & subtilis, & clarus. Subtilem clarumq; facies si tristia & crassa deuitabis, & fusca. Vteris lucidis lætisq; intus; & extra Luminis multum die nocteq; excipies. Sordes expelles & otium, & torporem. In primis tenebras deuitabis. Perducturus autem spiritum ad calorem Soli naturalem, caue ne ad tertium caloris gradum siccitatemq; deducas. Calor enim ipse Solis naturaliter non exsiccat, alioquin non esset Sol vitę generationisq; Dominus, & auctor augmenti. Siccare

Cœlestia bona in Sole omnia.

Sol in Ariete & Leone epidemiā sedat.

Spiritus vt fiat solaris.

Subtilis & clarus.

Calidus.

care vero contingit radiis eius in concauis materiæ siccæ conclusis. Humorem itaque calori subtilem, qualis est solaris, & maxime Iouius, adhibebis & cõseruabis in spiritu, rerum eiusmodi vsu, si solarē sis effecturus, ne alioquin ad Martium potius, quam ad solarem forte deducas. Martem quidem Soli esse similem in paucis. & his quidem manifestis, nec admodum excellentibus. & interim inimicum esse ferunt. Ioue vero Soli similimū in plurimis excellentibusque muneribus quamuis occultioribus, & amicissimum esse scimus. Vnde & Ptolemæus vbi de cōsonantia disputat: *Iouem* ait *cum Sole præ ceteris perfectißime consonare Veneremq́ cum Luna*, omnesque Astrologi vniuersalem beneficentiam Soli tribuunt similiter atque Ioui. Quamuis Sol eadem efficacius agat, & Iupiter sub virtute Solis efficiat. In vtroque calor viget, superatque humorem. Sed in Ioue superat modice, in Sole superat excellenter, vtrobiq; benefice. Quum igitur adeo consonent, facile poteris spiritum Solarem efficere pariter atq. Iouium, ac res Solares & Iouiales rite poteris inuicem commiscere, præsertim si & has inuicem componas, & spiritui adhibeas, quando Iupiter Solem trino aspicit vel sextile, vel saltem quando Luna ab aspectu alterius ad alterum procedit aspiciendum. Maxime quando ab aspectu Solis ad coitum cum Ioue progreditur. Seorsum vero Solarem proprie facies, vel Iouialem, quando aspectum Lunę ad Solem obseruaueris vel ad Iouem. Tametsi consecutus naturam huius, naturam mox illius facile consequeris. Sextilem vero aspectum intellige, quando Planetæ duo inter se signorum duorum spatio distant. Trinum autem, quando quatuor signorum discrepant interuallo. Coniunctionem vero vel aspectum Lunæ ad alios, duodecim gradibus citra, totidemque vltra metiuntur.

Mars Soli similis in paucis, Iupiter in pluribus.

Sextilis aspectus quid?

Trinus quid?

Coniunctio quid?

Quod tres Gratiæ sint Iupiter & Sol & Venus, & quod Iupiter sit Gratia geminarum media, & maxime nobis accommodata. CAP. V.

Compositiones quidem & curationes Iouias, simulatque solares inuenies *in lib nostro De Vita longa*, & *in lib De literatorum cura.* Vbi etiam miscuimus pleraque Venerea. Nam nos in studiosis timemus exsiccationem, cui resistit Venus. Et hæc ipsa Venus est amicissima Ioui, sicut & Soli Iuppiter, quasi Gratiæ tres inter se concordes, atque coniunctæ. Ab his quidem tribus cœli Gratiis, & a stellis eiusdem generis Astrologi gratias & sperant, & diligenter exquirunt, easque per Mercurium atque Lunam, quasi nuntios transmitti putant atq; curant, facile vero communiterque per Lunam, Lunam quidem cum Ioue coniunctam, aut Venere feliciorem esse putant, quam si per sextilem aspexerit, aut trinum. Veruntamen si per trinum aspiciens etiam suscipiatur ab illis, quasi existimant esse coniunctam. Similiter si a Sole perspecta fuerit, simulque cepta. Nos autem si horum trium, stellarumque similium vires effectusque omnes percurrere singulatim velimus, longum opus aggrederemur, exquisitu difficile, difficilimum obseruatu. Si ad Venerem nos proprie conferamus, non facile Solem habebimus. Si ad Solem proprie, nō facile Venerem. Vt igitur tres simul in vno gratias complectamur, ad Iouem tandem confugiemus, inter Solem Veneremque natura effectuque medium, qualitate admodum temperatum, & quæcunque sperantur a Venere, vel a Sole, suo quodam pacto tradentem, magnificentius quidem honestiusque, quam Venus, temperatius quoque quam Sol, & in omnibus cum humana natura maxime congruentem. Vtemur itaq; Iouiis, quādo & ipse, & Luna dignitatem, tum naturalem, tum accidentalem habuerint, sintq; simul, vel feliciter

Iupiter gratiarū media.

citer se adspiciant. Si quando id fieri omnino non possit, misce Solaria in vnum simulatq; Venerea, faciesque sic Iouiale ex vtrisq; compositum, quando videlicet Luna a coitu Veneris eat ad sextilem Solis aspectum, vel e conuerso. Memento vero in rebus componendis quæ cor spiritumque foueant, & corroborent, Lunam conferre potissimum, si vna cum his muneribus hoc etiam habuerit, vt per aeria signa discurrat, maxime per aquarium, quod esse maxime putatur aerium. Vel si in suo domicilio sit, aut exaltatione sua, vel domo Iouis aut Solis. Et vbicunq; sit, si mansionem ex viginti illis & octo teneat, tum sibi, tum etiam operi competentem.

De virtutibus naturalibus, vitalibus & animalibus, & qui Planetarum singulis aut commodent incommodent ve, idq; maxime per aspectus.

CAP. VI.

Præcipua vero disciplina est recte tenere quem spiritum, quam vim, quam rem potissimum hi Planetæ significant. Luna ergo Venusq; vim & spiritum naturalem, atque genitalem, & quæ hunc augent. Iupiter eadem, sed efficacius, heparque & stomachum, habetq; non mediocrem partem in corde & spiritu, virtuteque vitali, quatenus suapte natura cum Sole consentit, imo & per seipsum, alioquin cor vitalem spiritum nō proprie in mense Iouis acciperet. Vnde Iouem Græci appellant *vitam*, & *per quem vita*. Habere quoque in animali spiritu potestatem testantur Astrologi, dicentes Iouem ad philosophiam & veritatem inueniendam, religionemque conferre. Et Plato, vbi ait, *ab Ioue Philosophos proficisci*. Quod etiam significauit Homerus antiquorum opinione dicens: *Talis est mens hominibus, qualem indies adducit pater hominum atque Deorum.* Nusquam vero numen aliquod ita cognominat præter Iouem. Sol spiritum vitalē præcipue, corq; significat

Quā vim & rem singuli Planetæ significent.

Luna & Venus.

Iupiter.

Sol.

cat, & habet nonnihil, imo non parum in capite, propter sensum atque motum, cuius est ipse Dominus, neque vim deserit naturalem. Mercurius cerebrum & instrumenta sensuum, ideoq. spiritum animalem. Proinde tutissima via erit, nihil sine Lunæ beneficio facere. Quandoquidem cęlestia communiter & frequenter atque facile ad inferiora demittit, quam *alterum Solem* nominant, quolibet mense quatuor anni tempora facientem. In prima enim sui quarta Peripatetici putant esse calidam atq; humidam. In secunda calidam & siccam. In tertia frigidam atq; siccam. In quarta frigidam atque humidam. Lumenq; eius proculdubio Solis esse lumen. Humores generationemque regere, omnesq; mutationes fœtus ipsius in aluo, conuersionibus suis metiri, & quoties soli iungitur, viuificam ab eo virtutem accipere, quum infundat humori, atq; ibidẽ a Mercurio vim humores commiscentem. Quam vim Mercurius & transformatione in omnes sua & gyris multiplicibus affert. Ibidẽ mox a Venere vim, quæ conducat ad formas genituræ conuenientes.

Mercurius.

Luna alter Sol.

Operępretium vero fuerit meminisse, diurnum Lunæ cursum in quatuor distribui quartas. In prima quidem ab Oriente ad medium ascendit cœlum, atque interim humorẽ & spiritum auget naturalem. In secunda a cœli medio petit occasum, efficitq; in nobis oppositũ. Tertia ab occasu cœlum subter medium adit, iterumq; spiritum illum auget & humorem. Quarta cadit inde versus ortum, minuitq; vicissim, quod maxime in Oceani ripis apparet, vbi ad hunc cursum mare manifestius accedit atque recedit, eodemque ordine vigor in ægrotantibus. Probabile etiam est, Solem per easdem sui quartas ad calorem naturalem, & spiritum vitalem augere, vel diminuere. Animalem quoque, quatenus Mercurium habet comitem. His cognitis poterit medicus

Diurni Lunæ cursus quatuor partes.

Sol per quartas auget calorem.

pro

pro humore & calore naturali, & quolibet ſpiritu recreando, tempora opportuniora ſeruare. Sed nũc de Luna ſatis. Neq; dimittere decet Iouem, in cuius menſe altero quidem vitam accepimus, altero autem communiter & felicius nati ſumus. Et qui inter Solem atque Venerem, item inter Solem atque Lunam eſt qualitate effectuq; medius ideoq; complectitur omnia. Solem vero ipſum prætermittere cœli Dominum nefas atque periculoſum exiſtimamus, niſi forte quis dixerit, eum qui Iouem habet, in Ioue Solem iam habere, illic potiſſimum ad homines temperatum. In Sole certe omnes cœleſtiũ eſſe virtutes, non ſolum Iamblichus Iulianuſque, ſed omnes affirmant, & Proculus ait, *ad Solis aſpectum omnes omnium cœleſtium virtutes congregari in vnum atque colligi.* Iouem vero eſſe Solem quendam ad nos temperatum nemo negabit. Lunam quoque temperatam ad Venerem haud neglexeris. Multum enim ad validam proſperamq; vitam adiuuat. Siquidem Venus fœcundat hominem, facitque lætum, hanc igitur obſeruabis. Quanquam ſi Lunam Veneri ſimilem, humore prorſus æqualem, & vix minus calidam, cum Ioue rite miſceas aut Sole, propemodum iam Venerem habes. Quid ergo? Vt tutiſſimã omnium & commodiſſima ſimul incedas via, Lunam obſerua quando Solem aſpicit, coitq; cum Ioue, vel ſaltem Iouem ſimul aſpicit atque Solem, aut certe quando poſt aſpectum Solis mox ad Iouis coitum progreditur vel aſpectum. Atq; eo ipſo tempore compone inuicem, vel adhibe tibi Solaria Iouiaque ſimulatq; Venerea. Quod ſi te ad vnum ex magnis confugere neceſſitas vrgeat, vel negotium, vel Iouem ipſum, vel potius ad Lunam ſimul Iouemq. confugito. Nulla enim ſtella naturales in nobis vires, imo & omnes magis, quam Iupiter fouet atque corroborat, nulla ruiſum pollicetur proſperiora ſi

Iupiter.

Iupiter omniũ maxime vires in nobis fouet.

mulatque plura. Et vbiq; hunc accipere faustum est, Solem vero accipere, forsitan non vbique tutum. Semper enim ille iuuat, hic sępe nocere videtur. Venus autem quasi debilis Ideo solus ille iuuans pater est appellatus. Id autem comprobat Ptolemæus vbi ait: *Pharmacum vix quicquam mouere naturam duntaxat, quando Luna cum Ioue congreditur.* Vsq; adeo illinc proprie totam putat vniuersi corporis corroborari naturam. Expertus sum quinetiam, Luna coniuncta cum Venere: medicinam vix mouere. Quamuis autem vbi pituitam valde timemus, Lunam præcipue obseruemus ad Solem, vbi vero bilem exsiccationemque eiusmodi ad venerem, tamen directio Lunæ ad Iouem, & ad hæc omnia quodammodo confert, & præcipue ad atram bilem expellendam, necnon ad communem hominum complexionem instaurandam atque firmandam. Sicut enim glycyrrhiza & oleum rosaceum frigidiora refrigerat, vinumque similiter, quod insuper humectat sicca, humidiora siccat, ita Iupiter humano congruus calori, vt vinum, oleum rosaceum, camomilla, glycyrrhiza. Vbi igitur audis Albumasar, dicentem: *Non est vita viuentibus, præter Deum, nisi per Solem & Lunam:* id intellige, quantum ad communem omnibus spectat influxum. Proprius autem homini accommodatissimusq; influxus est ab Ioue. Sunt autem in natura corporis vires attrahendi, retinendi, coquendi, expellendi. Has igitur omnes Iupiter ipse iuuat, potissimum vero coquendi, siue digerendi virtutem, atq; generãdi & nutriendi simul & augendi, propter humorem eius aerium atque multum, & calorem eiusdem amplum, humori mediocriter dominantem. Profecto per radios Iouis semper vsquequaq. diffusos, lumen Solis proprium ad salutem hominum maxime temperatur, radiis interim Veneris ad idem assidue conferentibus, at-

Proprius homini influxus ab Ioue.

que

que similiter transferente Luna. Radii quidem Veneris atq; Lunæ tanquam humidiores quædam indigent temperante, sicut & Solis radii tanquam calidiores, humidioris cuiusdam temperiem exigunt. Radii autem Iouis temperamentum nullum desiderant. Quid enim aliud Iupiter est, nisi Sol quidam ad salutem rerum præcipue humanarum ab initio temperatus? Quid rursus aliud, nisi Luna Venusq; facta tamen calidior atq; potentior? Ideo Astrologi ab Ioue auspicantur annum fertilem, ferreum, salubrem, & ab eo imminentium morborum remedia sperant. Atque Empedocles vbi propria vnicuique Planetarum munera tribuit, Iouem solum generationis principem nominat, Orpheum imitatus. Præter Iouem præcipiunt Lunam diligenter in omnibus operibus obseruandam, tanquã medium inter cœlestia competens, atque terrena. Sit ergo Luna in gradu situque & aspectu ad opus optatum, conueniente. Non sit in ecliptica, nec sub radiis Solis per gradus duodecim vltra citraque, nisi forte sit in eodem minuto cum Sole. Plerique vero volunt, *omnes Planetas fore fortes, quando in vnitate Solis exstiterint.* Vnitatẽ vero metiuntur minutis duobus atq; triginta, vt XVI. quidem citra, XVI. vero vltra connumerentur. Non impediatur a Saturno vel Marte, non descendat. In latitudine meridionali, quando duodecim dictos gradus egreditur. Non sit opposita Soli, nec lumine minuatur, nec tarda cursu, quando scilicet die vno, duodecim non peragit gradus. Non sit in via combusta a gradu Libræ vigesimooctauo ad tertium Scorpionis, nec in octaua, nec in Ascendente, nec in finibus Martis, vel Saturni. Quidam vero nec in sexta, duodecima, nona, quarta Lunam volunt. In ceteris vero cœli plagis approbant. Vbi hæc omnia complecti non potes, Iouem saltem exspecta vel Venerem in ascen-

Iupiter nil nisi Sol temperatus.

Cur a Ioue annũ fertilem auspicemur.

dente, vel decime, sic enim subueniunt detrimentis Lunæ. Nec ab re fuerit recordari quatenus Luna lumine augetur, eatenus & nobis non solum humorem, sed spiritum etiam virtutemque augeri, atque hæc ad circumferentiam dilatari, maxime in secunda eius quarta. Quando vero minuitur, cōtra cōtingere, pręsertim in vltima quarta. Primū eius ad Solē trinum præesse secundo. Hunc sextili primo. Hunc sextili secundo. Lunam quatenus lumine, eatenus repleri calore. Videntur ergo quidam non tam obseruare quomodo aspiciat Luna Solem (semper enim aspicit) quam vt plurimum lumen habeat, pręsertim dum augetur. Aspiciat vero interim trino vel sextili Iouem aut Venerem. Proinde virtutem attractiuam ignea iuuant, retentiuam terrea, digestiuam aeria, expulsiuam aquea. Si tu has omnes in te adiuuare volueris, attractiuam quidem per ignea maxime roborabis, quando Luna in signis vel stationibus igneis constituta Iouem aspicit, scilicet Ariete, Leone, Sagittario. Retentiuā per terrea, potissimum quando intuetur eundem in signis vel stationibus terreis collocata, Tauro. Virgine, Capricorno. Digestiuam generatiuamque per aeria scilicet Geminos, Libram, Aquarium, quoties sub aereis Iouem suspicit, aut subit. Expulsiuam per aquea, Cancrum, Pisces, Scorpium. Quando sub aquis ipsa posita, Iouis radiis illustrantur. Maxime vero in his omnibus consequeris optata, si Iupiter eadem vel similia, vel saltem non dissimilia signa mansionesve possederit. Citaturus aluum solidis medicinis, accipe Pisces. Liquidis, Scorpionem. Mediis vero, Cancrum. Per inferiora purgaturus, Pisces & Scorpium. Per superiora, Cancrum. Malum Saturni vel Martis ad Lunam deuitabis aspectum. Ille enim vexat stomachum, hic intestina dissoluit. Capricornum euitabis & Taurum, nauseam enim afferunt.

Ad Lunæ augmentū & decrementū humor & spiritus noster augētur & descrescunt.

Attractiua virtus per ignea roboratur.

Retentiua per terrea.

Digestiua per aeria.

Expulsiua per aquea.

ferunt. Scis membrum irritandum non esse, quan do Luna signum occupat membro profectum (hu mores namque mouet) sed potius esse fouendum. Hæc vero de virtute & spiritu naturali in iecore præcipue dominantibus, quæ in quatuor officia narrauimus, diuiduntur, dicta sufficient. De virtute spirituque vitali in corpe vigente quidnam monemus? Satis id ferme significatum est. Nam per res inprimis igneas, & quodammodo simul aerias hæc adiuuantur, quando Luna in domiciliis mansionibusve consimilibus suspicit Iouem, præcipue si Iouem complectatur & Solem. Virtutem quoque animalem per sensum & motum in capite dominantem confirmare potes per aeria in primis, subiunctis igneis, quando Luna in domiciliis, vel sedibus consimilibus Iouem suspicit, præsertim si Iouem propemodum Mercuriumque complectitur. Hic vero te moneo, ne Mercurium putes aqueum esse vel terreum (quod & ego aliquando suspicatus sum, alioquin motibus celeritatique ingenii non conferret) sed quodammodo aerium esse scias. Nam & eandē ob caussam tam mobilis est, tam facile conuertibilis, tantum ingenio confert, præsertim in aquario plurimum aerio constitutus. Humor quidem in eo temperatus est, calor exiguus. Sub Sole positus dicitur exsiccare Longior autem a Sole factus, humectare putatur. Ibi quidem calefacere multum ex natura Solis, hic vero calefacere parum admodum, & humefacere magis suapte natura. Calore forsitan non cedit Veneri, Lunam superat, humore vero cedit vtrisque. Haly probat Mercurium qualitates cœlestium commiscere, quoniam facilime permutetur, tum in qualitatem termini quem subit, tum in naturam stellæ quā aspicit. Ego igitur hunc tam facile permutari puto, quia nec excellentem potestatem, quam Iupiter habet, nec excedentem

Membrū irritandū nō est Luna signū eius occupante.

Mercurium esse aerium.

qualitatem, quam pleraque cœlestia, per quam alterationi resistat. Deniq; probabile est Mercurium assiduum Solis Achatem, multas illius vires habere, ideoque sperari solaria quædam a Mercurio posse. Aliquando vero & Martem tradunt, Solem in quibusdam muneribus imitari, ac Venerem quæ ad Lunam pertinent elargiri. Hæc igitur in agendo memineris. Neque negligas vnquam terminos. Aiunt enim Planetas in diuersis terminis ceu lucidis atq; tenebrosis opposita facere. Denique vbi Martem times, oppone Venerem. Vbi Saturnum adhibe Iouem. Ac da operam vt in perpetuo quodam pro viribus motu verseris, tantum defatigatione vitata, vt & proprium motum externis motibus clam nocituris opponas, & cœlestem actum pro viribus imiteris. Quod si poteris spatia motibus ampliora peragere, sic & cœlum potius imitaberis, & plures cœlestium vires passim diffusas attinges.

Mercurius multas Solis vires habet.

Quomodo membra foueantur in nobis per comparationem Lunæ ad signa, & ad stellas fixas.

CAP. XII.

TOtum quemadmodum diximus corpus fouere poteris, caput vero potissimum, si Planetas obseruaueris in Ariete, vel in suo quenque domicilio primo. Præcordia si in Leone. Stomachum iecurq;, si in Cancro atque Sagittario, aut saltem in Virgine. Et acceperis ea quæ proprie membrum petunt. Expedit quoque nosse, quæ quisque Planeta membra in signo quolibet habeat. Potes etiam proprie pro ætatis discrimine consulere vnicuique, per quatuor ætates Lunæ. Hæc enim a Nouilunio vsque ad quadraturam primam iuuenis est. Deinde ad plenilunium est iuuenis atque virilis. Hinc ad quadraturam alteram, virilis simul atque senilis, Inde vsque ad coniunctionem est senilis. Ætatem itaque Lunæ

Quatuor ætates Lunæ.

feliciter ætati curandi corporis adhibebis, si tunc aspectū eius ad aliquantum trium Gratiarum acceperis. Qui sane aspectus Lunæ semper, & cito, gratiosa largitur. Neque tamen facile admodum diuturna vel maxima, nisi præter intuitum Lunæ, etiam ipsæ Gratiæ mutuo se conspiciant iam, vel propemodum conspecturæ sint, aut tres ipsæ aut duæ. In primis vero diuturna præbant signa fixa. Leo scilicet, Aquarius, Taurus. Scorpius. Si forte non possis in præsentia Lunam ad Planetas gratiosos opportune dirigere, stellas elige fixas, Gratiarum naturam, id est, Iouis aut Veneris aut Solis, habentes, & ad eas directam Lunam elige. Tutius tamen est, Lunam interea Iouem propemodum adire vel Venerem. Stellæ namque fixæ si solæ spectent, proportionem humanam, id est, vnius hominis, nimis exuperant. Proportionem vero cum ciuitatibus moderatiorem habent.

De virtutibus & vsu stellarum fixarum.

CAP. XIII.

TRadunt Astrologi maiores quasdā stellas a Mercurio compertas, auctoritatem habere quamplurimam. Qualis est in Arietis gradu XXII. vmbilicus Andromedæ, Mercurialis atque Venereus. Item in Tauri XVIII, caput Algol, naturam Saturni possidens, atque Iouis. Cui subesse volunt adamantem & artemisiam, & audaciam victoriamque præstare. in eiusdē gradu XXII Pleiades, Lunare sidus & Martium. Cui subiiciunt crystallū, herbam diacedon, semen fœniculi. Conferre putant ad acuendū visum. Quod aūt nonnulli dicunt cōducere ad dæmones cōuocandos, figmentū esse iudico. Aldeboran primo vel tertio geminorū gradu Martium atq; Venereū. Hircus gradu eorūdem XIII. Iouius atq; Saturnius. Huic subiiciūt sapphyrū, prassiū, mentham, arthemi-

Vmbilicus Andromedæ. *Caput Algol.* *Pleiades.* *Aldebaran.* *Hircus.*

fiam, mandragoram. Ad dignitatem & principum gratiam adiuuare confidunt, nisi forte eos opinio fallat. Illi subesse volunt rubinum, titymallum, matrisyluam, Diuitias & gloriam augere. In Cancri sexto vel septimo Canis maior Venereus, præest berillo, sauinæ, arthemisiæ, draconteæ. Præstat gratiam. Item in XVII. eiusdem Canis minor Mercurialis & Martius. Cui subesse volunt lapidem Achatem, herbam sollsequium & Pulegium Atq. gratiam elargiri. In Leonis XXI. Cor Leonis, stella regia Iouialis & Martia. Huic subiici putant lapidem Granatum, chelidoniam, masticem, Melancholiam reprimere, temperatum gratiosumq; efficere. In Virginis XIX. Cauda Vrsæ maioris Venerea & Lunaris. Lapidem eius Magnetem putant herbam cicoream a raptoribus veneficiisque tueri. In Libræ VII. Ala Corui dextra. Item in eiusdē XII. & forte XIII. Ala sinistra, Saturnia simul & Martia. Eius herbam lapathium & hyoscyamum esse, aiunt cum lingua ranæ audaciam augere. Fore noxiam, in eiusdem quindecimo vel sedecimo, spica Venerea Mercurialisque. Quam sequatur Smaragdus, saluia, trifoliū, prorulla, arthemisia, mandragora Diuitias augeat & victoriam, & ab angustia vindicet. Denique in eiusdem XVII. vel XVIII. Alchameth. Huic subdunt Iaspidem & plantaginem, Firmare sanguinē sperant, febres omnes expellere. In Scorpionis quarto, Venerea Martiaque. Secundum vero computationem aliam in gradu eiusdem quinto est cornea, forsan eadem præsidens topazio, rorimarino, trifolio, hederæ, augere gratiam, castitatem, gloriam putant. In Sagittarii tertio, Cor Scorpionis Martium atque Iouium, præsidens Sardonio, amethysto, aristolochiæ, longo croco. Opinantur calorem bonum efficere, animum lætum, sapientemque reddere, dæmonia propulsare. In Capricorni gradu septimo

Canis maior. *Canis minor.* *Cor leonis.* *Cauda vrsa maioris.* *Ala corui dextra & sinistra.* *Alchameth.* *Scorpion. 4. gr.* *Cor scorpionis.*

mo Vultur cadens, hanc ſequitur Chryſolithus, Satureia, Fumus terræ. Stella eſt Mercurialis atq; Venerea, temperata. In aſcendente medioque cœlo prodeſt. Quod autem excantandi auctoritatem afferre dicant, nihili pēdo. In Aquarii x v i. cauda Capricorni, Saturnia, Mercurialiſque. Quam ſequitur Chalcidonius, maiorana, nepita, artemiſia, mandragora. Præſtare in cauſſis gratiam opinantur, diuitias augere, hominem ac domum incolumem reddere. In Piſcium tertio humerus equi Iouialis & Martius. Thebit Philoſophus docet ad captandam alicuius ſtellæ modo dictæ virtutem, lapidem eius accipere, herbamque eiuſdem, annulumque aureum facere vel argenteum, in quo lapillum inſeras herba ſubiecta geraſque tangentem. Id autem efficias quando Luna ſubit ſtellam, aut aſpicit aſpectu trino vel ſextili, & ſtella in medio percurrit cœlo vel aſcendente. Ego vero quæ ad eiuſmodi ſtellas attinent, in formam potius medicinæ, quam annuli componerem, intrinſecus vel extrinſecus adhibendæ, opportunitate videlicet prædicti temporis obſeruata. Tametſi priſci annulos magnifecerint. Nam Damis & Philoſtratus narrant, Hiarcham ſapientum Indorum principem ſimili quadam ratione ſeptem annulos confeciſſe, ſtellarum ſeptem nominibus appellatos, eoſque Apollonio Theanæo dediſſe. Qui deinde ſingulos diebus ſingulis geſtauerit, iuxta dierum nomina hos diſtinguens. Dixiſſe vero Hiarcham Apollonio, auum ſuum Philoſophum annos centum atque triginta vixiſſe, eiuſmodi forſan cœleſti munere fretum. Quo & Apollonius deinde vſus, centeſimo etiam anno, vt aiunt, iuuenem præferebat. Denique ſi quid eiuſmodi annuli virtutis habent ex alto, id quidem non tam ad animam, vel ad craſſum corpus pertinere arbitror, quam ad ſpiritum, calefacto paulatim annulo, ſic inde vel ſic af-

Vultur cadens.

Cauda capricorni.

Humerus equi.

Annulorum vſus apud priſcos.

fectum, vt firmior efficiatur, aut clarior, vehementior, aut mitior, seuerior, aut lætior. Quæ quidem affectiones in corpus quidē omnino, & in animam sensualem quodammodo, plerunq. indulgentem corpori transeunt. Quod autem aduersum dæmonas aut hostes, aut ad principum gratiam profuturos anulos pollicentur, vel fictum est, vel inde deductum, quod spiritum intentum, firmumq; efficiant, vel etiam mansuetum, obsequioq; amabilem, atque gratiosum. Iam vero si quid cœlestia præter corpoream valetudinem, conferre ad ingenium, artem, fortunam dicerem, ab Aquinate Thoma nostro non diffiderem, qui in libro cōtra Gentiles tertio probat à corporibus cœlestibus imprimi nonnihil in corpore nostro, cuius munere disponamur ad eligendum sæpe quod melius est, etiam si rationem finemq; nesciamus. Qua quidem in re bene fortunatos appellat, atque (consentiente Aristotele) bene natos. Addit etiam virtute cœlesti fieri nonnullos in quibusdam artium effectibus efficaces (vt eius verbis vtar) sicut miles in vincendo, agricola in plātando, medicus in sanando, felices. At enim sicut herbæ lapidesq; mirabiles quasdam vltra naturam elementarem vires cœlitus habent, sic homines quoque in artibus nonnullos habere. Mihi vero satis fuerit factum, si cœlestia quomodocunq; quasi per medicinas, siue interiores, siue exteriores, ad prosperam conferant valetudinem, dummodo interea salutem corporis perquirentes, iacturam nullam salutis animæ faciamus. Nihil omnino tentemus à sancta religione prohibitum. Præterea in opere quouis conficiendo, fructum operis ab eo speremus atque petamus in primis, qui & cœlestia, & quæ continentur cœlo fecit, & virtute donauit, mouetque semper atq; conseruat.

Annuli an aduersus dæmonas vel hostes valeant.

Cœlestia an ad ingenium conferant.

De dignitatibus Planetarum in signis ad usum medicinarum obseruandis.

CAP. IX.

SAturni domus Aquarius & Capricornus. Exaltatio Libra. Iouis domus Sagittarius atque Pisces. Exaltatio siue regnum, Cancer. Martis domicilium, Scorpius & Aries. Exaltatio Capricornus. Solis sedes quidem est Leo. Regnum Aries. Veneris habitaculum Taurus atque Libra. Exaltatio Pisces. Mercurii ædes Virgo atque Gemini, Regnum Virgo. Lunæ domus Cancer, Exaltatio Taurus. Saturnus & Iupiter triplicitatem habent in igneis aeriisque signis. Sol in igneis tantum. Mercurius in aeriis solum. Mars, Venus, Luna, in aqueis atque terreis. Planetæ quilibet præter Solem ac Lunam, in quolibet signo fines quosdam suos possident, quos & terminos appellamus. Igitur in Ariete Iupiter sex ibi primos terminos obtinet. Venus sex inde sequentes, Mercurius posteriores octo, Mars quinque deinceps, postremos quinque Saturnus. In Tauro ordine deinceps simili Venus fines habet octo, Mercurius sex, Iupiter octo, Saturnus quinque, Mars denique tres. In Geminis Mercurius sex, Iupiter sex, Venus quinque, Mars septem, Saturnus sex. In Cancro Mars septem, Venus sex, Mercurius totidem, Iupiter septem, Saturnus quatuor. In Leone Iupiter sex, Venus quinq;, Saturnus septem, Mercurius sex, Mars totidem. In Virgine Mercurius septem, Venus decem, Iupiter quatuor, Mars septem, Saturnus duos. In Libra Saturnus sex, Mercurius octo, Iupiter septem, Venus totidē, Mars duos. In scorpione Mars septem, Venus quatuor, Mercurius octo, Iupiter quinq;, Saturnus sex. In Sagittario Iupiter duodecim, Venus quinque. Mercurius quatuor, Saturnus quinque, Mars quatuor. In Capricorno Mercurius septem, Iupiter septem, Venus octo, Saturnus

Saturnus. Iupiter. Mars. Sol. Venus. Mercurius. Luna.

Planetarũ singulorũ fines.

quatuor,Mars totidem. In Aquario Mercurius septem,Venus sex,Iupiter septem,Mars quinque,Saturnus totidem. In Piscibus Venus duodecim, Iupiter quatuor,Mercurius tres,Mars nouem,Saturnus denique duos. Sol autem & Luna alia ratione fines suos habent. Nam Sol quidem signa sex pro finibus habet,Leonem,Virginem,Libram, Scorpium,Sagittarium,Capricornum, Luna vero reliquos,Aquarium, Pisces,Arietem,Taurum,Geminos, Cãcrum. Solem igitur atque Lunam in his signis eum principatum effectumque, quem reliqui Planetæ in suis finibus habere putant. Præter fines habent in signis suas Planetæ facies, quas Græci *Decanos* nominant,decem occupantes signi gradus. In Ariete facies prima Martis. Secunda Solis, qui Martem in cœlo sequitur, ordine Chaldæorum. Tertia Veneris,quæ Soli succedit in cœlo In Tauro prima facies Mercurii,sequentis Venerem. Secunda Lunæ, quæ Mercurio succedit, Tertia Saturni. Ad hunc enim redeundum est, impleto iam numero Planetarum. In Geminis prima Iouis, sequentis videlicet Saturnum, secunda Martis.Tertia Solis eodem ordine, similiter deinceps.

Planetarum in signis facies.

Quomodo Planetis vti debeamus in Medicinis.

CAP. X.

Commemorauimus autem, quas in signis Planetę dignitates habent,vt quoties facturi compositurique sumus, quæ ad Planetam aliquem attinent,sciamus eum in suis dignitatibus collocare, præsertim quando habuerit in nostra reuolutione & genesi principatum,vt etiam Saturnus atq Mars, alioquin deprimendi,nobis tamen sint erigendi, si geniture nostræ significatores extiterint. Maxime vero operæpretium ex hac commemoratione fecerimus,si quando vsuri in medicinis conficiendis beneficio

neficio Lunæ & Veneris atque Iouis, cauebimus, ne in finibus Saturni vel Martis exſiſtant, niſi forte vbi cogimur, vel per Saturnum cohibere diſſolutionem æſtumque reprimere, vel per Martem frigidiſſima calefacere, torpentia ſuſcitare, alioquin fines Iouis & Veneris eligemus, accipiemus quoq. Mercurii fines, Mercurialibus in primis hominibus profuturi. Neq. latere nos debet, homines valde Mercuriales, quales ſunt qui ingenio, artificio, eloquio pollent, non mediocriter eſſe Solares. Mercurius enim ſemper eſt Apolline plenus. Vt autem quiuis intelligat, quomodo figuras in cœlo deſcribamus in oras, ſignum quod ab Oriente ſurgit, primam appellamus vitæq. domum. Quod ſuccedit in ortum, ſecundam, tertiamque deinceps, aliaſque ſimiliter, ita in ſeptima domus ſit ſignum, quo in Occidente iam deſcendens opponitur aſcendenti. Huic octaua ſuccedit. Nona vero è medio cadit cœlo, quod decimam domum efficit. Huic ſuccedit vndecima. Sed duodecima cadit ab aſcendente. Vt igitur Planetæ ſint potentes, habendi ſunt in angulis, vel Orientis, vel Occidentis, vel medii vtrinque cœli. Maxime vero in angulo aſcendentis, aut decimæ medium ſupra caput obtinentis cœlum, aut ſaltem in plagis, quæ angulis mox ſuccedũt. Tametſi Solem quidem nona, quæ à medio cadit cœlo, Lunam vero in tertia etiam cadente gaudere putant. Duas inter hæc regulas mente teneri Aſtrologi volunt. Vnam quidem ægrotãtis ratione, alteram vero medici. Nempe *vbi agrotantis ſeptima domus per Saturnum & Martem infortunata eſt, vel dominus eius infelix. ſepara medicum ab agroto. ſi Ptolemao credis.* Præterea *medicum electurus. Saturnium Martialemq. declinare iubent, eumque perquirere. in cuius genitura domus ſexta per aſpectum Solis, vel per Venerem aut Iouem, quomodocunq. fuerit fortunatam.* Infortunatum vero dicimus ſignum vel Plã-

Mercuriales ſunt ſolares.

Figuræ quomodo in cœlo deſcribantur.

Planetæ vt ſint potentes.

Regula II.

Signum infortunatum,

netam per Saturnum aut Martem, nisi propria domicilia sint vel regna, quando videlicet, vel ibi sunt, vel illuc aspiciũt opposito vel quadrato. Oppositum vero aspectum dicimus inter illa quæ interuallo discrepant, quam longissimo. Quadratum vero, vbi hoc ab illo quarta parte cœli id est, signorum trium spatio distant. Minus tamen per coniunctionem oppositum quadratum Saturnum & Mars Planetis aliis nocent, quando tanquam hospites eos domicilio, vel regno suo terminove suscipiunt. Quemadmodum Planetæ felices magis prosunt, quando per sextilem trinumve aspectum atq; coniunctionem etiam, vt diximus, sic excipiunt. Solis tamen coniunctionem Planetæ verentur, aspectu gaudent, trino videlicet vel sextili. Proinde necessariũ est meminisse, Arietem præesse capiti, atque faciei, Taurum collo, Geminos brachiis atque humeris, Cancrum pectori, pulmonibus, stomacho, lacertis, Leonem cordi & stomacho, atque iecori, & dorso, & costis posterioribus, Virginem intestinis & fundo stomachi, Libram renibus & fœmori atque natibus, Scorpionem genitalibus, vuluæ, matrici, Sagittarium fœmori atque subinguinibus. Capricornum genibus, Aquarium cruribus tibiisque, Pisces pedibus. Huius enim ordinis memor caueбis membrum tangere ferro, vel igne, vel cucurbitulis, quando Luna sub eius signo discurrit. Tunc enim auget Luna humores in membro, quorum affluentiã, & consolidationem prohibet, & grauat membri virtutem. Obseruabis autem tunc membrum remediis quibusdam amicis, vel extra, vel intus adhibitis, opportune feliciterque fouere. Expedit vero nosse quod signum ascenderit tibi nascenti. Nam præter Arietem hoc etiam tibi caput significat, atque in hoc Luna tibi caput aspicit. Præterea quando Luna Arietem subit, opportune balnea tentas & lauacra.

Aspectus oppositus. Quadratus.

Quibus corporis partibus singula signa præsint.

Quando

Quando Cancrum, feliciter minue sanguinem, medicinam accipe, præsertim electuarii formâ. Quando est in Leone ne prouoca vomitum. Cum in Libra, clysteribus apta est. In Scorpione, balnea nec tentes Sunt qui medicinam solutură dare nec prohibent, neque iubent In Capricorno, medicinam sumere nocet. Similiter in Aquario In Piscibus vero prodest. Quæ vero membra in quouis signo vnusquisque habeat Planetarum, etsi scitu necessarium est, tamen narratu prolixum. Neque vero in purificatione alui latere nos debet Ptolemæi præceptum. *Medicinam accipere purgatoriam, quando Luna est in Cancro, Piscibus, Scorpione, probamus, præsertim si dominus signi tunc ascendentis applicat se Planetæ sub terra currenti. Sin autem ascendentis dominus coniungatur inter ea supra caput cum Planeta medium tenente cœlum, nausea statim & vomitus incitabitur.* Denique concludamus cum Galeno, Astrologiam esse medico necessariam, qui de criticis diebus disputans ait: *certam esse Ægyptiorum sententiam, id est, Lunam significare affectionem indies, ægrotantis atq; sani, adeo vt si misceatur cum Luna radiis Iouis & Veneris, bene afficiatur vterq;. Sin autem Saturni vel Martis, contraria ratione se habeat.* Sed latius iam peruagati, ad spiritum tandem & vitam atq; gratias reuertamur.

Purgatoria quando accipienda.

Astrologia Medico necessaria.

Quibus modis spiritus noster haurire plurimum possit de spiritu vitaq; mundi. Et qui Planetæ spiritum procreent atq; recreent: & qualia ad vnumquenque Planetam pertineant.

CAP. XI.

HVc vero tendunt hæc omnia, vt spiritus noster rite per naturalia præparatus atque purgatus accipiat ab ipso vitæ mundanæ spiritu plurimum per radios stellarum opportune susceptos. Vita quidē mundi omnibus insita, propagatur euidenter in

Vita mundi.

herbas & arbores, quasi pilos sui corporis atque capillos. Tum & insuper in lapides & metalla, velut dentes & ossa. Pullulat quoq; in viuentes conchas, terræ & lapidibus adhærentes. Hæc enim non tam propria, quam ipsi communi totius vita viuũt. Quæ sane communis vita, multo etiam magis super terram in corporibus viget subtilioribus tanquam propinquioribus animæ. Per cuius vigorẽ intimum aqua, aer, ignis viuentia sua possident, atq. mouentur. Vita hæc aerem ignemque etiam magis, quam terram & aquam fouet, agitatque perpetuo motu. Et deniq; cœlestia corpora, quasi mundi caput, vel cor, vel oculos quã maxime vegetat. Vnde per stellas velut oculos, radios non visibiles solum, sed etiam visuales vsquequaque diffundit. Quibus more Struthii, vt diximus alibi, inferiora conspicit, fouetque videndo, imo etiam ita tangendo generat & format omnifariam atq; mouet. Igitur ad motum nitentis aquæ, sereni quoque aeris, ignisq. moderate distantis, atque cœli, motum mundanæ vitæ suscipies, si ipse quoque leniter & ferme similiter mouearis, quosdam pro viribus gyros agens, vertigine deuitata, cœlestia lustrans oculis, mente versans. Item frequenti quodam vsu Planetarum, similiterque viuentium potes è mundi spiritu plurimũ haurire. Præsertim si adhuc viuentibus recentibusq. & matri terræ, quasi adhuc hærentibus nutriaris, atq; fouearis. Inter Planetas suauiter redolentes, vel saltem non male olentes verseris, quam frequentissime Omnes enim herbæ, flores, arbor, poma redolet, quãuis sæpe minus animaduertas. Quo quidem odore quasi flatu spirituque vitæ mundanæ te vndique recreant atq; vegetant. Spiritum inquã tuum odoribus eiusmodi natura simillimum, perq; spiritum medium inter corpus & animam, facile corpus quoque reficiunt, & animæ mirifice prosunt. Inter

Motus mundanæ vitæ quo pacto suscipiendus.

hæc

hæc diutissime diurno tempore sub dio versaberis, quatenus tuto, vel commode fieri potest, in regionibus altis & serenis atque temperatis. Sic enim Solis stellarumque radii expeditius puriusq; vndiq; te contingunt, spiritumque tuum complent mundi spiritu per radios vberius emicante. Præterea naturalis ipse motus aeris, qui perpetuus est in orbem, quamuis ob lenitatem suam, consuetudinemq. diuturnam vix percipiatur ab vllo, te die sub dio deambulantem, habitantemq in patentibus editisque locis libere lambit, penetratque pure, ac motum vigoremque spiritui tuo mundanum mirifice præstat. Dixit equidem die, compertum enim habemus nocturnum aerem esse spiritibus inimicum. Confert autem diurni vsus, præsertim si plurimum in aperto deambulans, deuites primo quidem nimiam aeris intemperiem, deinde frequentius mouearis in eo, quando præter temperiem & serenitatem eius, stellarum positio magis est hominibus salutaris. Item si loca eligas præ ceteris odorifera. per quæ situm quotidie mutes, & ipse quasi continue, & leniter mouearis. Mutare locũ quemuis semper cum delectu præcepi, quoniam bona cœlestium & vniuersæ naturæ apud nos sunt rebus locisq; aliis passim, atque aliis distributa, quibus denique omnibus est fruendum. Mitto quod varietas tędium prohibet, spiritibus inimicum, propriumq; Saturno. Voluptatem vero affert, per quam (vt ita dixerim) Venus ipsa voluptatis amica venit in spiritum, atque quod eius officium est, hunc statim ingressa propagat. Summatim vero si quis consideret Paradisum, & pomi vitæ vsum apud Mosen. Item similem victum à Platone positum in Phædone, & quę Plinius de populis ait odore viuentibus, intelliget esset vera, quæ dicimus. Sed ad naturam spiritus descendamus. Spiritus qualitas est proculdubio Iouia, cuius

Aer nocturnus spiritibus inimicus: diurnus contra.

Varietas tædium prohibet.

De natura spiritus

tempore nobis infunditur. Est & Solaris. Iupiter enim hunc infundit, quatenus ingentem Solis in se temperat potestatem. Itèm alia quoq; ratione Iouia est, quoniam calida est & humida, & calore abundat, potius quam humore, nasciturque sanguine, & *vapor* quidem *sanguineus* appellatur. Rursus quoniam feruet, & subtilis est admodum atque lucens, oriturque à corde, Solaris proculdubio iudicatur. Habet quodammodo Veneream in se virtutem. Nā motu Venereo prorsus exundat, profluit, transfertur, prolemque propagat, ad voluptatem cuiuslibet sensus se dilatat refugitq dolorem. Summatim vero, spiritus quatenus corpori ad vitam & motum propagationemq; conducit, Iouius, Venereus, Solaris existimatur. Quatenus animo ad sensum imaginationemque ministrat, Solaris Mercurialisq; censetur, & vbiq. Mercurialis exsistit, quandoquidem adeo mobilis est, & tam facile conuertibilis, atque formabilis. Saturni, Martis, Lunæ, sanus communiter spiritus non multum habet, alioquin ex illo sæpe stupidus, ex hoc furiosus, ex hac obtusus quodāmodo foret. Quamobrem Lunaria quidem velut crassiora simulque humidiora à subtili & volatili natura spiritus sunt admodum aliena. Quæ vero Saturnalia multum, atque nimium Martialia sunt, quasi venena sunt, spiritui naturaliter inimica. Illa quidem ob extremam frigiditatem atq. siccitatem, hæc autem ob siccitatem, caloremque edacem. Iouia igitur & Solaris in primis, deinde Mercurialis & quodammodo Venerea, spiritus natura censetur. Distinctione vero præcipua, spiritus quidem naturalis Ioui proprie dedicatur, vitalis autem Soli, animalis vero Mercurio. Quando igitur res postulat aliquem è tribus spiritum adiuuare, patrono tunc suo infortunato, vel debili, non facile clientulo succurrere poteris. Difficillime vero spiritui animali,

mali, dum Mercurius infeliciter est affectus, qui tantam in animali spiritu auctoritatem habet, vt caduceo quodam suo animos tum consopire, tum suscitare dicatur, id est, suo quodam aspectu sic aut aliter se habente obtundere ingenium, vel acuere, debilitare, siue corroborare, vexare vel sedare mirifice possit. Tu igitur quoties spiritum aliquem studes excolere, non modo patronum eius obseruabis fortunatum atque potentem, sed etiam Lunam eliges ad hunc opportune directam. Non creatur autem neque recreatur aliquando proprie per influxum Saturni solum substantia spiritus, sed semper ab externis ad intima. & sæpe ab imis reuocatur ad summa. Vnde ad secretiora & altiora contemplanda conducit. Potest tamen, etsi raro, vis Martis atq; Saturni, spiritui tanquam medicina prodesse, vel calefaciendo quum opus fuerit, & excitando atque dilatando, vel vicissim nimis volatilem coercendo. Per ea vero potissimum, quæ quatuor illis Planetis consentanea sunt, creatur natura spiritus atque recreatur. Verum si ad Solaria quælibet valde & absque delectu declines, èxacues illum, & exsiccabis tandem atque dissolues, si similiter ad Venerea, liquefacies paulatim, vel obtundes. Si confidas tantum Mercurialibus, parum admodum inde proficies Erit igitur operępretium Iouialibus vti quam plurimum, eisque reliqua mediocriter admiscere, ac frequentius vti rebus, quæ vel his omnibus æque sint communes, vel proprie Ioui. Nam hæ quoque omnibus quodammodo sunt communes. Communiter autem ad hos omnes attinent, quæ substantiam habent, nec igneam nimis, nec prorsus terream, nec simpliciter aqueam, nec acutissimam, nec obtusissimam qualitatem, sed mediocrem & tactu leuem, & quodammodo mollem, vel saltem nō duram, siue asperam, item gustu quodammodo

Spiritus quo pacto colendus.

dulcem, olfactu suauem, visu gratam, auditu blandam atque iucundam, cogitatu lætam. Dulcedo igitur quædam saporis, & gratia his omnibus est communis. Si dulcedo quasi aquea est, & simul p.nguis, ad Venerem magis attinet, si quasi insipida, vel aliquantum austera potius ad Mercurium, atque hæc spiritui non multum prosunt, necessaria tamẽ sunt interdum ad hebetandum nimium eius acumen. Si dulcedo manifesta sit atque subtilis, & paulum habeat styptici acutique saporis, Iouialis proprie iudicatur. Cui congruit substantia dulcis amygdalæ, pinei nuclei, auellanæ, pistacii, amidi, glycyrrhizæ, passularum, vitelli oui, carnium, gallinacei pulli, fasianorum, pauonum, perdicum, similiumque, item radicum been atque enulæ. Rursum vini odoriferi clari, aliquantum dulcis, & styptici, sacchari candidissimi, tritici albissimi. Ad Iouem pertinet etiam manna, si modo myrobalani infusa virtute firmetur, alioquin non minus ad Venerem attinet quam ad Iouem. Hæc est vtique substantia dulcedoq; Iouis propria, quæ sane spiritui creando & recreando ante omnia confert. Iouia vero plurimum sunt omnia, quæ in libro *de longa vita* diximus, & seruare iuuẽtutem, & senibus salubria fore. Sin autem dulcedo admodum pauca sit, multumque acuti stypticique habeat, vel etiam nonnihil amari, Solaris esse censetur Similis quædam ratio est, & distinctio de odoribus. Hi enim saporum germani sunt. Similis etiam de coloribus. Colores sane aquei, albi, virides, aliquantum crocei, similes violarum, rosarum, liliorum coloribus, necnon odores eiusmodi Venerem referunt, & Lunam atque Mercurium Colores vero saphyrii, qui etiam dicũtur aerei, item purpurei pleniores, aurei argento mixti. & perpetuo virides, Iouem. Ardentes autem crocei, aurei puri, purpurei clariores, Solem. Quilibet vero colores si viui

Dulcedo Iouis propria.

Colores.

viui sint, vel saltem sericii, magis stellares exsistunt. In metallis quoque & lapidibus atque vitris propter cœlestem similitudinem sunt potentes Sed vt redeamus ad Iouem, sapor & odor eius quasi est, qualis in aureo pomo persico, similique pyro, vel aranceo, & vino maluatico leuiore, leuique vernaceo, qualis in viridi zinzibere, vel cinnamomo, vel dulci marathro, vel doronico, si hæc plurimo sacharo condita gustentur. Nam quatuor hæc & nux muscata recens, sola si sunt, potius solaria sunt, Solaris & chariophilus & muscus, sed odoratu non gustu, aut aspectu. Ambra Solaris plurimum atque Iouia. Crocus in omnibus est Solaris, tametsi color eius & odor apud Astrologos omnibus gratiis dedicatur, sapor autem ad Solem proprie pertinet. Denique omnia odorifera & aromatica, quatenus odorem gratum ferunt, ita ad Iouem Veneremque & Mercurium pertinent vt ad Solem, quamuis inter hæc, acutiora magis ad Solem, obtusiora ad Venerem Mercuriumque potius, ad Iouemque proprie temperata, olfactu, gustu, auditu, visu, tactu. Soni quin etiam cantusque grati, blandique ad gratias omnes spectant atque Mercurium. Minaces autem admodum atque flebiles Martem præferũt & Saturnum. Neque vero mireris nos multum coloribus, odoribus, vocibus attribuere. Nam sapores quidem ad spiritum præcipue pertinent naturalem, odores autem potius ad vitalem animalemque, colores, figuræ, voces ad animalem. Motus quoq; animi, vel lætus, vel mœstus, vel constans, spiritum ad similitudinem suam agitat vehementer. Animalem primo, per hunc vitalem, per hunc insuper naturalem. Spiritus tandem omnis, quia ob naturam quodammodo igneam, aeriamque omnino & lucidam atque mobilem, similis est luminibus, ideoque coloribus & vocibus aeriis, & odoribus motibusq; animi, ideo

Sapor & odor Iouialis.

Solaria.

Soni ad quem planetarum spectent.

per hæc subito in vtranque partem mouetur atque formatur. Et qualis euadit ipse, talem vicissim efficit, quodammodo affectum animi, & omnino corporis qualitatem. Denique cum primum per illa, quæ gratiarum propria sunt, opportune gratiis est expositus, vtpote qui & naturaliter illis consentaneus erat, statim per illarum radios, tum vbique vigentes, tum ipsi germanos, mirifica reportat munera gratiarum.

Quod res naturales atq; etiam artificiosæ habent virtutes à stellis occultas, per quas spiritum nostrum stellis eisdem exponunt.

CAP. XII.

Qvum vero dicimus, spiritum exponi gratiis per illa, quæ sunt gratiarum, non solum per qualitates, quæ videntur, audiuntur, odorantur, gustantur, sed etiam per illas, quæ tanguntur accommodari putamus. Memento igitur calidum in primo gradu Iouis esse, in secundo Solis cum Ioue, in tertio Martis cum Sole, in quarto Martis. Frigidum in primo Veneris, in secundo Lunæ, in tertio Lunæ cum Saturno, in quarto Saturni. Humidum in primo Mercurii cum Ioue, in secundo Veneris cũ Luna, in tertio Lunæ cum Venere, in quarto Lunæ, quando Veneri Mercurioq. coniungitur. Siccum in primo Iouis, in secũdo Mercurii cum Sole, in tertio Solis cum Marte, in quarto Martis cũ Saturno. Summatim ex qualitatibus Planetarũ, quas Ptolemæus scribit in *Quadripartito*, colligimus harmoniam ex cunctis conflatam ad calorem humoremq. declinare. Calor enim Martis ingens atque Solis & temperatus Iouis, ingentem superat Saturni frigiditatem, & Veneris Lunæque exiguam, ita vt calor ibi frigus excedat. Item humiditas Lunę Venerisq; plurima & propinqua nobis atque temperata, Iouis siccitatem Saturni

Calidum. *Frigidum* *Humidum.* *Siccum.* *Harmonia qualitatum è Planetis.*

Saturni Martiſque multam ſuperat,& temperatam Solis.Cum igitur humorque frigori ſiccoq; dominantur,atque ſimiliter calor humori. Quemadmodum in ſani corporis homine ad cœleſtem conſonantiam temperato ex calore & ſiccitate cordis, item calore & humore iecoris, rurſum frigore & humore cerebri, coaleſcit complexio quædam ad calorem humoremque vergens, mediocriter calore regnante. Calor enim cordis & iecoris, frigus cerebri ſuperat.Item humor iecoris atque cerebri ſiccit atem cordis excedit. Neque vero prætermiſſum à nobis velim,talem exſiſtere ex ſtellis fixis harmoniam cunctis communem,qualem diximus ex Planetis,hos enim illis ſimiles Aſtrologi putant.Quorſum hæc? Vt memineris ſpiritum corpuſq; noſtrum per temperiem quandam ad calorem humoremq; vergentem,vel natura conſtantem, vel quæſitam accommodari poſſe cœleſtibus, ſibique cœleſtia vendicare. Neq; tamen dicimus ſpiritum noſtrum cœleſtibus duntaxat, per qualitates rerum notas ſenſibus præparari, ſed etiam multoque magis per proprietates quaſdam rebus cœlitus inſitas, & ſenſibus noſtris occultas,rationi vix deniq. notas. Nam quum proprietates eiuſmodi, earumq. effectus elementari virtute conſtare non poſſint, conſequens eſt à vita ſpirituq; mundi per ipſos ſtellarum,radios ſingulariter proficiſci, ideoq; per eas ſpiritum affici,quamplurimum, atque quamprimum, cœleſtibuſque influxibus vehementer exponi. Hac vtique *Gemmæ.* ſmaragdus,hyacinthus, ſapphyr⁹,topazius, rubinus, vnicorni cornu,præcipue vero lapis bezaar apud Arabes appellatus, occultis gratiarum proprietatibus prædita ſunt. Et idcirco non ſolum intus aſſumta, ſed etiam ſi carnem tangant, ibiq; calefactu virtutem ſuam promant,vim inde cœleſtem ſpiritibus inſerunt,qua ſe cõtra peſtem tuentur atq. venena.

Quod autem hæc similiaque tale aliquid agant virtute cœlesti, id argumento est, quia etiam exiguo pondere sumta non exiguũ habent in agendo momentum. Quod elementari qualitati vix vnquam est concessum, igni videlicet valde cœlesti. Martialis enim virtus vt agat multum, materiam desiderat multam Formalis autem, etiam quum minima materia valet plurimum. Simili virtute in primis phœbea Pæonia carnem tangens, contra caducum morbum spiritus armat vapore ad eos intus infuso. Simili corallus & chalcidonius aduersum atrę bilis illusiones, Iouis præcipue Venerisque virtute, ceteraque similiter eiusmodi quadam proprietate myrobalani iuuentutem seruant, acuuntque senes, & ingenio prosunt atque memoriæ, propter Iouem in primis Saturni temperatorem, atque Mercuriũ sensus amicum. Quam quidem arborem forte aliquis in paradiso ad vitam prorogandã exstitisse putabit. Mercurio lapidem Achatem consecrant. Vnde Physici conueniunt, ad facundiam visumque & contra venena valere. Serapio scribit eum, qui hyacinthum vel ex eo sigillum gestat, esse à fulgure tutum, atque hanc virtutem eius esse latissime diuulgatam, quam si habet, ab Ioue putamus habere. Lapis ætites vel aquilinus habet à Lucina, id est, Venere atque Luna, vt admotus vuluæ, partum mox & facilime citet. Quod Rasis confirmante Serapione frequenter se dicit expertum. Forsan & à Phœbo qui transfixit Pythonem, Cretæa Dictamus habet, vt & venenosis obsistat, & ferrũ è vulnere trahat. Solis virtute zinziber infusum epulis arcet syncopim. Gentiana canis rabiem sedat, fugatq. serpentes. Verbena vaticinium præstare fertur, lætitiamque & expiationes & visum. Ruta & zeduaria contra venena Theriacam agunt. Thus vitalem & animalem spiritum aduersus hebetudinẽ, obliuionem,

Paonia. *Corallus.* *Chalcidonius.* *Gestans hyacinthũ à fulgure tutus est.* *Ætites lapis.* *Dictamus.* *Gẽtiana.* *Verbena.* *Ruta.*

nem,timorem,fulcit.Saluia vero menthaq; virtute Iouis,illa quidem paralysim fugat, hæc vero odore roborat animum. Eadem virtute Pentaphyllon resistit venenis, eiusq; folium bis quotidie vnum vino bibitum curat Ephemeram,tria,tertianam,quatuor vero quartanam Hac herba sacerdotes antiqui propter puritatem suam in purificationibus vtebantur. Agnus castus potestate Saturni Venereum sistit motum,Iaspis vero sanguinem. Mirabiles autem prouenire solent effectus,vbi occultæ proprietati proprietas seruit elementaris, velut in myrobalano ad spiritum corpusque firmandum, non solum virtus illa cœlestis agit, sed etiam styptica multum,nec parum aromatica virtus. quæ putrefactionem dissolutionemq; mirifice prohibet, spiritumque corroborat. Iam vero vt crocus petat cor, spiritum dilatet,prouocet risum,non solum occulta Solis virtus mirabiliter efficit, sed ad idem quoq; conducit ipsa natura croci subtilis, amplificabilis, aromatica,lucida.Quod autem de simplicibus dico, de compositis similiter dictum intelligi volo. Dic age theriaca, quomodo contra venenum nobis opitulétur? Non educit illa venenum, adstringit enim aluum, non mutat omnino tam subito veneni naturam, non enim hæc adeo debilis est atq. mutabilis,sed spiritum vitalem potius valde tenuē, & mutabilem,subito conformi quadam ad ipsum proportione corroborat vsq; adeo,vt ipse iam validus tanquam agens,vna cum theriaca velut instrumento partim superet venenum, partim mutet, partim à præcordiis arceat. Sed qua nā proportione sine virtute id efficit theriaca? Iouiali simulatque Phœbea, quam ex commixtione multarum rerum,secūdum certam proportionem inuicem confusarū sibi vendicasse videtur. Est autem in eo virtus triplex. Hæc ipsa inquam cœlestis,quam modo dicebam. Item

Theriaca quomodo cōtra venenum nobis opituletur.

Virtus in theriaca triplex.

cœlestis alia prius in herbis aromatisq; proprietas, quibus electis ipsa rite cōponitur, quæ virtuti prius dictæ subministrat ad idem. Est insuper alia virtus in plerisq; partibus eius, elementaris potius, quam cœlestis, veruntamen talis vt spiritui muniendo cōducat, stypticam dico & aromaticam qualitatem. Illa quidem spiritum firmat, ista fouet. Mirabilem ergo theriaca vim nacta est contra properantem senectutem atque venenum, tribus videlicet in ea virtutibus ad idem pariter conspirantibus, quarum vna quidem est cœlestis per artificiosam acquisita commixtionem, alia cœlestis iterum, sed partibus eius naturaliter insita, alia prorsus elementaris. Sed illa quam prius dixi, cœlitus acquisita, multo etiam foret admirabilior si non solum proportione Iouia Solarique, & ex rebus eiusmodi conflaretur, sed etiam opportunum ad hoc, obseruatione cœlestium, tempus eligeretur. Nam quemadmodum corpus se habet ad locum atque tempus, ita motus & actio se habet ad tempus. Sicut ergo certa passim corpora eorumque formæ certis & locis, & temporibus coalescunt atque seruantur, sic & propriæ quædam actiones ex propriis quibusdam temporibus efficaciam nanciscuntur. Idq; in Alcibiade significat Socrates, & Proclus explicat. Quod sane Pythagoras animaduertens, ipsum bonum perfectionemque rerum, opportunitatem cognominauit. Primum namque principium sic apud Pythagoram & Platonem omnium est mensura, vt aliis corporibus actionibusque alia loca distribuerit atq; tempora. Vnde sicut res quædam non alibi quam hic, nec alias, quam tunc proprie nascuntur feliciter, & coalescūt, atq; seruantur, sic & materialis actio, motus, euentus talis, aut talis, non alias efficaciam sortitur, effectumque perfectum, quam quando cœlestium harmonia ad idem vndiq; consonat, quæ sane harmo-

Theriacæ vis mirabilis contra senectutem.

nia

nia tantam habere potestatem existimatur, vt non solum agricolarum laboribus, atq; medicorum artificiis per herbas aromataq. confiatis, sed etiam imaginibus, quæ apud Astrologos ex metallis lapidibusque fiunt, virtutem sæpe mirificam largiatur. Sed imagines caput iam proprium exigunt. Quantum vero ad horas pro actionibus & operibus eligendas pertinet, plurimũ confirmatur à Ptolemæo vbi ait in Centiloquio: *Qui eligit quod melius est, nihilo differre videtur ab eo, qui habet hoc ex natura.* Quibus in verbis tum cœlestium, tum arbitrii electionisq. nostræ potestatem confirmare videtur. Albertus quoque Magnus inquit in Speculo: *Non enim libertas arbitrij ex electione horæ laudabilis coercetur, sed potius in magnarum rerum inceptionibus electionem horæ contemnere, est arbitrij præcipitatio, non libertas.*

De virtute imaginum secundum antiquos, atq; medicinarum cœlitus acquisita.

CAP. XIII.

PTolemæus ait in Centiloquio, *rerum inferiorum effigies vultibus cœlestibus esse subiectas antiquosque sapientes solitos certas tunc imagines fabricare quando Planetæ similes in cœlo facies, quasi exemplaria inferiorum ingrediebantur.* Quod quidem Haly comprobat ibi dicens, *Vtilem serpentũ imaginem effici posse, quando Luna serpentem cœlestem subit, aut feliciter aspicit. Similiter Scorpionis effigiem efficacem, quando Scorpij signum Luna ingreditur, ac signum hoc tenet angulum ex quatuor vnum.* Quod in Ægypto suis temporibus factum ait, seque interfuisse, vbi ex sigillo Scorpionis in lapide Bezahar, ita facto, imprimebatur thuri figura, dabaturque in potum ei, quem Scorpius ipse pupugerat, ac subito curabatur. Quod quidem vtiliter effici Habameth Physicus affirmat, confirmante Serapione. Præterea narrat Haly, *notum illu sibi*

Virtutes imaginũ secundum varios auctores.

quatuor, Mars totidem. In Aquario Mercurius septem, Venus sex, Iupiter septem, Mars quinque, Saturnus totidem. In Piscibus Venus duodecim, Iupiter quatuor, Mercurius tres, Mars nouem, Saturnus denique duos. Sol autem & Luna alia ratione fines suos habent. Nam Sol quidem signa sex pro finibus habet, Leonem, Virginem, Libram, Scorpium, Sagittarium, Capricornum, Luna vero reliquos, Aquarium, Pisces, Arietem, Taurum, Geminos, Cãcrum. Solem igitur atque Lunam in his signis eum principatum effectumque, quem reliqui Planetæ in suis finibus habere putant. Præter fines habent in signis suas Planetæ facies, quas Græci *Decanos* nominant, decem occupantes signi gradus. In Ariete facies prima Martis. Secunda Solis, qui Martem in cœlo sequitur, ordine Chaldæorum. Tertia Veneris, quæ Soli succedit in cœlo In Tauro prima facies Mercurii, sequentis Venerem. Secunda Lunæ, quæ Mercurio succedit, Tertia Saturni. Ad hunc enim redeundum est, impleto iam numero Planetarum. In Geminis prima Iouis, sequentis videlicet Saturnum, secunda Martis. Tertia Solis eodem ordine, similiter deinceps.

Planetarum in signis facies.

Quomodo Planetis vti debeamus in Medicinis.

CAP. X.

COmmemorauimus autem, quas in signis Planetę dignitates habent, vt quoties facturi compositurique sumus, quæ ad Planetam aliquem attinent, sciamus eum in suis dignitatibus collocare, præsertim quando habuerit in nostra reuolutione & genesi principatum, vt etiam Saturnus atq Mars, alioquin deprimendi, nobis tamen sint erigendi, si genituræ nostræ significatores exstiterint. Maxime vero operæpretium ex hac commemoratione fecerimus, si quando vsuri in medicinis conficiendis beneficio

nescio Lunæ & Veneris atque Iouis, cauebimus, ne in finibus Saturni vel Martis exsistant, nisi forte vbi cogimur, vel per Saturnum cohibere dissolutionem æstumque reprimere, vel per Martem frigidissima calefacere, torpentia suscitare, alioquin fines Iouis & Veneris eligemus, accipiemus quoq. Mercurii fines, Mercurialibus in primis hominibus profuturi. Neq. latere nos debet, homines valde Mercuriales, quales sunt qui ingenio, artificio, eloquio pollent, non mediocriter esse Solares. Mercurius enim semper est Apolline plenus. Vt autem quiuis intelligat, quomodo figuras in cœlo describamus in oras, signum quod ab Oriente surgit, primam appellamus vitæq. domum. Quod succedit in ortum, secundam, tertiamque deinceps, aliasque similiter, ita in septima domus sit signum, quo in Occidente iam descendens opponitur ascendenti. Huic octaua succedit. Nona vero è medio cadit cœlo, quod decimam domum efficit. Huic succedit vndecima. Sed duodecima cadit ab ascendente. Vt igitur Planetæ sint potentes, habendi sunt in angulis, vel Orientis, vel Occidentis, vel medii vtrinque cœli. Maxime vero in angulo ascendentis, aut decimæ medium supra caput obtinentis cœlum, aut saltem in plagis, quæ angulis mox succedũt. Tametsi Solem quidem nona, quæ à medio cadit cœlo, Lunam vero in tertia etiam cadente gaudere putant. Duas inter hæc regulas mente teneri Astrologi volunt. Vnam quidem ægrotãtis ratione, alteram vero medici. Nempe *vbi ægrotantis septima domus per Saturnum & Martem infortunata est, vel dominus eius infelix, separa medicum ab ægroto, si Ptolemæo credis.* Præterea *medicum electurus Saturnium Martialemq. declinare iubent, eumque perquirere, in cuius genitura domus sexta per aspectum Solis, vel per Venerem aut Iouem, quomodocunq. fuerit fortunatam.* Infortunatum vero dicimus signum vel Pla-

Mercuriales sunt solares.

Figuræ quomodo in cœlo describantur.

Planetæ vt sint potentes.

Regulæ II.

Signum infortunatum,

netam per Saturnum aut Martem, nisi propria domicilia sint vel regna, quando videlicet, vel ibi sunt, vel illuc aspiciũt opposito vel quadrato. Oppositum vero aspectum dicimus inter illa quæ interuallo discrepant, quam longissimo. Quadratum vero, vbi hoc ab illo quarta parte cœli id est, signorum trium spatio distant. Minus tamen per coniunctionem oppositum quadratum Saturnum & Mars Planetis aliis nocent, quando tanquam hospites eos domicilio, vel regno suo terminove suscipiunt. Quemadmodum Planetæ felices magis prosunt, quando per sextilem trinumve aspectum atq; coniunctionem etiam, vt diximus, sic excipiunt. Solis tamen coniunctionem Planetæ verentur. aspectu gaudent, trino videlicet vel sextili. Proinde necessariũ est meminisse, Arietem præesse capiti, atque faciei, Taurum collo, Geminos brachiis atque humeris, Cancrum pectori, pulmonibus, stomacho, lacertis, Leonem cordi & stomacho, atque iecori, & dorso, & costis posterioribus, Virginem intestinis & fundo stomachi, Libram renibus & fœmori atque natibus, Scorpionem genitalibus, vuluæ, matrici, Sagittarium fœmori atque subinguinibus. Capricornum genibus, Aquarium cruribus tibiisque, Pisces pedibus. Huius enim ordinis memor caue bis membrum tangere ferro, vel igne. vel cucurbitulis, quando Luna sub eius signo discurrit. Tunc enim auget Luna humores in membro, quorum affluentiã, & consolidationem prohibet, & grauat membri virtutem. Obseruabis autem tunc membrum remediis quibusdam amicis, vel extra, vel intus adhibitis, opportune feliciterque fouere. Expedit vero nosse quod signum ascenderit tibi nascenti. Nam præter Arietem hoc etiam tibi caput significat, atque in hoc Luna tibi caput aspicit. Præterea quando Luna Arietem subit, opportune balnea tentas & lauacra.

Aspectus oppositus. Quadratus.

Quibus corporis partibus singula signa præsint.

Quando

Quando Cancrum, feliciter minue sanguinem, medicinam accipe, præsertim electuarii formã. Quando est in Leone ne prouoca vomitum. Cum in Libra, clysteribus apta est. In Scorpione, balnea nec tentes Sunt qui medicinam solutura dare nec prohibent, neque iubent In Capricorno, medicinam sumere nocet. Similiter in Aquario In Piscibus vero prodest. Quæ vero membra in quouis signo vnusquisque habeat Planetarum, etsi scitu necessarium est, tamen narratu prolixum. Neque vero in purificatione alui latere nos debet Ptolemæi præceptum. *Medicinam accipere purgatoriam, quando Luna est in Cancro, Piscibus, Scorpione, probamus, præsertim si dominus signi tunc ascendentis applicat se Planetæ sub terra currenti. Sin autem ascendentis dominus coniungatur inter ea supra caput cum Planeta medium tenente cœlum, nausea statim & vomitus incitabitur.* Denique concludamus cum Galeno, Astrologiam esse medico necessariam, qui de criticis diebus disputans ait: *certam esse Ægyptiorum sententiam, id est, Lunam significare affectionem indies, ægrotantis atq; sani, adeo vt si misceatur cum Luna radis Iouis & Veneris, bene afficiatur vterq;. Sin autem Saturni vel Martis, contraria ratione se habeat.* Sed latius iam peruagati, ad spiritum tandem & vitam atq; gratias reuertamur.

Purgatoria quando accipienda.

Astrologia Medico necessaria.

Quibus modis spiritus noster haurire plurimum possit de spiritu vitaq; mundi. Et qui Planetæ spiritum procreent atq; recreent: & qualia ad vnumquenque Planetam pertineant.

CAP. XI.

HVc vero tendunt hæc omnia, vt spiritus noster rite per naturalia præparatus atque purgatus accipiat ab ipso vitæ mundanæ spiritu plurimum per radios stellarum opportune susceptos. Vita quidẽ mundi omnibus insita, propagatur euidenter in

Vita mundi.

herbas & arbores, quasi pilos sui corporis atque capillos. Tum & insuper in lapides & metalla, velut dentes & ossa. Pullulat quoq; in viuentes conchas, terræ & lapidibus adhærentes. Hæc enim non tam propria, quam ipsi communi totius vita viuũt. Quæ sane communis vita, multo etiam magis super terram in corporibus viget subtilioribus tanquam propinquioribus animæ. Per cuius vigorẽ intimum aqua, aer, ignis viuentia sua possident, atq. mouentur. Vita hæc aerem ignemque etiam magis, quam terram & aquam fouet, agitatque perpetuo motu. Et deniq; cœlestia corpora, quasi mundi caput, vel cor, vel oculos quã maxime vegetat. Vnde per stellas velut oculos, radios non visibiles solum, sed etiam visuales vsquequaque diffundit. Quibus more Struthii, vt diximus alibi, inferiora conspicit, fouetque videndo, imo etiam ita tangendo generat & format omnifariam atq; mouet. Igitur ad motum nitentis aquæ, sereni quoque aeris, ignisq. moderate distantis, atque cœli, motum mundanæ vitæ suscipies, si ipse quoque leniter & ferme similiter moueris, quosdam pro viribus gyros agens, vertigine deuitata, cœlestia lustrans oculis, mente versans. Item frequenti quodam vsu Planetarum, similiterque viuentium potes è mundi spiritu plurimũ haurire. Præsertim si adhuc viuentibus recentibusq. & matri terræ, quasi adhuc hærentibus nutriaris, atq; fouearis. Inter Planetas suauiter redolentes, vel saltem non male olentes verseris, quam frequentissime Omnes enim herbæ, flores, arbor, poma redolet, quãuis sæpe minus animaduertas. Quo quidem odore quasi flatu spirituque vitæ mundanæ te vndique recreant atq; vegetant. Spiritum inquã tuum odoribus eiusmodi natura simillimum, perq; spiritum medium inter corpus & animam, facile corpus quoque reficiunt, & animæ mirifice prosunt. Inter

Motus mundanæ vitæ quo pacto suscipiendus.

hæc

hæc diutissime diurno tempore sub dio versaberis, quatenus tuto, vel commode fieri potest, in regionibus altis & serenis atque temperatis. Sic enim Solis stellarumque radii expeditius puriusq; vndiq; te contingunt, spiritumque tuum complent mundi spiritu per radios vberius emicante. Præterea naturalis ipse motus aeris, qui perpetuus est in orbem, quamuis ob lenitatem suam, consuetudinemq diuturnam vix percipiatur ab vllo, te die sub dio deambulantem, habitantemq in patentibus editisque locis libere lambit, penetratque pure, ac motum vigoremque spiritui tuo mundanum mirifice præstat. Dixit equidem die, compertum enim habemus nocturnum aerem esse spiritibus inimicum. Confert autem diurni vsus, præsertim si plurimum in aperto deambulans, deuites primo quidem nimiam aeris intemperiem, deinde frequentius mouearis In eo, quando præter temperiem & serenitatem eius, stellarum positio magis est hominibus salutaris. Item si loca eligas præ ceteris odorifera. per quæ situm quotidie mutes, & ipse quasi continue, & leniter mouearis. Mutare locũ quemuis semper cum delectu præcepi, quoniam bona cœlestium & vniuersæ naturæ apud nos sunt rebus locisq; aliis passim, atque aliis distributa, quibus denique omnibus est fruendum. Mitto quod varietas tędium prohibet, spiritibus inimicum, propriumq; Saturno. Voluptatem vero affert, per quam (vt ita dixerim) Venus ipsa voluptatis amica venit in spiritum, atque quod eius officium est, hunc statim ingressa propagat. Summatim vero si quis consideret Paradisum, & pomi vitæ vsum apud Mosen. Item similem victum à Platone positum in Phædone, & quę Plinius de populis ait odore viuentibus, intelliget esset vera, quæ dicimus. Sed ad naturam spiritus descendamus. Spiritus qualitas est proculdubio Iouia, cuius

Aer nocturnus spiritibus inimicus: diurnus contra.

Varietas tædium prohibet.

De natura spiritus

tempore nobis infunditur. Est & Solaris. Iupiter enim hunc infundit, quatenus ingentem Solis in se temperat potestatem. Itèm alia quoq; ratione louia est, quoniam calida est & humida, & calore abundat, potius quam humore, nasciturque sanguine, & *vapor* quidem *sanguineus* appellatur. Rursus quoniam feruet, & subtilis est admodum atque lucens, oriturque à corde, Solaris proculdubio iudicatur. Habet quodammodo Veneream in se virtutem. Nā motu Venereo prorsus exundat, profluit, transfertur, prolemque propagat, ad voluptatem cuiuslibet sensus se dilatat refugitq dolorem. Summatim vero, spiritus quatenus corpori ad vitam & motum propagationemq; conducit, Iouius, Venereus, Solaris existimatur. Quatenus animo ad sensum imaginationemque ministrat, Solaris Mercurialisq; censetur, & vbiq. Mercurialis exsistit, quandoquidem adeo mobilis est, & tam facile conuertibilis, atque formabilis. Saturni, Martis, Lunæ, sanus communiter spiritus non multum habet, alioquin ex illo sæpe stupidus, ex hoc furiosus, ex hac obtusus quodámodo foret. Quamobrem Lunaria quidem velut crassiora simulque humidiora à subtili & volatili natura spiritus sunt admodum aliena. Quæ vero Saturnalia multum, atque nimium Martialia sunt, quasi venena sunt, spiritui naturaliter inimica. Illa quidem ob extremam frigiditatem atq. siccitatem, hæc autem ob siccitatem, caloremque edacem. Iouia igitur & Solaris in primis, deinde Mercurialis & quodammodo Venerea, spiritus natura censetur. Distinctione vero præcipua, spiritus quidem naturalis Ioui proprie dedicatur, vitalis autem Soli, animalis vero Mercurio. Quando igitur res postulat aliquem è tribus spiritum adiuuare, patrono tunc suo infortunato, vel debili, non facile clientulo succurrere poteris. Difficillime vero spiritui animali,

mali, dum Mercurius infeliciter est affectus, qui tantam in animali spiritu auctoritatem habet, vt caduceo quodam suo animos tum consopire, tum suscitare dicatur, id est, suo quodam aspectu sic aut aliter se habente obtundere ingenium, vel acuere, debilitare, siue corroborare, vexare vel sedare mirifice possit. Tu igitur quoties spiritum aliquem studes excolere, non modo patronum eius obseruabis fortunatum atque potentem, sed et iam Lunam eliges ad hunc oportune directam. Non creatur autem neque recreatur aliquando proprie per influxum Saturni solum substantia spiritus, sed semper ab externis ad intima. & sæpe ab imis reuocatur ad summa. Vnde ad secretiora & altiora contemplanda conducit. Potest tamen, etsi raro, vis Martis atq; Saturni, spiritui tanquam medicina prodesse, vel calefaciendo quum opus fuerit, & excitando atque dilatando, vel vicissim nimis volatilem coercendo. Per ea vero potissimum, quæ quatuor illis Planetis consentanea sunt, creatur natura spiritus atque recreatur. Verum si ad Solaria quælibet valde & absque delectu declines, exacues illum, & exsiccabis tandem atque dissolues, si similiter ad Venerea, liquefacies paulatim, vel obtundes. Si confidas tantum Mercurialibus, parum admodum inde proficies. Erit igitur operæpretium Iouialibus vti quam plurimum, eisque reliqua mediocriter admiscere, ac frequentius vti rebus, quæ vel his omnibus æque sint communes, vel proprie Ioui. Nam hæ quoque omnibus quodammodo sunt communes. Communiter autem ad hos omnes attinent, quæ substantiam habent, nec igneam nimis, nec prorsus terream, nec simpliciter aqueam, nec acutissimam, nec obtusissimam qualitatem, sed mediocrem & tactu leuem, & quodammodo mollem, vel saltem nõ duram, siue asperam, item gustu quodammodo

Spiritus quo pacto colendus.

viui sint, vel saltem sericii, magis stellares exsistunt. In metallis quoque & lapidibus atque vitris propter cœlestem similitudinem sunt potentes. Sed vt redeamus ad Iouem, sapor & odor eius quasi est, qualis in aureo pomo persico, similique pyro, vel aranceo, & vino maluatico leuiore, leuique vernaceo, qualis in viridi zinzibere, vel cinnamomo, vel dulci marathro, vel doronico, si hæc plurimo sacchato condita gustentur. Nam quatuor hæc & nux muscata recens, sola si sunt, potius solaria sunt, Solaris & chariophilus & muscus, sed odoratu non gustu, aut aspectu. Ambra Solaris plurimum atque Iouia. Crocus in omnibus est Solaris, tametsi color eius & odor apud Astrologos omnibus gratiis dedicatur, sapor autem ad Solem proprie pertinet. Denique omnia odorifera & aromatica, quatenus odorem gratum ferunt, ita ad Iouem Veneremque & Mercurium pertinent vt ad Solem, quamuis inter hæc, acutiora magis ad Solem, obtusiora ad Venerem Mercuriumque potius, ad Iouemque proprie temperata, olfactu, gustu, auditu, visu, tactu. Soni quin etiam cantusque grati, blandique ad gratias omnes spectant atque Mercurium. Minaces autem admodum atque flebiles Martem præferũt & Saturnum. Neque vero mireris nos multum coloribus, odoribus, vocibus attribuere. Nam sapores quidem ad spiritum præcipue pertinent naturalem, odores autem potius ad vitalem animalemque, colores, figuræ, voces ad animalem. Motus quoq; animi, vel lætus, vel mœstus, vel constans, spiritum ad similitudinem suam agitat vehementer. Animalem primo, per hunc vitalem, per hunc insuper naturalem. Spiritus tandem omnis, quia ob naturam quodammodo igneam, aeriamque omnino & lucidam atque mobilem, similis est luminibus, ideoque coloribus & vocibus aeriis, & odoribus motibusq; animi, ideo

Sapor & odor Iouialis.

Solaria.

Soni ad quem planetarum spectent.

per hæc subito in vtranque partem mouetur atque formatur. Et qualis euadit ipse, talem vicissim efficit, quodammodo affectum animi, & omnino corporis qualitatem. Denique cum primum per illa, quæ gratiarum propria sunt, opportune gratiis est expositus, vtpote qui & naturaliter illis consentaneus erat, statim per illarum radios, tum vbique vigentes, tum ipsi germanos, mirifica reportat munera gratiarum.

Quod res naturales atq; etiam artificiosa habent virtutes à stellis occultas, per quas spiritum nostrum stellis eiusdem exponunt.

CAP. XII.

QVum vero dicimus, spiritum exponi gratiis per illa, quæ sunt gratiarum, non solum per qualitates, quæ videntur, audiuntur, odorantur, gustantur, sed etiam per illas, quæ tanguntur accommodari putamus. Memento igitur calidum in primo gradu Iouis esse, in secundo Solis cum Ioue, in tertio Martis cum Sole, in quarto Martis. Frigidum in primo Veneris, in secundo Lunæ, in tertio Lunæ cum Saturno, in quarto Saturni. Humidum in primo Mercurii cum Ioue, in secundo Veneris cũ Luna, in tertio Lunæ cum Venere, in quarto Lunæ, quando Veneri Mercurioq. coniungitur. Siccum in primo Iouis, in secũdo Mercurii cum Sole, in tertio Solis cum Marte, in quarto Martis cũ Saturno. Summatim ex qualitatibus Planetarũ, quas Ptolemæus scribit in *Quadripartito*, colligimus harmoniam ex cunctis conflatam ad calorem humoremq. declinare. Calor enim Martis ingens atque Solis & temperatus Iouis, ingentem superat Saturni frigiditatem, & Veneris Lunæque exiguam, ita vt calor ibi frigus excedat. Item humiditas Lunę Venerisq; plurima & propinqua nobis atque temperata, Iouis siccitatem

Calidum. *Frigidum* *Humidum.* *Siccum.* *Harmonia qualitatum è Planetis.*

Saturni

Saturni Martiſque multam ſuperat, & temperatam Solis. Cum igitur humorque frigori ſiccoq; dominantur, atque ſimiliter calor humori. Quemadmodum in ſani corporis homine ad cœleſtem conſonantiam temperato ex calore & ſiccitate cordis, item calore & humore iecoris, rurſum frigore & humore cerebri, coaleſcit complexio quædam ad calorem humoremque vergens, mediocriter calore regnante. Calor enim cordis & iecoris, frigus cerebri ſuperat. Item humor iecoris atque cerebri ſiccitatem cordis excedit. Neque vero prætermiſſum à nobis velim, talem exſiſtere ex ſtellis fixis harmoniam cunctis communem, qualem diximus ex Planetis, hos enim illis ſimiles Aſtrologi putant. Quorſum hæc? Vt memineris ſpiritum corpuſq; noſtrum per temperiem quandam ad calorem humoremq; vergentem, vel natura conſtantem, vel quæſitam accommodari poſſe cœleſtibus, ſibique cœleſtia vendicare. Neq; tamen dicimus ſpiritum noſtrum cœleſtibus duntaxat, per qualitates rerum notas ſenſibus præparari, ſed etiam multoque magis per proprietates quaſdam rebus cœlitus inſitas, & ſenſibus noſtris occultas, rationi vix deniq. notas. Nam quum proprietates eiuſmodi, earumq. effectus elementari virtute conſtare non poſſint, conſequens eſt à vita ſpirituq; mundi per ipſos ſtellarum radios ſingulariter proficiſci, ideoq; per eas ſpiritum affici, quamplurimum, atque quamprimum, cœleſtibuſque influxibus vehementer exponi. Hac vtique *Gemmæ.* ſmaragdus, hyacinthus, ſapphyr⁹, topazius, rubinus, vnicorni cornu, præcipue vero lapis bezaar apud Arabes appellatus, occultis gratiarum proprietatibus prædita ſunt. Et idcirco non ſolum intus aſſumta, ſed etiam ſi carnem tangant, ibiq; calefactu virtutem ſuam promant, vim inde cœleſtem ſpiritibus inferunt, qua ſe cõtra peſtem tuentur atq. venena.

Quod autem hæc ſimiliaque tale aliquid agant virtute cœleſti, id argumento eſt, quia etiam exiguo pondere ſumta non exiguũ habent in agendo momentum. Quod elementari qualitati vix vnquam eſt conceſſum, igni videlicet valde cœleſti. Martialis enim virtus vt agat multum, materiam deſiderat multam Formalis autem, etiam quum minima materia valet plurimum. Simili virtute in primis phœbea Pæonia carnem tangens, contra caducum morbum ſpiritus armat vapore ad eos intus infuſo. Simili corallus & chalcidonius aduerſum atrę bilis illuſiones, Iouis præcipue Venerisque virtute, cetera que ſimiliter eiuſmodi quadam proprietate myrobalani iuuentutem ſeruant, acuuntque ſenes, & ingenio proſunt atque memoriæ, propter Iouem in primis Saturni temperatorem, atque Mercurium ſenſus amicum Quam quidem arborem forte aliquis in paradiſo ad vitam prorogandã exſtitiſſe putabit. Mercurio lapidem Achatem conſecrant. Vnde Phyſici conueniunt, ad facundiam viſumque & contra venena valere. Serapio ſcribit eum, qui hyacinthum vel ex eo ſigillum geſtat, eſſe à fulgure tutum, atque hanc virtutem eius eſſe latiſſime diuulgatam, quam ſi habet, ab Ioue putamus habere. Lapis ætites vel aquilinus habet à Lucina, id eſt, Venere atque Luna, vt admotus vuluæ, partum mox & facilime citet. Quod Raſis confirmante Serapione frequenter ſe dicit expertum. Forſan & à Phœbo qui transfixit Pythonem, Cretæa Dictamus habet, vt & venenoſis obſiſtat, & ferrũ è vulnere trahat. Solis virtute zinziber infuſum epulis arcet ſyncopim. Gentiana canis rabiem ſedat, fugatq. ſerpentes. Verbena vaticinium præſtare fertur, lætitiamque & expiationes & viſum. Ruta & zeduaria contra venena Theriacam agunt. Thus vitalem & animalem ſpiritum aduerſus hebetudinẽ, obliuionem,

Paonia. *Corallus.* *Chalcidonius.* *Geſtans hyacinthũ à fulgure tutus eſt.* *Ætites lapis.* *Dictamus.* *Gẽtiana.* *Verbena.* *Ruta.*

nem, timorem, fulcit. Saluia vero menthaq; virtute Iouis, illa quidem paralysim fugat, hæc vero odore roborat animum. Eadem virtute Pentaphyllon resistit venenis, eiusq; folium bis quotidie vnum vino bibitum curat Ephemeram, tria, tertianam, quatuor vero quartanam. Hac herba sacerdotes antiqui propter puritatem suam in purificationibus vtebantur. Agnus castus potestate Saturni Venereum sistit motum, Iaspis vero sanguinem. Mirabiles autem prouenire solent effectus, vbi occultæ proprietati proprietas seruit elementaris, velut in myrobalano ad spiritum corpusque firmandum, non solum virtus illa cœlestis agit, sed etiam styptica multum, nec parum aromatica virtus. quæ putrefactionem dissolutionemq; mirifice prohibet, spiritumque corroborat. Iam vero vt crocus petat cor, spiritum dilatet, prouocet risum, non solum occulta Solis virtus mirabiliter efficit, sed ad idem quoq; conducit ipsa natura croci subtilis, amplificabilis, aromatica, lucida. Quod autem de simplicibus dico, de compositis similiter dictum intelligi volo. Dic age theriaca, quomodo contra venenum nobis opituletur? Non educit illa venenum, adstringit enim aluum, non mutat omnino tam subito veneni naturam, non enim hæc adeo debilis est atq. mutabilis, sed spiritum vitalem potius valde tenuē, & mutabilem, subito conformi quadam ad ipsum proportione corroborat vsq; adeo, vt ipse iam validus tanquam agens, vna cum theriaca velut instrumento partim superet venenum, partim mutet, partim à præcordiis arceat. Sed qua nā proportione siue virtute id efficit theriaca? Iouiali simulatque Phœbea, quam ex commixtione multarum rerum, secūdum certam proportionem inuicem confusarū sibi vendicasse videtur. Est autem in eo virtus triplex. Hæc ipsa inquam cœlestis, quam modo dicebam. Item

Theriaca quomodo cōtra venenum nobis opituletur.

Virtus in theriaca triplex.

cœlestis alia prius in herbis aromatisq; proprietas, quibus electis ipsa rite cōponitur, quæ virtuti prius dictæ subministrat ad idem. Est insuper alia virtus in plerisq; partibus eius, elementaris potius, quam cœlestis, veruntamen talis vt spiritui muniendo cōducat, stypticam dico & aromaticam qualitatem. Illa quidem spiritum firmat, ista fouet. Mirabilem ergo theriaca vim nacta est contra properantem senectutem atque venenum, tribus videlicet in ea virtutibus ad idem pariter conspirantibus, quarum vna quidem est cœlestis per artificiosam acquisita commixtionem, alia cœlestis iterum, sed partibus eius naturaliter insita, alia prorsus elementaris. Sed illa quam prius dixi, cœlitus acquisita, multo etiam foret admirabilior si non solum proportione Iouia Solarique, & ex rebus eiusmodi conflaretur, sed etiam opportunum ad hoc, obseruatione cœlestium, tempus eligeretur. Nam quemadmodum corpus se habet ad locum atque tempus, ita motus & actio se habet ad tempus. Sicut ergo certa passim corpora eorumque formæ certis & locis, & temporibus coalescunt atque seruantur, sic & propriæ quædam actiones ex propriis quibusdam temporibus efficaciam nanciscuntur. Idq; in Alcibiade significat Socrates, & Proclus explicat. Quod sane Pythagoras animaduertens, ipsum bonum perfectionemque rerum, opportunitatem cognominauit. Primum namque principium sic apud Pythagoram & Platonem omnium est mensura, vt aliis corporibus actionibusque alia loca distribuerit atq; tempora. Vnde sicut res quædam non alibi quam hic, nec alias, quam tunc proprie nascuntur feliciter, & coalescūt, atq; seruantur, sic & materialis actio, motus, euentus talis, aut talis, non alias efficaciam sortitur, effectumque perfectum, quam quando cœlestium harmonia ad idem vndiq; consonat, quæ sane harmonia

Theriacæ vis mirabilis contra senectutem.

nia tantam habere potestatem existimatur, vt non solum agricolarum laboribus, atq; medicorum artificiis per herbas aromataq. conflatis, sed etiam imaginibus, quæ apud Astrologos ex metallis lapidibusque fiunt, virtutem sæpe mirificam largiatur. Sed imagines caput iam proprium exigunt. Quantum vero ad horas pro actionibus & operibus eligendas pertinet, plurimũ confirmatur à Ptolemæo vbi ait in Centiloquio: *Qui eligit quod melius est, nihilo differre videtur ab eo, qui habet hoc ex natura* Quibus in verbis tum cœlestium, tum arbitrii electionisq. nostræ potestatem confirmare videtur. Albertus quoque Magnus inquit in Speculo: *Non enim libertas arbitrij ex electione horæ laudabilis coercetur, sed potius in magnarum rerum inceptionibus electionem horæ contemnere, est arbitrij præcipitatio, non libertas.*

De virtute imaginum secundum antiquos, atq. medicinarum cœlitus acquisita.

CAP. XIII.

PTolemæus ait in Centiloquio, *rerum inferiorum effigies vultibus cœlestibus esse subiectas antiquosque sapientes solites certas tunc imagines fabricare quando Planetæ similes in cœlo facies, quasi exemplaria inferiorum ingrediebantur* Quod quidem Haly comprobat ibi dicens, *Vtilem serpentis imaginem effici posse, quando Luna serpentem cœlestem subit, aut feliciter aspicit. Similiter Scorpionis effigiem efficacem, quando Scorpij signum Luna ingreditur, ac signum hoc tenet angulum ex quatuor vnum.* Quod in Ægypto suis temporibus factum ait, seque interfuisse, vbi ex sigillo Scorpionis in lapide Bezahar, ita facto, imprimebatur thuri figura, dabaturque in potum ei, quem Scorpius ipse pupugerat, ac subito curabatur. Quod quidem vtiliter effici Hahameth Physicus affirmat, confirmante Serapione. Præterea narrat Haly, *notum illu sibi*

Virtutes imaginũ secundum varios autores.

virum sapientem industria simili fecisse imagines quæ me nerētur, qualem effectam, nescio quomodo, legimus ab Archita. Quales & Trismegistus ait, *Ægyptios ex certis mundi materiis facere consueuisse, & in eas opportune animas dæmonum inserere solitos, atq; animā aui sui Mercurij*. Item Phœbi cuiusdam, & Isidis Osyridisque sic in statuas descendisse, profuturas hominibus, vel etiam nocituras. Huic illud simile, *Prometheum figmento quodam luteo vitam rapuisse, lucemque calestem*. Magi quinetiam Zoroastri sectatores, ad euocandum ab Hecate spiritum, vtebantur aurea quadam pila characteribus insignita cœlestium, cui & sapphyrus erat insertus, & scutica quadam facta tauri corio vertebatur, atque interim excantabant. Sed cantiones equidem libēter omitto. Nam & Psellus Platonicus eas improbat atq; deridet. Hebræi quoque in Ægypto nutriti, struere vitulum aureum didicerunt, vt eorundem Astrologi putant, ad aucupandum Veneris Lunæque fauorem, contra Scorpionis atque Martis influxum Iudæis infestum. Porphyrius quoque in epistola ad Anebonem, imagines efficaces esse testatur, additque certis quibusdam temporibus, qui a propriis suffumigationibus exhalabant, aerios dæmonas insinuari statim consueuisse. Iamblichus in materiis, quæ naturaliter superis consentaneæ sint, & opportune riteq; collectæ vndique, conflatæque fuerint, vires effectusque non solum cœlestes, sed etiam dæmonicos & diuinos suscipi posse confirmat. Idem omnino Proclus atque Synesius. Opera quidem ad salutem mira, quę à medicis in Astrologia peritis, per res ex multis cōpositas, id est, pulueres, liquores, vnguenta, electuaria fieri possunt, probabiliorem in se rationem & notiorem quam imagines habere videntur. Tum quia pulueres, liquores, vnguēta, electuaria, opportune confecta, cœlestes influxus facilius citiusque suscipiunt,

Imaginū vis forte parua, aut certe minor rebus medicis.

suscipiunt, quam materiæ duriores, ex quibus imagines fieri consueuerunt, tum quia vel assumuntur intus affecta iam cœlitus, & in nos conuertuntur, vel saltem admota foras inhærent magis, & denique penetrant, tum etiam quoniam ex vno quodam duntaxat, aut perpaucis imagines construuntur. Illa vero ex quam plurimis constari pro arbitrio possunt. Vt si centum Solis Iouisve dotes per centum plantas & animalia similiaque sparsæ fuerint, componere simul hæc centum tibi comperta possis, & in vnam conficere formam, in qua Solem ferme Iouemque totum iam videaris habere Scis profecto naturam inferiorem non posse vno quodam corpore capere cunctas superioris naturæ vires, id eoque illas per plures apud nos naturas esse dispersas, commodiusque per opera medicorum atque similia, quã per imagines colligi posse. Proinde imagines ex ligno confectæ vim forte paruam habent, nam lignum & forsan durius est ad cœlestem influxum facile capiendum, & minus tenax si acceperit, retinendum, & omnino postquam ex matris terræ visceribus est euulsum, paulo post ferme totũ amittit mundanæ vitæ vigorem, & facile in qualitatem aliam transmutatur. Lapilli vero atq; metalla, & si ad accipiendum cœleste munus duriora videntur, diutius tamen retinent, quod confirmat Iãblichus, si acceperit. Sua nempe duritia, vestigia quoque donaque vitæ mundanæ post euulsionem diutissime continent quæ quondam hærentia terræ possederant. Quamobrem ob hoc saltem aptæ materiæ ad capienda tenendaq; cœlestia iudicantur. Est & probabile quod libro superiore dixi, res adeo speciosas non posse sub terra conflari, nisi maximo quodam conatu cœli, atq; durare in eis impressam semel ex conatu virtutem. Nam in his coquendis cogendisq. diutissime cœlum elaborauit. Verum quũ nequeas.

Natura inferior nõ potest capere cunctas superioris naturæ vires vno corpore.

Lapidum concretio sub terra.

facile eiusmodi plura componere, cogeris diligenter exquirere, quod metallum inter cetera in ordine sit alicuius stellæ potissimum, quisve lapis in ordine summus, vt saltem in vno quodam totius generis ordinisq; supremo, reliqua pro viribus cõprehendas, atque eiusmodi susceptaculo cœlestia huic consentanea mutueris, ceu si, exempli causa, in ordine Solari sub homine Phœbeo, summum inter animalia teneat Astur aut gallus, inter plantas balsamum aut laurus, inter metalla aurum, inter lapides carbunculus vel pantaura, inter elementa feruidus aer, nam ignis ipse Martius esse cẽsetur. Quod autem diximus, influxum Solis vel Iouis aut Veneris augendum, intelligimus ratione communi, non tamẽ illi, in cuius genesi aliquis horum interfector appareat.

De ordinibus rerum à stellis pendentium, vt Solarium atq; similium: & quomodo spiritus fiat Solaris

CAP. XIIII.

DIxi equidem alibi, desuper ab vnaquaq; stella (vt Platonice loquar) seriem rerũ illi propriam vsq; ad extrema pendere. Sub ipso Scorpionis corde post eiusmodi dæmonas atque homines, scorpiumque animal, collocare possumus etiam herbam Asterion, id est, stellarem, figura stellæ similem nocte fulgentem, quam medici tradunt qualitatem habere rosæ, vimque contra morbos genitalium mirabilem possidere. Sub serpente vel serpentario cœlesti Saturnum ponunt, & quodammodo Iouem. Postea dæmonas, qui sæpe serpentum formas induunt. Similes insuper homines, serpentes animantes, serpentariam herbam, lapidem Draconitem capite draconis natum. Item communi nomine Serpentinum. Et præterea quæ in sequentibus afferam. Sub stella Solari, id est, Syrio, Solem primo

Sub scorpione quæ collocentur?

Sub serpentario quæ?

Sub Syrio seu stella Solari quæ?

primo, deinde dæmonas quoque Phœbeos, quos aliquando sub leonum vel gallorum forma hominibus occurrisse, testis est Proclus. Homines subinde persimiles bestiasq Solares Phœbeas inde plantas, metalla similiter & lapillos, & vaporem aeremque feruentem. Simili ratione à qualibet firmamenti stella per aliquem Planetam existimant contextum rerum gradatim sub illius proprietate descendere. Si igitur (vt dicebam) Solaria omnia per gradum eius ordinis quemlibet opportune comprehenderis, homines videlicet tales, vel talis hominis aliquid, item bruta, plantas, metalla, lapillos, & quę ad hæc attinent, virtutem Solis vsquequaq. combibes, & quodammodo naturalem Solarium dæmonum facultatem. Similiterq. de aliis dictum puta. Solares quidem homines sunt, quales antea dixi, & qui ascendente Leone, Soleq hunc vel tenente, vel aspiciente nascuntur, & qui sub Ariete similiter. Solaris est & sanguis è sinistro eorum beneuolentium brachio missus. Phœbeus, crocodilus, astur, leo, gallus, & cygnus & coruus. Nec alia ratione leo veretur gallum, nisi quoniam in ordine Phœbeo gallus est leone superior. Eadem ratione inquit Proclus, Apollineum dæmonem, qui nonnunquam apparuit sub figura leonis, statim obiecto gallo disparuisse. Maxime vero in his animalibus cor est Solare. Arbitror etiam marinum vitulum cœlestis leonis cordi subesse, & hac ipsa ratione corium eius, quem cingit nudum fibula eiusdem osse cōfecta, à renum dolore redimere. Nam contra dolorem eiusmodi solent Astrologi sideris illius influxibus vti. Eadem forte ratione fertur hæc pellis à fulgure nos tueri. Inter plantas palma Phœbea est, & in primis laurus, qua virtute venenosa repellit & fulgur. Fraxinus quoq; simili facultate venenosa longius arcet. Loton esse Phœbeam, rotunda tū poma testātur, &

Recensentur Phœbea & solaria omnia.

Leo cur gallum metuat.

explicatio foliorum eius die, replicatio vero noctu. Pæoniam Phœbeam esse, non solum virtus indicat, sed & nomen. Ad idem attinent flores & herbę, quę restringuntur abeunte Sole, redeunte protinus explicantur, & ad Solem continue vergunt. Aurum præterea & lapis Elitis radiis aureis Solem imitans. Lapis item, qui Solis oculus appellatur, figuram habens pupillæ, ex qua lumen emicat. Rursum carbunculus nocte rutilans, vel Pantataura omnes in se lapidum vires continens, vt aurum metallorum, & Sol stellarum. Multa denique in superioribus nobis significata, vnde si modo liceat, sub imperio Solis ex illo sanguine, & animalium illorum cordibus, & foliis fructibusque arborum prædictarum, item floribus atque herbis & auri foliis, nec non pulueribus pupillarum, electuarium vel vnguentum conficere poteris, addito croco, balsamo, calamo aromatico, thure, musco, ambra, ligno aloes, zinzibere, mastice, spicanardi, cinnamomo, dronico, citri cortice, zedoario, nuce muscata, mace, cariophyllis cum melle flauo vel aureo balsamino, masticeo, laurino, nardino, ad cor, & stomachum, & caput intus aut extra fouendum, vt spiritus inde Solaris euadat. Ex his omnibus, inquam, aut saltem ex pluribus componendum dominãte Sole aliquid. Quo etiam sub eiusdem dominatu incipias vti, dummodo & Solaria induas, habites, conspicias, audias, olfacias, imagineris, cogites, cupias. Item imiteris & vitę dignitatem & munera Solis. Inter Solares homines plantasque verseris, laurumque assidue tangas. Tutius autem ad valetudinem fuerit, Solaribus admiscere Iouialia simul atque Venerea. Veneream maxime humiditatem Solaris caloris moderatricem, qualis est aqua succusque rosarum atq. violarum. Sed medicinas eiusmodi in libro de *Curandu literatis* primum, deinde in libro de *Vita longa*, partim equi-

Electuarium è solaribus.

Solaris vt spiritus euadat.

equidem composui, partim ab aliis compositas enarraui, partim etiam temperaui. Item quales herbæ à Sole Iouequе miras contra epidemiam & venenum vires habeãt, diximus in libro *Contra pestem*, inter quas Perforata, fugadæmon appellata est, nec alia facultate, quam cœlestium gratiarum noxios malorum dæmonum vapores à nobis arcere putatur, & si qua inter herbas alia vel lapillus vt corallus, idem videatur efficere. Herba profectò Lunaris à Mercurio tradita foliis cæruleis atque rotundis, crescente Luna vnum quotidie producens folium, decrescente deponens, annos vtenti promittit Lunares. Sed iam ad imagines altero quodam exordio redeamus.

De virtute imaginum secundum antiquos atq; medicinarum. Et quomodo medicinæ sint longè validiores quam imagines.

CAP. XV.

Si lapillos, quos paulo ante Phœbeos narrauimus nactus fueris, nihil opus erit imagines eis imprimere Suspendes itaque collo comprehensos auro, crocei serici filis quando Sol sub Ariete vel Leone percurrit ascenditque, vel medium tenet cœlum, aspicitque Lunam. Multo vero potentiores in serie Lunæ lapillos narrat Proclus. Primum quidem Selinitim, qui non modo figura Lunam imitetur, sed & motu circumeatque cum Luna Hunc si forte repereris, & argento circundatum argenteo filo collo suspenderis, Luna Cancrum vel Taurum subeunte, angulosque tenente sibi conuenientes, spiritum inde tuum reddet postremo lunarem. Dum videlicet calefactus abs te lapillus ipse lunaris virtutem suam tuis assidue spiritibus inserit. Alterum vero recenset lapillum, heliosélinon cognomento, qui Solis Lunæque coniunctæ Soli, naturaliter habet imagi-

Lapilli Phœbei.

Selenitis.

Helioselinon.

nem. Hunc ergo quisquis argento inclusum deaurato similibus collo filis admouerit, quando Luna in domicilio suo vel Solis in eodem minuto cum Sole congreditur, suosque teneat angulos, solarem simulatq; lunarem spiritum reportabit, aut saltem talem, qualis euadit Luna per centrum copulata Soli. Hic vero tu vides dispersas Phœbi dotes, velut Osyridis membra, sororem eius Phœbem velut Isidem congregare. Sed vtinam solarem alicubi lapidem facile reperiremus vel lunarem, adeo in eorum ordine præpotentem, quemadmodum sub serie septentrionalis poli magnetem habemus & ferrum. Solarem profecto ferunt inuenisse apud Indos Apollonium Thyanæum, lapidem scilicet nomine Pantaurum, ignis instar micantem, sub terra passus quatuor nascentem, cui tantum spiritus insit vt tumeat, & plerunque scindatur terra, vbi eiusmodi lapis concipitur, ita ceteros ad se lapillos trahens, sicut magnes ferrum. Sed lapis hic Herculeus ad se contemplandum vehemētius adhuc nos in præsentia rapit. Videmus in specula nautarum indice poli libratum acum affectum in extremitate Magnete moueri ad Vrsam, illuc videlicet trahente Magnete, quoniam & in lapide hoc præualet virtus Vrsæ, & hinc transfertur in ferrum, & ad Vrsam trahit vtrumque. Virtus autem eiusmodi tum ab initio infusa est, tum continue Vrsæ radiis vegetatur. Forsitan ita se habet Succinum ad polū alterum & ad paleas. Sed dic interea, cur Magnes trahit vbique ferrum? non quia simile, alioquin & Magnetem Magnes traheret, multo magis ferrumque ferrum, non quia superior in ordine corporum, imo superius est lapillo metallum. Quid ergo? Ambo quidem ordine Vrsam sequēte clauduntur, sed superiorem in ipsa Vrsæ proprietate gradum tenet Magnes, inferiorem vero ferrum. Superius autem in eodem

Pantaurus.

Magnes vnde vim trahendi ferrum habeat.

rerum

rerum contextu trahit quidem quod est inferius,& ad se conuertit, vel aliter quomodolibet agitat, aut afficit virtute prius infusa. Inferius vicissim eadem ad superius infusione conuertitur, vel aliter agitatur, vel prorsus afficitur. Sic in serie Solis inferior homo admiratur superiorem, in ordine Iouio veneratur, in Martio timet, in Venereo inferior ad superiorem rapitur amoris ardore, deseritque seipsum in Mercuriali semper hic discit, vel persuadetur ab illo. in Lunari motum hic ab illo sæpius exorditur, in Saturnali quietem. Ego autem quum hæc explorata hactenus habuissem admodum gratulabar, cogitabamq; iuuenis adhuc Magneti pro viribus insculpere cœlestis Vrsæ figuram, quando Luna melius illuc adspiciat, & ferreo tunc filo collo suspendere. Sperabam equidem ita demum virtutis me sideris illius compotem fore. Sed cum diutius explorassem, inueni tandem sideris illius influxus Saturnales esse plurimum atq. Martiales. Accepi à Platonicis malos dæmonas plurimum septentrionales exsistere, quod etiam Hebræorum Astronomi confitentur, noxios Martiosque dæmonas in septentrione ponentes. Propitios autem & Iouios, in meridie. Didici à Theologis, & Iamblicho, imaginũ fictores à dæmonibus malis occupari sæpius atque falli. Vidi equidem lapillum Florentiam aduectum ex India, ibi e capite draconis erutum, rotundum, ad numi figuram punctis ordine quamplurimis, quasi stellis naturaliter insignitum, qui aceto perfusus mouebatur parumper in rectũ, imo obliquũ, mox ferebatur in gyrum, donec exhalaret vapor aceti. Existimaui equidem lapillum eiusmodi cœlestis draconis habere naturam atque quasi figuram, motum quoque illius accipere, quatenus per aceti seu vini valentioris spiritum, draconi illi siue firmamento familiarior redderetur. Hunc igitur qui

Vrsæ influxus Saturnales.

Dæmones septentrionales mali: meridionales propitij.

Lapis Draconis.

gestaret,& aceto sæpe perfunderet, vim aliquam forte draconis illius acciperet, qui geminis anfractibus hinc quidem Vrsam maiorem implicat, inde minorem Exstat & prope Scorpionem serpẽtarius, quasi homo serpente cinctus, manu dextra caput serpentis tenens, sinistra caudam, genibus quasi flexis, capite paulum resupino Legi equidem Magos Persarum regi consuluisse, vt imaginem hanc lapidi imprimeret Hęmatiti. quem aureo clauderet annulo, ita tamen vt inter lapillum atque aurum serpentariæ radicem insereret. Hoc enim annulo gestantem contra venenum morbosque venenosos tutum fore, videlicet si Luna serpentarium adspiciente feceris. Hanc imaginem Petrus Aponẽsis confirmauit. Ego vero, si hanc annulus ille vim habet, arbitror non tam per figuram, quam per materias eiusmodi, & hoc pacto temporeque compositas sibi cœlitus vendicare. Memento lapillos nascentes in animalibus, nec inde languentibus vt in dracone, gallo, hirundine, ceterisque efficaces exsistere ferme, vt lapilli in terra nascentes, atque easdem referri stellas, ad quas hæc animalia pertinent. Hinc Alectorius ex ventriculo galli veteris tractus pollet potestate Solari, per quẽ Dioscorides ait sæpe compertum esse, eum pugnare inuictum, qui lapillum hunc ore gestaret. Idem ait, Chelidonium erutum ex hirundine rufum curare melãcholicum, & amabilem idoneumque reddere. Quod quidem habet ex Ioue, per ea quę diximus, scilicet res vbique infra Lunam stellares exsistere. Confirmatur dictum illud valde Platonicum, hanc mundi machinam ita secum esse connexam, vt & in terris cœlestia sint conditione terrena, & in cœlo vicissim terrestria dignitate cœlesti, & in occulta mundi vita menteque regina mundi, cœlestia insint, vitali tamen intellectualique proprietate simul & excellentia. Per hæc

Hamatites.

Lapilli in animalib. nati quã obtineant vim.

Alectorius.

Chelidonius.

Connexio machinæ mundi Platonica.

hæc insuper confirmant nonnulli etiam illud magicum, per inferiora videlicet superioribus consentanea posse ad homines temporib. opportunis cœlestia quodammodo trahi, atq. etiam per cœlestia supercœlestia nobis conciliari, vel forsan prorsus insinuari, sed postremum hoc illi viderint Verum illud arte quadam rite, & opportune in vnum plurima colligente, fieri posse probabile satis (vt diximus) esse videtur, tum rationibus, quas in superioribus assignauimus, tum quia eiusmodi multa quādo apud medicum, & astrologum colliguntur, contunduntur, commiscentur, concoquuntur sub sidere certo, dum ipsa per se ratione concoctionis atq; fermenti nouam paulatim formam subeunt, hanc ipsam acquirunt certo quodam fomento cœlesti, radiis tunc intus agentibus, ideoque cœlestem Metallum vero vel lapillus quando momento sculpitur, non videtur nouam accipere qualitatem, sed figuram Neq; motio illa per debitos digestionis gradus, quos alteratio naturalis atque generatio solet obseruare, progreditur. Quum vero natura cœlestis, tanquam inferioris naturę regula, soleat tenore quodam progredi naturali, & ita progredientibus aspirare, merito diffidunt plerique, imagines eiusmodi cœlestem aliquā virtutem habere. Ego quoq; ambigo sępius, ac nisi & omnis antiquitas, & omnes Astrologi vim mirabilem habere putarent, habere negarem Negarem equidem non omnino, opinor enim (nisi quis aliter persuaserit) ad prosperam valetudinem saltem aliquam habere virtutem, electæ pręsertim ratione materię tametsi multo maiorem inesse pharmacis arbitror, & vnguentis sidereo fauore conflatis. Quid vero voluerim vbi modo dicebam electæ ratione materiæ, in sequentibus declarabo Qu[illegible] vero ex Magorum vel Astrologorum opinione [illegible] interpretandum pro imagi-

Imagines cœlestes, an & quā vim habeant.

nibus allegari possunt, deinceps breuiter afferam, si te prius hic admonuero, ne putes probare me vsum imaginum, sed narrare. Ego enim medicinis ad cœlum temperatis, non imaginibus vtor, atque ita ceteris quotidie consulto. Tu vero si concedis Deum rebus infra Lunā mirabiles inseruisse virtutes, mirabiliores cōcede cœlestibus. Prȩterea si licere iudicas homini ad prosperam valetudinem inferioribus vti, iudica, superioribus quoque licere atque inferiora ad superiorum normam, sic medicorum artificio temperare, sicut etiam à Deo sunt ab initio temperata.

De potestate cœli, de viribus radiorum, vnde vim sortiri putentur imagines.

CAP. XVI.

Radiorū cœlestium vis in terrena.

IMmēsa ferme cœlestium magnitudo, virtus, motio facit, vt omnes omnium siderum radii terræ molem quæ quasi punctum est ad cœlum, momento facilimeq. vsq; ad centrum recti penetrent, quod omnes Astronomi confitentur. Ibi vt placet Pythagoreis atque Platonicis fortissimi sint, tum quia recti vndiq. centrum tangunt, tum quia in angustum collecti sunt cuncti. Quorum vehementia, materia ibi terræ sicca procul ab humore remota prorsus accenditur, accensaque extenuatur, atque dispergitur per meatus vndique, & efflat incendia pariter atq; sulphur. Sed ignem hunc putant valde caliginosum esse, & quasi incendium quoddam luminis expers, sicut in cœlo exstat expers incendii lumen, ignis autem inter cœlestem atque infernum, lumen cum feruore coniungit. Putant autem ignem e centro flantem ignem esse Vestalem. Siquidem Vestam esse terræ vitam numenque putabant. Ideoq; Vestæ templum veteres in medijs vrbibus construebant, ignemq; in medio perpetuum collocabant. Sed ne vlterius

Ignis cœlestis, terrestris & infernus quid differunt.

Ignis Vestalis.

vlterius peruagemur concludamus iam, si stellarum radii totam mox terram penetrant, negari non facile posse metallium atque lapillum, quando exlantur imaginibus, subito penetrare, eisque miras vel saltem qualescunq; imprimere potestates. Quandoquidem & in aluis terræ pretiosissima generant. Sed quis neget per hæc radios penetrare? Siquidem aer & qualitas eius, & sonus minus efficax solida transit subito, & sua quadam afficit qualitate. Iam vero si duritia radiis obsisteret penetrantibus, lumen multo citius aerem quam aquam pertransiret, & hanc ocyus multo quam vitrum, similiter quam crystallum. At quum eodem momento solida, quo liquida cuncta transuerberet, perspicue constat duritiem radiis nullo modo resistere. Atque idcirco dicent, non esse negandum metalla cœlestium radios influxusque suscipere, atq; etiam conseruare ad tempus, tunc sibi cœlitus destinatum. Conseruare, inquam, virtutem quandam ex radiorum concurrentium contactu creatam. Quid vero, si materia durior hoc ipso quod videtur obsistere caussæ prapotenti magis ictibus se exponit? Sic ensis lignum sub lana incidit, non incisa lana. Sic radius ille fulmineus corio, quandoq. nō læso dissoluit in eo metallum. Quum vero natura cœlestis nostro hoc igne incomparabiliter sit præstantior, non est putādum radii cœlestis officium esse duntaxat, quale opus ignei radii manifeste videmus scilicet illuminare, calefacere, exsiccare, penetrare, extenuare, dissoluere quæ nostris sensibus notissima sunt, sed multo plures mirabilioresq; vires & effectus habere, alioquin & materia inferior, & caducus sensus cum diuinitate cœli penitus æquaretur. Sed quis nesciat virtutes rerum occultas, quæ speciales à medicis nominantur, non ab elementali natura fieri, sed cœlesti? Possunt itaque (vt aiunt) radii occultas & mirabiles

Metalla & lapides cœlestium influxus & radios suscipere & conseruare.

Radiorū cœlestium officium, vires & effectus.

Vires rerum occultæ vnde.

vltra notas imaginibus imprimere, vires, ſicut & ceteris inſerunt. Non enim inanimati ſunt, ſicut lucernæ radii, ſed viui, ſenſualeſque tanquam per oculos viuentium corporum emicantes, doteſq; mirificas ſecum ferunt ab imaginationibus mentibuſque cœleſtium, vim quoque vehementiſſimam ex affectu illorum valido, motuq. corporum rapidiſſimo, ac proprie maximeq. in ſpiritum agunt cœleſtibus radiis ſimilimum. Agunt inſuper in corpora vel duriſſima, omnia enim hæc ad cœlum infirmiſſima ſunt. Sunt autem in variis ſtellis variæ quoq; vires, & idcirco in radiis earum inter ſe variæ. Præterea in radiorum ictibus aliter atq; aliter incidentibus virtutes diuerſæ naſcuntur. Deniq; in concurſibus radiorũ mutuis aliter atq; aliter, & hic aut ibi, & tunc aut alias effectis diuerſæ ſubito vires ſuboriuntur, multo magis atq. citius, quam in aliis atq aliis elementorum qualitatumq. elementalium mixtionibus, multo etiam citius, quam in tonis, & numeris apud Muſicũ aliter atq aliter concinentibus. Si hæc diligenter conſideraueris, forſitan non diffides, dicens, ſubito quodam radiorum iactu vires imaginibus imprimi atq. ex diuerſo iactu diuerſas. Nũquid ergo tam cito? Mitto faſcinationes repentino quodam intuitu factas. Et amores acerrimos ſtatim accenſos radiis oculorũ, qui & ipſi faſcinamenta quædam ſunt. Mitto quam cito rubens oculus inficiat intuentem, & ſpeculum intuens fœmina menſtruoſa. Nonne & familiæ quædam apud Illyricos & Triballos iratę, intuitu homines interemiſſe feruntur? Et fœminæ quædam in Scythia idem facere cõſueuiſſe? Et Catoblepæ reguliq. ſerpentes radiorum ex oculis iactu homines perimunt. Torpedo quoq. marina tactu etiam procul per virgam manũ ſubito ſtupefacit. Echinus quoque piſculus grandem ſolo præterea tactu nauem ſiſtere fertur. Phalangia quin-

Variarũ ſtellarum variæ vires.

Faſcinamenta.

Intuitus quid poſſit.

quinetiam in Apulia ictu quopiam, vel occulto spiritum animumque repentino stupore permutant. Quid rabiosus canis facit, vel non apparente morsu? Quid scopa, deinde quid arbutus? Nonne leuissimo tactu venenum concitant atque rabiem? An ergo negabis cœlestia oculorum suorum radiis, quibus nostra contuentur, simulatque contingunt statim miranda perficere? Iam vero grauida mulier tactu statim signat membrum hominis nascituri, rei desideratæ nota. An vero dubitabit radios aliter aliterve tangentes diuersa conficere? Quum tu helleborum herbam colligens, siue folium deorsum trahas, siue sursum, hoc subito tactu, caussa sis helleboro, vt deorsum educat humores, aut sursum? Nonne ab initio rei cuiusq; generandi cœlestes influxus concoctione materiæ, digestioneque perfecta non tam tempore, quam momento dotes mirificas largiuntur? Nonne suffragante cœli vultu innumerabiles sæpe ranæ, similesque animantes ex arenis momento prosiliunt? Tanta est in materiis præparatis potentia cœli, tanta celeritas. Denique si ignis hoc habet, vt tempore quam breuissimo faciat, quæ cetera longo, ob id præcipue quod est cœlo simillimus. Quis nam dubitet, cœlum magna quasi momento perficere, etiam in materia minus parata, sicut flamma solet ingentior? Quid ergo dubitas, inquiunt, in imagine construenda fermè similiter agere cœlum? Dices opinor, sicut & ego dicebam, naturales hic alterationis gradus subesse. Qui sane defectus minuit quidem cœleste donum, nec tamē penitus auferre videtur. Nolunt enim Physici ex quolibet metallo vel lapide imaginem fabricari, sed certo. In quo quidem natura cœlestis, virtutem olim ad hoc ipsum quod optatur naturaliter incoauerit, & quasi iamiam perfecerit, vt in sulphure flammam. Quam sane virtutem tunc demum perficiat,

Helleborum.

An ex quolibet metallo vel lapide imago fabricari possit.

tem. Tutioremq; in his rationē fore, si aurum quidem purum ad Solem referas atq; Iouem, ad illum quidem propter calorem, ad hunc autem propter temperatam commixtionem, nihil enim Ioue & auro temperatius. Purum vero argentum ad Lunam, sed ad Iouem simulatque Venerem aurum argento permixtum. Præterea imaginem efficaciorem fore, si virtus in materia eius elementaris cōueniat cum speciali eiusdem virtute naturaliter insita, atq; hæc insuper cum virtute altera speciali per figuram cœlitus capienda. Denique figuras inferiores & formas cœlestibus conformari, inde perdisces, vt aiunt, quod Perseus truncato Medusæ capite, futuram nō nullis obtruncationem portendere consueuit, multaq; similiter, & Lunam aliosq; Planetas sub certis signis certa in nobis memora mouere nō dubitant.

Figuras inferiores cælestibus conformari.

Quam vim habeant figuræ in cælo, atq; sub cælo.

CAP. XVII.

SED ne figuris nimium forte diffidas, meminisse iubebunt, in regione hac sub Luna elementari, elementarem quoq; qualitatem posse quam plurimum in transmutatione videlicet ad aliquid elementare tendente, calorem scilicet & frigus, & humorem atque siccitatem. Qualitas autem quæ minus elementares materialesve sunt, scilicet lumina, id est, colores, numeros quoque, similiter & figuras ad talia forsitan minus posse, sed ad cœlestia munera, vt putant, valere permultum. Nam & in cœlo lumina, & numeri, & figuræ, sunt ferme omnium potētissima, præsertim si nulla sit ibi materia, quod Peripatetici plerique putant. Sic enim figuræ, numeri, radii, quum non alia sustineantur ibi materia, quasi substantiales esse videntur. Atque quum in ordine rerum mathematicæ formæ physicas antecedant, tanquam simplices quidem magis, & minus

Figuræ quā vim habeant in cælo & sub cælo.

egenæ, merito in antecedentibus mundi gradibus, id est, cœlestibus, auctoritatem sibi maximam vendicant, vt non minus inde fiat numero, figura, luce, quam elementari quadam proprietate. Huius quidem auctoritatis habetur etiam sub Luna signum. Qualitates enim valde materiales plurimis rerum speciebus sunt communes, eisque quodammodo permutatis, non vsquequaque species commutantur. Figuræ autem numeriq; partium naturalium, proprietatem cum specie inseparabilē peculiaremque possident, vtpote quæ cœlitus vna cum speciebus destinata fuerunt. Imo & cum ideis maximam habent in mente mundi regina connexionem. Atque quum ipsę numeriq; species quædam sint ideis ibi propriis designatæ, nimirum vires inde proprias sortiuntur. Ideoq; tum species naturalium certis figuris, tum motus, & generationes, & mutationes certis numeris adstringuntur. De lumine vero quid dicam? Est enim actus intelligentiæ vel imago. Colores autem sunt lumina quædam. Quamobrem vbi lumina, id est, colores, figurasque, & numeros Astrologi dicunt in materiis nostris ad cœlestia præparandis posse quamplurimū, non temere, vt aiunt, debes ista negare. Non ignoras concentus per numeros proportionesq; suas, vim habere mirabilem ad spiritum, & animum, & corpus sistendum, mouendum & afficiendum. Proportiones autē ex numeris constitutæ, quasi figuræ quędam sunt, vel vt ex punctis lineisq; factæ, sed in motu. Similiter motu suo se habent ad agendum figuræ cœlestes, hæ namque harmonicis, tum radiis, tum motibus suis omnia penetrantibus spiritum indies ita clam afficiunt vt Musica præpotens palam afficere cōsueuit. Nosti præterea quam facile multis misericordiam moueat figura lugentis. Et quantū oculos imaginationemque, & spiritum & humores afficiat statim atque

Lumen.

atque moueat amabilis personæ figura, nec minus viua est & efficax figura cœlestis. Nonne principis in vrbe vultus quidem clemens & hilaris exhilarat omnes? Ferox vero vel tristis repente perterret? Quid ergo cęlestium vultus, dominus omnium terrenorum, aduersus hæc efficere posse putas? Quippe quum etiam coeuntes ad prolem plerunq; vultus, non solum quales ipsi tunc agunt, sed etiam quales imaginantur, soleant filiis diu postea nascituris imprimere. Vultus eadem ratione cœlestes materias confestim, suis notis inficiunt, in quibus si quando diu latitare videntur, temporibus deinde suis emergunt. Vultus autem cœli sunt figuræ cœlestes. Potes vero facies illic appellare figuras ceteris ibi stabiliores. Vultus autem figuras quæ magis ibi mutantur. Aspectus quoque inter se stellarum motu quotidiano cōfectos, vultus appellare potes, similiter & figuras. Nam hexagoni, tetragoni nominantur. *Esto.* dicet quispiam, *sint vt placet potentissimæ ad efficiendum figuræ cœlestes, verum quid hoc ad figuras imaginum artificio factas?* Respondebunt, non id potissimum contendere, vt potentissimę per se ad agendum sint nostræ figuræ, sed vt paratissimæ ad actiones, & vires figurarum cœlestium capiendas, quatenus opportune fiunt dominantibus illis, atque examussim ad illas configurantur. Exigit enim figura illa figuram. Nonne sonante cithara quadam, altera reboat? Ob id tantum, si & ipsa similem figuram habeat, atque e conspectu sit posita, & fides in ea positæ & intentę similiter. Quidnam hic efficit, vt cithara subito patitur a cithara, nisi situs aliquis, & quædam forma cōformis? Figura speculi lenis, concaua, nitens, cœlo congrua, ob hoc ipsum proprie munus tantum cœlitus accipit, vt radios Phœbi in se cumulatissime cōplectatur, & solidissimum quodq; ad centrum suum e conspectu locatum repente comburat. Ergo ne

Obiectio.

Responsio.

dubitos dicent, quin materia quædam imaginis faciendæ, alioquin valde congrua cœlo, per figuram cœlo similem arte datam, celeste munus, tum in seipsa concipiat, tum reddat in proximum aliquē vel gestantem Non solum vero figura, sed etiam dispositio peruia, quā diaphanam vocant, inefficax quiddam est, & passiuum suapte natura. Veruntamen quoniam peruia dispositio est in cœlo proprium luminis susceptaculum, ideo vbicunque sub cœlo hec est naturalis, vel modo aliquo comparatur, subito præsens cœleste lumen acquiritur, atq; etiam conseruatur, vbi vna cum hac vel calor est igneus, vt in flamma. vel est aliquid aerium, aqueumve simul & glutinosum, vt in noctilucis & nocticernis, & carbunculis, atque forsan quodammodo in Camphora. Quid inde sequatur pro imaginibus ipse reputa.

Quales cœlestium figuras antiqui imaginibus imprimebant, ac de vsu imaginum.

CAP. XVIII.

ALiquis autem quæret, quas potissimum cœli figuras imaginibus imprimere soleant. Sunt enim ibi formæ oculis valde conspicuæ, & a multis, quales sunt quasi depictæ, vt *Aries, Taurus*, similesque figuræ zodiaci, & quæ sunt extra zodiacum manifestæ. Sunt ibi præterea formæ quamplurimæ, nō tam visibiles, quam imaginabiles per signorum facies ab Indis & Ægyptiis Chaldeisq; perspectæ, vel saltem excogitatæ, velut in prima facie Virginis virgo pulchra sedens, geminas manu spicas habens, puerumque nutriens. Et reliquæ, quales describit Albumasar, ceterique nonnulli Sunt denique characteres quidam signorum & Planetarum ab Ægyptiis designati. Volunt igitur imaginibus omnia hæc insculpi. Vt si quis exspectet proprium a Mercurio beneficium, collocare eum in Virgine debeat, vel saltem ibi Lunam cum aspectu Mercurii & imaginem

ginem tunc ex stanno conficere, vel argento, in qua totum sit Virginis signũ, & character eius characterque Mercurii. Ac si prima virginis facie sis vsurus, addas etiam figuram, quã in prima facie diximus obseruatam. Similiterq; de ceteris. Postremi quidem imaginum auctores, vniuersam earum formam ad cœli similitudinem accipere rotundam. Antiquiores autem, quemadmodum in quodam Arabum collegio legimus figuram crucis cunctis anteponebant, quia corpora per virtutem agunt ad superficiẽ iam diffusam. Prima vero superficies cruce describitur. Sic enim in primis habet longitudinem atq; latitudinem. Primaq; hæc figura est, & omnium recta quã maxime, & quatuor rectos angulos cõtinet. Effectus vero cœlestium maxime per rectitudinem radiorũ angulorumq; resultant. Tunc enim stellæ magnopere sunt potentes, quando quatuor cœli tenent angulos imo cardines, orientis videlicet occidentisq;, & medii vtrinq;. Sic vero dispositæ, radios ita coniiciunt in se inuicem, vt crucem inde constituant. Crucem ergo veteres figuram esse dicebant, tum stellarum fortitudine factam, tum earundem fortitudinis susceptaculũ, ideoq. habere summam in imaginibus potestatem, ac vires & spiritus suscipere Planetarũ. Hæc aũt opinio ab Ægyptiis vel inducta est, vel maxime confirmata. Inter quorũ characteres crux vna erat insignis, vitam eorum more futuram significans, eamq; figuram pectori Serapidis insculpebant. Ego vero quod de crucis excellentia fuit apud Ægyptios ante Christum, nõ tam muneris stellarum testimonium fuisse arbitror, quam virtutis præsagium, quam a Christo esset acceptura, Astrologos autem qui statim post Christum fuerũt, videntes a Christianis miranda per crucem fieri, nescientes autem vel nolentes in Iesum tanta referre, in cœlestia retulisse, quanquam considerare deba-

Figura Mercurij.

Effectus cœlestium per rectitudinem radiorum resultans.

Crucis vires & potestates.

Crux an conueniat imaginibus.

bant per crucem ipsam, absque nomine Iesu miracula minime perpetrari. Conuenire quidem imaginibus eam, quia referat fortitudinem Planetarum omniumque stellarum, forsitan est probabile, non tamen ob hoc duntaxat ingentem habere potentiam, posse vero nonnihil vna cum ceteris, quæ necessaria sunt, coniunctam, ad prosperam forsan corporis valetudinem. Sed ad narrandas aliorum opiniones, vt cœpimus, reuertamur.

Figura Saturni.

Saturni veteres imaginem ad vitę longitudinem faciebant in lapide Feyrizech, id est, Sapphyro, hora Saturni, ipso ascendente atque feliciter constituto. Forma erat. Homo senex in altiore cathedra sedens vel dracone, caput tectus panno quodam lineo fusco, manus supra caput erigens, falcem manu tenens aut pisces, fusca indutus veste.

Iouis.

Ad longam vitam atque felicem Iouis imaginem in lapide claro vel albo. Erat homo sedens super aquilam vel draconem coronatus hora Iouis, ipso in exaltatione sua feliciter ascendente, croceam induto vestem.

Martis.

Contra timiditaté hora Martis imagines fabricant prima Scorpionis facie oriente, Martem armatum & coronatum.

Solis.

Ad morbos curandos fingebant Solis imaginem in auro, hora Solis, prima facie Leonis ascendente cum Sole, Regem in throno, crocea veste, & coruum Solisque formam.

Veneris.

Ad lætitiam roburque corporis, Veneris imaginem puellarem, poma floresque manu tenentem, croceis & albis indutam, hora Veneris, prima facie Libræ, vel Piscium, vel Tauri ascendente cum Venere.

Mercurij.

Imaginem Mercurii ad ingenium & memoriam, prima facie Geminorum. Item contra febres sculpebant hanc in marmore, subinde materiæ cuipiam imprimebant languentibus assumendæ Hinc omne genus febrium curari dicebant.

Lunæ.

Imaginem Lunæ ascendente prima facie Cancri ad augmentum. Forma Mercurii. Homo sedens in throno ga-

no galeratus cristatusque, pedibus aquilinis, sinistra gallum tenens aut ignem, alatus, aliquando super pauonem, dextra tenens calamum, veste varia. Luna puella cornuto capite super draconem vel taurum, serpentes supra caput & sub pedibus habens. Ad curandum calculum genitaliumque dolores, & ad sanguinem adstringendum, imaginem hora Saturni, surgente tertia facie aquarii cum Saturno. Item Leonem auro imprimebant, lapidem in formam Solis pedibus reuoluentem, hora Solis, primo gradu faciei secundæ Leonis oriente. Hanc expellendis morbis profuturam existimabant Ad renum morbos similē faciebant, quando Sol in corde Leonis cœlum medium obtineret, a Petro Aponensi comprobatam, & experientia confirmatam, sed hac conditione, vt Iupiter, aut Venus medium aspiciat cœlum. Planetæ vero noxii cadant, infortunatique sint. Accepi a Mengo Physico præclaro eiusmodi imaginem factam Ioue ibidem coniuncto cum Sole, liberauisse Ioannem Marlianum, Mathematicum nostro seculo singularem a pauore quo sub tonitru affici consueuerat. Præterea ad firmandam sanitatem & veneficia deuitanda, imaginem ex argento, fingebant hora Veneris, Luna angulos obtinente, ac Venerem feliciter intuente, dummodo dominus sextæ domus Venerem aspiciat, aut Iouem trino quodam intuitu, vel opposito. Mercurius autem non sit infelix. Agebant hæc hora diei Solis vltima, ita vt dominus horæ decimam teneret cœli plagam. Petrus Aponensis inquit, *medicum per imaginem infirmum curare posse. Modo in ea fabricanda obseruet, vt anguli ascendentis medij cœli occidentis sint fortunati, & ascendentis dominus, & eadem ratione secunda. sed sexta & dominus eius infelix.* Ait etiam *sanitatem fore firmiorem vitamq; longiorem, quam ab initio fuerit instituta, si natiuitate perspecta fiat imago, in qua hæc fortunata ponatur, scili-*

Ad curandum calculū imago.

Ad morbos renū.

Ad firmandam sanitatē & veneficia vitanda.

cet illius significator vitæ. Item vitæ datores, tum signa, tum domini, præsertim ascendens eiusq; dominus. Item cœli medium, locus Solis, pars fortunæ, dominus coniunctionis vel præuentionis ante natiuitatem factæ. Mali quinetiam infortunati cadant. Concludit Astrologorum nullum dubitare, quin ad producendam vitam talia conferant. Prolixum foret dictu, quas per quælibet signa facies antiqui, & quas Lunæ stationes tanquam necessarias in exprimendis imaginibus obseruabant. Nam in statione Lunæ a gradu Virginis decimoseptimo ad finem eius faciebant imagines contra morbos & odia, & ad iter felix. In statione a principio Capricorni ad gradum duodecimum, contra morbos & discordias atque captiuitatem. In statione a gradu duodecimo Capricorni ad gradum vigesimumquintum, aduersus languorem & carcerem. In statione a gradu quarto Piscium ad gradum eiusdem decimumseptimum ad curandos morbos, ad lucrum, societatem, ad augendas messes. Et in aliis similiter alias vana sæpius curiositate machinabantur. Solas vero recensui quæ non tam Magum, quam Medicum redolerent. Nam & medicinam eiusmodi vanam plurimum fore suspicor. Pro aliis autem magis legitimis medicinarum confectionibus eiusmodi mansiones Lunæ arbitror eligendas, atque etiam in ariete gradum sextum, rursus decimumnonum, minuta XXVI. Item in Gemmis gradum decimum, minuta LI. In Cancro gradum decimumnonum, minuta XXVI. In Libra gradum sextum, minuta XXXIIII. In Capricorno gradum decimumnonum, minuta XXVI. In Aquario gradum secundum, minuta XXVII. In eodem gradu decimumquintum, minuta VIII. Præterea sententiam Haly mente tenendam. *Quodlibet signum quamdiu Sol est in eo, viuum fieri, ceteris dominari, effectum eius præ ceteris euenire, vt illic Lunam dirigas ad donum inde proprium pro medicinis*

Recensentur imagines veterũ per singula signa.

Quæ mãsiones Lunæ eligendæ sint pro confectionibus medicinarũ.

Nota.

medicinis suscipiendum Illuc, inquam, id est, ad signum & faciem [illegible] maxime gradũ, vt si bona Iouis affectas, ad hæc [illegible] Lunam erigas vel vnitam, quãdiu locũ eiusmodi Sol illustrat, vbi proprietas Iouia viget. Similiterq; de ceteris. Curiosum vero narratu foret & forte noxiũ, quas imagines, & quemadmodũ associandos vel dissociandos inter se animos fabricabant, ad afferendam felicitatem, vel inferendã calamitatẽ, vel vni cuidã vel domui, vel ciuitati. Ego quidem fieri posse talia non affirmo. Astrologi aũt fieri posse putant, & quomodo, docent, qualia ego narrare non audeo, Porphyrius vbi vitã Plotini magistri sui describit, talia fieri posse confirmat. Atque Olympium Magum & Astrologum Ægyptium narrat cõtra Plotinum Romæ talia tentauisse, dum conaretur per imagines, vel res eiusmodi siderare Plotinũ, sed conatus in auctorẽ suum ob excelsam Plotini animã fuisse retortos. Albertus quoq; Magnus Astrologiæ pariter atq; Theologiæ professor ait in speculo, vbi a licitis discernere se inquit illicita, *imagines rite ab Astrologis constitutas, virtutem effectumq; acquirere a figura cœlesti.* Atq; subinde narrat mirabiles earũ effectus, quales Thebith, Benthorad, & Ptolemæus, ceteriq; Astrologi pollicentur. Describitque imagines ad calamitatẽ alicui, ꝓsperitatẽq; afferendã, quas consilio prætermitto. Et interea confirmat effectum eas habere posse, quanquã & vt vir bonus artis damnat abusum, & vt legitimus Theologus orationes suffumigationesque detestatur, quas impii quidã dæmones imaginib. fabricandis adhibuerũt. Neq; tamen reprobat figuras & literas dictionesq; imaginib. impressas ad hoc ipsum duntaxat, vt donũ aliquod accipiãt a figura cœlesti. Quod quidẽ posse per imagines cõparari, Petrus Aponensis confirmauit. Imo & affirmauit regionem nescio quam fuisse destructam per imaginem illam, quã Thebit narrat

Vana veterũ curiositas in imaginib.

Imagines an prosint ad calamitatẽ prosperitatemue inferendã.

a Phadice Astrologo fabricatam. Thomas autem Aquinas dux in Theologia noster mag[illegible] formidat,& minus tribuit imaginibus. Tan[illegible]amque virtutis duntaxat per figuras cœlitus putat acquirere, quantum conducat ad illos effectus, quos solet communiter cœlum per herbas resque alias naturales efficere. Non tam quia figuralis sit in ea materia, quam quoniam compositum tale iam positum est in certa quadam artificii specie, qualis cum cœlo consentiat. Hæc ait in libro contra Gentiles tertio, vbi characteres & literas figuris additas ridet. Figuras vero non adeo, nisi pro signis quibusdam ad dæmones adiungantur. In libro etiam de Fato ait, constellationes dare ordinem essendi atque perdurandi, non solum rebus naturalibus, sed etiam artificiosis, ideo imagines sub certis constellationibus fabricari. At si quid mirabile per eas vltra consuetos naturalium effectus nobis eueniat, in dæmona reiicit hominū seductores, quod in libro contra Gentiles perspicue patet, maxime vero in libello de occultis naturæ operibus, vbi videtur etiam ipsas imagines paruipendere, quomodocunque factas, quas & ego quatenus ipse iusserit, nihilipendam. Referre autem mirabiles quosdam effectus imaginū in dæmonum falsitatem, nec est a Platonicis alienum. Nam & Iamblichus ait, eos qui religione summa sanctimoniaq; posthabita, imaginibus duntaxat cōfisi, ab eis diuina sperant munera, hac in re a malis dæmonibus sæpissime falli, sub prætextu bonorum numinum occurrentibus. Contingere tamen ex imaginibus legitima Astrologiæ ratione constructis naturalia quędam bona, non negat. Denique tutius fore arbitror medicinis, quam imaginibus se committere, rationesque a nobis potestate cœlesti pro imaginibus assignatas, in medicinis potius, quam in figuris efficaciam habere posse. Probabile enim est, si quam

Imagines sæpe fallunt.

Tutius medicinæ quā imaginibus se cōmittere.

si quam vim imagines habent. hanc nō tam per figuram nuper acquirere, quam per materiam possidere naturaliter sic affectam. Ac si quid denuo acquiritur dum insculpitur, non tam per figuram cōparari, quam per calefactionem cōtusione quadam prouenientem. Quæ quidem contusio calefactioq; facta sub harmonia, cœlesti simili harmoniæ, quæ, quondam materiæ virtutē infuderat, excitat virtutē ipsam atq; corroborat sicut flatus flammam, & manifestam efficit ante latentem, sicut calor ignis in aspectū producit literas scriptas succo cepæ prius delitescentes. Atque literæ hirci adipe inscriptæ lapidi prorsus occultæ, si lapis submergatur aceto, prodeunt, & sculptæ eminētes exstant. Imo vero sicut tactus scopę vel arbuti suscitat rabiem consopitam, sic forte contusio quædā & calefactio sola labentem in materia virtutē prodit, facta videlicet opportune. Qua quidem cœlesti opportunitate expedit in medicinis cōficiendis vti. Aut si quis forte tractare metalla lapidesq; voluerit, præstat percutere solum atque calefacere, quam figurare. Prēter enim id, quod inanes esse figuras suspicor, haud temere vel vmbram idololatriæ debemus admittere. Item nec temere vti stellis vel salutaribus ad morbos his simillimos expellendos. Hos enim sæpe augent, sicut noxiæ stellæ dissimiles sibi morbos aliquando minuunt, quod sane Ptolemæus & Haly perspicue docēt.

De fabricanda vniuersi figura.
CAP. XIX.

SED cur nam vniuersalem ipsam, id est, vniuersi ipsius imaginem prætermittimus? Ex qua tamen beneficium ab vniuerso sperare videntur. Sculpet ergo sectator illorū forte, qui poterit formam quādam mundi totius archetypam si placebit in ære, quam deinde opportune in argenti lamina impri-

Figura vniuersi quomodo & quando fabricanda.

mat aurata. Sed quando potiſſimum imprimet? Quando Sol minutum primũ Arietis attigerit Hinc enim Aſtrologi tanquam ex ſui natalis reuolutione, fortunam mundi eo ſaltem anno imminentem auſpicantur. Ille igitur in hoc ipſo mundi natali totius imprimet mundi figuram. At videſne quam belle inter differendum mundi aliquando nati nobis ſuccurrerit argumentum? ſiquidem quolibet anno renaſcitur. Nonne in ipſa hominis geneſi metiuntur Aſtrologi, primum in quo ſigno, quo gradu, quo minuto Sol exſtiterit? Ibique totius figuræ iaciunt fundamentum. Et quolibet deinceps anno, quum primum Sol minutum ſubierit idem, quaſi renatum hominem arbitrantur, atq; inde præſagiunt anni fortunam. Sicut igitur id in homine facere non valerent, niſi quaſi renaſceretur, atq; hic non poſſet quaſi renaſci, niſi fuiſſet aliquando natus, ſic & mundum coniicere licet aliquando genitum. Sole videlicet ſub minuto Arietis primo tunc poſito, quandoquidem per eundem quolibet anno ſitum, ſors quædam quaſi renaſcentis mundi reuoluitur. Tunc igitur fabricauit mundi figuram. Cauebit autem ne ſabbato Saturni die figuram ſculpat aut exprimat. Hoc enim die Deus mundi faber ab opere traditur quieuiſſe, quod ab ideali die Solis incepcrat. Quantum enim Sol generationi accommodatus eſt, tantum Saturnus ineptus. Perfecerat autem opus in Venere, pulcritudinem operis abſolutam ſignificante. Sed de mundanæ fabricæ rationibus vltra. Ioannes enim Picus noſter Mirandula diuina de geneſi mundi myſteria Moſeos diuinitus his diebus expreſſit. Quamobrem vt redeamus ad inſtitutum, & ille mundum ſuum primum die vel hora Saturni non ſculpet, ſed potius vel hora Solis. Imprimet autem in anni natali, præſertim ſi tunc felices accedant Iupiter atque Diana. Optimum vero fore

Die Saturni figura vniuerſi non eſt tẽtanda.

fore putabunt præter lineamenta opificio colores inſerere. Sunt vero tres vniuerſales ſimul & ſingulares mundi colores, viridis, aureus, ſapphyrinus tribus cœli gratiis dedicati. Viridis quidem Veneri ſimulatque Lunæ, humidus videlicet humidis atque naſcentium proprius, accommodatus & matribus. Aureum Solis eſſe colorem nemo dubitat, & ab Ioue inſuper atque Venere non alienum. Sapphyrinum denique Ioui maxime dedicamus, cui & Sapphyrus ipſe dicitur conſecratus. Vnde & lapis lazulus hoc colore doratus ob virtutem Iouiam contra bilem atram a Saturno profectam, apud medicos prærogatiuam habet, naſciturque cum auro, aureis diſtinctus notis, ita comes auri ſicut Solis eſt Iupiter. Similemq; vim habet lapis Armenus, colorem ſimilem cum viridi quodammodo poſſidens. Expedire igitur iudicabunt ad gratiarum cœleſtium munera capeſſenda, tres potiſſimum hos colores frequentiſſime contueri, atque in formula mundi, quã fabricas, ſapphyrinum colorem mundi, ſphæris inſerere. Operæpretium fore putabunt aurea ſphæris ad ipſam cœli ſimilitudinem addere, ſidera, atque ipſam Veſtam, ſiue Cererem, id eſt, terram, viridem induere veſtem. Eiuſmodi formulam ſectator illorum, vel geſtabit, vel oppoſitam intuebitur. Vtile vero fore ſpectare ſphæram motibus ſuis preditam, qualem Archimedes quondam, & nuper Florentinus quidam noſter, Laurentius nomine, fabricauit. Neque ſpectare ſolum, ſed etiam animo reputare. Proinde in ipſis ſuæ domus penetralibus cubiculum conſtruet in fornicem actum, figuris eiuſmodi & coloribus inſignitum, vbi plurimum vigilet atq; dormiat. Et egreſſus domo non tanta attentione ſingularum rerum ſpectacula, quanta vniuerſi figuram coloreſque perſpiciet. Sed hęc imaginum fictores illi viderint. Tu vero præſtantiorem in te fin-

Tres vniuerſales & ſingulares mũdi colores.

Cælo nihil ordinatius, nec Ioue quicquā temperatius.

ges imaginem, nempe quum noueris nec quicquā ordinatius esse, quam cœlum, neque temperatius aliquid cogitari, quam Iupiter, sperabis ita demum beneficia cœli Iouisque consequi, si cogitationibus, affectibus, actionibus, victu teipsum ordinatissimū temperatissimumque præstiteris. At postquam in mentionē temperaturę cœlestis incidimus, opportunum forte fuerit recordari nullum inesse cœlo elementaris qualitatis excessum, vt Peripatetice loquar, alioquin siue ita compositum sit, iam esset tot seculis dissolutum, siue etiam simplex, tanta saltem magnitudine, potentia motione cetera perdidisset. Sed profecto tanquam moderatissimū omnia moderatur, ac diuersa commiscet in vnum. Præterea tum hac ipsa temperantia sua, tum excellentia formæ diuinitus vitam meruit. Nam & res compositas tunc demum vitam adipisci videmus, quando qualitatum perfecta commixtio priorem iam contrarietatem fregisse videtur, vt in plantis. Perfectiorem deinceps in animalibus vitam, quatenus inest in eis complexio a contrarietate remotior quam in plantis. In hominibus rursum eadem ratione perfectiorem, & quodammodo iam cœlestem. Siquidem humana complexio ad cœlestem temperantiam iam accessit, præsertim in spiritu, qui vltra substantiæ suę subtilitatem qualitatumque temperantiam, quibus cum cœlo consentit, cœlestem quoq; lucem est adeptus. Hic insuper vbi maxime talis potissimum est cœlestis, vitamquam cœlestem diuinitus præ ceteris est adeptus. Et quatenus se talem in omni victu legeque vitæ efficit atque seruat, eatenus singularia cœlestium dona reportat. Quando vero dicimus non esse in cœlo vllum elementaris qualitatis excessum, intelligimus vel nullam esse ibi eiusmodi qualitatem, sed virtutes potius effectrices qualitatū temperatas, vel si quæ sunt illic quodammodo,

An sit in cœlo vllus qualitatū elementarium excessus.

modo similes qualitates, quasi aeriam habere temperiem Atq; vbi quædam illic frigida siccaq; nominamus, Platonica hæc accipimus ratione, id est, vt frigidum appelletur quod minimi caloris est caussa. Siccum vero quod humorem nobis exhibet minimum Sic Astrologus Abraham, Saturnū inquit corpus nostrum quodammodo relinquere frigidum atque siccum, quia calorem atque humorem affert nostro minorem. Eadem ratione carnes bouis & leporis in se quidem calidæ atq; humidæ, nobis frigidæ sunt & siccæ. Ex hac autem inductione duo accipe corollaria. *Primum* quidem, si corpora magis deinceps temperata, magis viuunt, cœlum exactissime temperatum absolutissimam in se vitam possidet, coniectari, vt quatenus reliqua ad temperiem vitamque illius accedunt, eatenus vitam sortiri præstantiorem. *Alterum* vero, vitam esse formam in se perfectam, perficientemque corpus motionisque principium exhibentem. Principium, *inquam,* intimum, motionis quoque tum intrinsecus actæ, tum per omnem partem extrinsecus expeditæ. Si igitur idipsum vita est, mente captum existimato, qui eiusmodi formam non cognouerit inesse cœlo, corpore præstantissimo, circumeunte semper motione perfecta, cuncta viuificante, magisque illa gradatim, quæ vel ad ipsius similitudinem naturaliter propinquius accesserunt, vel quotidie huius influxibus aptius se exponunt.

Corollaria duo.

I.

II.

Quantam imagines vim habere putentur in spiritum, & spiritus in eas Et de affectu vtentis & operantis.

CAP. XX.

Hellebori vis,

Compertum habemus, si quis rite vtatur helleboro, feratq; potenter, mutare quodammodo exquisita purgatione, & occulta eius proprietate qualitatem spiritus corporisque naturam, & ex par-

te motus animi, & quasi reiuuenescere. vt ferme videatur esse renatus. Vnde Medeam Magosque tradunt herbis quibusdam reddere iuuentutem consueuisse, quam nō tam reddunt myrobalani, quam conseruant. Similem Astrologi potestatem propitias habere imagines arbitrantur, per quam gestantis naturam & mores quodammodo mutent, in meliusq; restituant, vt quasi iam alter euaserit, aut saltem prosperam valetudinem diutissime seruent. Imagines vero noxias aduersus gestantem habere vim hellebori præter artem potentiamque assumti, venenosam videlicet atque pestiferam. Aduersus autem alium quendam, ad cuius calamitatem fabricatæ intentæq; fuerint, vim ænei speculi concauique sic prorsus obiecti, vt collectis percussisque in oppositum radiis, cominus quidem comburat, eminus autem caligare compellat. Hinc orta est historia vel opinio, putans *Astrologorum machinis, Magorumque veneficiis homines, bruta, plantas, siderari atque tabescere posse.* Ego autem imagines in rem distantē, vim habere vllā non satis intelligo. Habere vero in gestantē nonnullā suspicor, nō tamen talem opinor qualem plerique fingunt, & hanc ratione materiæ potius quam figuræ, atque, vt dixi, longo interuallo medicinas imaginibus antepono. Quanquam Arabes & Ægyptii tantum statuis imaginibusque attribuunt arte Astronomica & magica fabricatis, vt spiritus stellarum in eis includi putent. Spiritus autem stellarum intelligunt alii quidem mirabiles cœlestium vires, alii vero dęmonas, etiam stellas huius illiusve pedissequos. Spiritus igitur stellarum, qualescunque sint, inseri statuis & imaginibus arbitrantur, non aliter ac dæmones soleant humana nonnunquam corpora occupare, perque illa loqui, moueri, mouere, mirabilia perpetrare. Similia quædam per imagines facere stellarum spiritus arbitrantur.

Imaginū propitiarū vis.

Imaginū noxiarum vis.

An machinis Astrologorū homines tabescant.

Spiritus stellarum qui sint.

trantur. Putant dæmonas mundani ignis habitatores per igneos humores, vel ignitos similiterq; per ignitos spiritus, & affectus eiusmodi nostris insinuari corporibus. Similiter stellarũ spiritus per radios opportune susceptos suffumigationesq; & lumina, tonosq; vehementes competentib. imaginũ materiis inferi, mirabiliaque in gestantem, vel propinquantẽ efficere posse. Quæ quidem nos per dæmonas fieri posse putamus, non tam materia certa cohibitos, q̃ cultu gaudentes. Sed hæc alibi diligentius. Tradunt Arabes spiritum nostrum, quando rite fabricamus imagines, si per imaginationem & effectum ad opus attentissimus fuerit, & ad stellas coniungi cum ipso mundi spiritu, atque cum stellarum radiis, per quos mundi spiritus agit, atque ita coniunctum esse ipsum quoque in caussa, vt a spiritu mundi per radios quidem stellæ alicuius spiritus, id est, viuida quędam virtus infundatur imagini, potissimum hominis tunc operantis spiritui consentanea. Adiuuari quoque suffumigationibus ad stellas accommodatis opus eiusmodi, quatenus suffumigationes tales aerem, radios, spiritum fabri, imaginis materiam sic prorsus afficiunt. Ego vero odores quidem tanquam spiritui, aerique natura persimiles, & quum accensi sunt, stellarum quoque radiis consentaneos arbitror, si Solares, vel Ioui sunt, afficere aerem, ac spiritum vehementer ad dotes Solis, aut Iouis, tunc dominantis opportune sub radiis capiendas, atque spiritum sic affectum, ita donatum, posse vehementiore quodam affectu, non solum in proprium corpus agere, sed propinquum pręsertim natura conforme quodãm, sed debilius, & consimili quadam afficere qualitate. Materiam vero imaginis duriorem ab odoribus & operantis imaginatione, vix minimum quiddam suscipere posse puto, spiritũ tamen ipsum ab odore sic affici, vt ex ambobus vnum conficiatur.

Spiritus mundi cũ nostro arctissima coniunctio.

Odor.

Quod quidem ex eo patet, quod odor non agit vlterius in olfactum, postquam satis egit. Olfactus enim & quoduis aliud a seipso, vel simillimo quopiam nihil patitur. Sed de his alibi. Proinde imaginationis intentionem, non tam in fabricandis imaginibus, vel medicinis vim habere, quam in applicandis & assumendis existimo, vt si quis imaginem (vt aiunt) gestans rite factam, vel certe medicina similiter vtens, opem ab ea vehementer affectet, & proculdubio credat, speretq; firmissime, hinc certe quã plurimus sit adiumento cumulus accessurus. Nam vbi vel virtus imaginis, si qua est tangentis carnem penetrat calefacta, saltē virtus in electa eius materia naturalis, vel certe medicinæ vigor intus assumtæ, venis ac medullis illabitur, Iouiam secum ferens proprietatem, spiritus hominis in spiritum eiusmodi Iouium affectu, id est, amore transfertur. Vis enim amoris est tranferre. Fides autē spesq; non dubia spiritum hominis iam ita pereitum sistit in spiritu Iouio penitus atq; firmat. Quod si quemadmodũ Hippocrates & Galenus docent, ægrotantis amor fidesq; erga Medicum inferiorem exterioremq; ad sanitatem plurimũ conferunt (imo vero fiduciam hanc Auicenna plus inquit efficere, quã medicinã) quantum ad cœlestem opem conducere putandum est, affectum fidemq; nobis erga cœlestē influxum iam nobis insitum, agentem intus, viscera penetrantem? Iam vero amor ipse fidesq; erga cœleste donum, sæpe cœlestis adminiculi caussa est, atq; vicissim amor & fides hinc aliquando forsan ꝓficiscitur, quod ad hoc ipsum iam nobis faueat clemētia cœli.

Amor fidesq; erga Medicũ plurimũ ægroto cõferunt.

De virtute verborum atq; cantus ad beneficium cœleste captandũ, ac de septem gradibus perducentibus ad cœlestia.

CAP. XXI.

Verba præterea quædam actiore quodam affectu pronuntiata, vim circa imagines magnam habere cen-

re censent ad effectum earum illuc proprie dirigendum, quorsum affectus intenduntur & verba Itaq; & duos ardentissimo quodam amore conciliandos, imaginem sub Luna coeunte cum Venere in Piscibus vel Tauro fabricabant multis interim circa stellas verbaque curiosius obseruatis, quæ referre non est consilium. Non enim philtra docemus, sed medicinas. Probabilius autem est effectus eiusmodi per Venereos dæmonas confici, his operibus verbisque gaudentes, vel per dæmonas simpliciter seductores. Nam & Apollonium Thyanæum sæpe Laminas deprehendisse & prodidisse ferunt, dæmonas scilicet quosdam salaces, Venereosque, qui formosas puellas simulent, pelliciantq; formosos, quos vt serpens elephantem ore, sic illi illos ore vulua pariter exugant, ac prorsus exhauriant. Sed hæc Apollonius ipse viderit. In verbis autem certis vim esse certam atque magnam Origenes asserit contra Celsum, & Synesius atque Alchindus, de Magia disputantes. Item Zoroaster vetans barbara verba mutare, Iamblichus quoque similiter. Item Pythagorici verbis & cantibus, atque sonis mirabilia quædam Phœbi & Orphei more facere consueti. Quod Hebræorum antiqui Doctores præ ceteris obseruarunt. omnesque Poetæ miranda canunt carminibus effici. Et grauissimus ille Cato in Re rustica, in curandis bestiarum morbis, aliquãdo barbaris cantionibus vtitur. Sed præstat dimittere cantiones. Concentum vero illum, quo adolescens Dauid Saulem ab insania redimebat, nisi mysterium iusserit ad diuinitatem referri, referet forte aliquis ad naturam. Quum vero pro septem Planetarum numero, septem quoque sint gradus, per quos a superioribus ad inferiora fit attractus, voces medium gradum obtinent, & Apollini dedicantur. Infimum quidem tenent gradum materiæ duriores, lapides,

In verbis certis vis certa & magna.

Septem gradus per quos a superioribus ad inferiora fit attractus.

atque metalla, ac Lunam referre videntur. Secundum in ascensu locum habent quæ ex herbis, arborum fructibus, gummis. membris animalium componuntur, respondentque Mercurio, si ordinem in cœlo sequimur Chaldæorum. Tertium pulueres subtilissimi, eorumque vapores ex prædictis electi, odoresque simpliciter herbarum, & florum, & vnguentorum ad Venerem pertinentes. Quartum verba, cantus, soni, quæ omnium rite dedicantur Apollini, Musicæ præ ceteris auctori. Quintum vehementes imaginationis conceptus, formæ, motus, affectus vim Martiam referentes. Sextum rationis humanæ discussiones deliberationesque consultæ pertinentes ad Iouem. Septimum secretiores simplicioresque intelligentiæ, quasi iam a motu seiunctæ, coniunctæ diuinis, destinatæ Saturno. Quem merito Sabath Hebræi nomine quietis appellant. Quorsum hæc? vt intelligas quemadmodum ex certa herbarum vaporumque compositione confecta, per artem tum Medicam, tum Astronomicam, resultat communis quædam forma, velut harmonia quædam siderum dotata muneribus. Sic ex tonis primo quidem ad stellarum normam electis, deinde ad earundem congruitatem inter se compositis, communem quasi formam fieri, atque in ea cœlestem aliquā suboriri virtutem. Difficilimum quidem est iudicatu, quales potissimum toni, qualibus conueniant stellis, quales item tonorum compositiones, qualibus præcipue sideribus, aspectibusque consentiant. Sed partim diligentia nostra, partim diuina quadam sorte nō aliter id assequi possumus, quam Andromachus in theriaca componenda diutissime fatigatus, ac tandem post diligentiam diuina sorte consequutus theriacæ virtutem. Quod quidem contigisse diuinitus Galenus & Auicenna confirmat. Imo vero totam medicinam exordium

a vati-

a vaticiniis habuisse, testis est Iamblichus atque Apollonius Thyanæus. Ideoq; Phœbum vatem me dicinæ præponunt. Tres vero potissimum regulas ad hoc afferemus. si prius admonuerimus, ne putes nos in præsentia de stellis adorandis loqui, sed potius imitandis, & imitatione captandis. Neque rursum de donis agere credas, quæ stellæ sint electione daturæ, sed influxu potius naturali. Ad quem profecto multiplicem & occultum, ita nos exquisitis studemus modis accommodare, sicut quotidie ad manifestum Solis lumen caloremque salubriter excipiendum nosipsos accommodamus. Aptare vero seipsum ad occultas dotes eius, atque mirificas, solius sapientis est officium. Sed iam ad regulas cantum sideribus accommodaturas perueniamus. *Prima* est, exquirere, quas in se vires, quosve ex se effectus stella quælibet & sidus, & aspectus habeant, quæ auferant, quæ ferant. Atque verborum nostrorum signi ficationibus hæc inserere, detestari quæ auferunt, probare quæ ferunt. *Secunda*, considerare quæ stella, cui loco maxime, vel homini dominetur. *Deinde* obseruare qualibus communiter hæ regiones, & personæ tonis vtantur & cantibus, vt ipse similes quosdam vna cum significationibus modo dictis, adhibeas verbis, quæ sideribus eisdem stupes exponere. *Tertia*, situs, aspectusque stellarum quotidianos animaduerteret, atq; sub his explorare, ad quales potissimum sermones, cantus, motus, saltus, mores, actus, incitari homines plerique soleant, vt talia quædam tu pro viribus imiteris in cantibus, cœlo cuidam simili placituris, similemque suscepturus influxum. Memento vero cantum esse imitatorem omnium potentissimum. Hic enim intentiones affectionesque animi imitatur, & verba, refert quoque gestus motusque corporis, & actus hominum, atque mores, tamque vehementer omnia

Medicina exordium habuit a vaticiniis

Regulæ cātum sideribus accomodantes.

Cantus imitator potentissimus.

imitatur,& agit, vt ad eadem imitanda, vel agenda, tum cantantem, tum audientes subito prouocet. Eadem quoque virtute quando cœlestia imitatur, hinc quidem spiritum nostrum ad cœlestem influxum, inde vero influxum ad spiritum mirifice prouocat. Iam vero materia ipsa concentus purior est admodum, cœloq; similior, quã materia medicinæ. Est enim aer etiam hic quidem calens, siue tepens, spirans adhuc,& quodammodo viuens, suis quibusdam articulis artubusq; compositus, sicut animal, nec solum motum ferens, affectumq; præferẽs, verum etiam significatum efferens quasi mentem, vt animal quoddã aerium & rationale quodammodo dici possit. Concentus igitur spiritu sensuq; plenus, si forte tum secundum eius significata, tum secundum eius articulos, atque formam ex articulis resultantem, tum etiam secundum imaginationis affectum huic sideri respondeat, aut illi, non minorem inde virtutem, quã quælibet alia compositio traiicit in cantãtem, atq; ex hoc in proximum auditorem, quousq; cantus vigorẽ seruat, spiritumq; canentis, præsertim si cantor ipse sit natura Phœbe', vehemẽterq; habeat vitalem cordis spiritũ, atq; insuper animalem. Sicut em̃ virtus ac spiritus naturalis, vbi potentissimus est, mollit statim, liquefacitq; alimenta durissima, atq; ex austeris mox dulcia reddit, generat quoque extra se seminalis spiritus productione propaginem, sic vitalis animalisq; virtus vbi efficacissima fuerit, ibi intentissima quadam sui spiritus per cantum, tum conceptione agitationeq; in corpus propriũ potẽter agit, tum effusione mouet subinde propinquum, afficitque cum suum, tum alienum siderea quadam proprietate, quã tum ex ipsa sui forma, tum ex electa temporis opportunitate concepit. Hac vtiq; ratione Orientales Meridionalesq. multi, pcipue Indi, admirandã ferũtur in verbis

Aer ex artubus & articulis constat, perinde ac animal.

habere

habere potentiam, vtpote qui magna ex parte Solares sunt Virmq; non naturalem dico, sed vitalem & animalem habent ferme omnium potentissimam, & quicunq in regionibus aliis maxime sunt Phœbei. Cantus autem hac virtute, opportunitate, intentione conceptus, ferme nihil aliud est, quam spiritus alter, nuper penes spiritum tuum in te conceptus, factusq. Solaris, & agens tum in te, tum in proximum potestate Solari. Si enim vapor & spiritus quidam aliquando per radios oculorum, vel aliter foras emissus fascinate, inficere, aliterque afficere proximum potest, multo magis id valet spiritus ab imaginatione cordeque simul vberior profluens, & feruentior, motuq; valentior, vt non omnino mirũ sit, morbos quosdam animi, atq; corporis sic auferri posse aliquando, vel inferri præsertim, quoniam spiritus eiusmodi Musicus proprie tangit, agitq; in spiritum inter corpus animamq; medium, & vtrunque affectione sua prorsus afficientem. Mirabilem vero in concitato canenteq; spiritu vim esse concedes, si Pythagoricis Platonicisq; concesseris, cœlum esse spiritum, motibus tonisq. suis omnia disponentem. Memento vero totam procedere Musicam ab Apolline. Atq; eatenus Iouem esse musicum, quatenus est cum Apolline concors. Venerem insuper & Mercurium Musicam vicinitate Apollinis reportare. Item ad hos quatuor duntaxat attinere concentus, tres vero reliquos voces quidem habere, nõ cantus. Iam vero voces tardas, graues, raucas, querulas, Saturno tribuimus. Marti vero contrarias, veloces, acutasque, & asperas, & minaces. Medias vero Lunæ Concentus autem Ioui quidem graues, & intentos, dulcesque, & cum constantia lætos. Contra Veneri cum lasciuia & mollitie voluptuosos cantus adscribimus Inter hos vero medios Soli tribuimus, & Mercurio. Si vna cum gratia suauitateq. sunt ve-

Musica tota ab Apolline.

Vocum diuersitas cui tribuatur.

nerabiles,& simplices,& intenti Apollinei iudicantur. Si vna cum iucunditate remissiores quodāmodo sunt,strenui tamen, atq; multiplices, Mercuriales exsistunt. Tu igitur horum quatuor vnumquenque cantibus tibi suis conciliabis, præsertim si competentes cantibus sonos adhibeas, adeo vt quum eorum more opportune canendo & sonando clamaueris, responsuri protinus videantur, vel instar Echo, vel sicut chorda quædam in cithara tremens, quoties vibratur altera, temperata similiter. Atque, vt vult Plotinus & Iamblichus, ita naturaliter id tibi continget è cœlo, quemadmodum vel ex cythara reboatus, siue tremor, vel ex opposito pariete fit Echo. Profecto quoties ex frequēti quodam vsu, harmoniæ Iouiæ, vel Mercuriales, vel Venereæ, factæ videlicet his regnātibus, spiritus tuus ad hoc ipsum attentissime canens, harmonięq conformatus euadit Iouius, vel Mercurialis, vel Venereus. Interea Phœbeus euadit, siquidem Phœbi ipsius Musicæ ducis virtus in omni consonantia viget. Atq vicissim ex cantu sonoque Phœbeo ipse Phœbeus euadens, virtutem Iouis interim tibi vendicas, & Veneris, atque Mercurii. Rursusq ex spiritu sic intus affecto, similiter afficis animam, atq; corpus. Memento vero orationem apte & opportune compositam, & affectu sensuq; plenam, atq; vehemētem, similem cantibus vim habere. Quantam in orando potentiam Damis & Philostratus habere sacerdotes quosdam Indos narrent, referre non expedit, nec etiam quibus verbis Apollonium euocasse manes Achillis affirment. Non enim loquimur nunc de numinibus adorādis, sed de naturali quadam potestate sermonis, & cantus, atq; verborum. Esse vero Phœbeam medicamq; in sono, & eo quidem certo potētiam, ex eo patet, quod quæ in Apulia tacti Phalangio sunt, stupent omnes, semianimesque iacent, donec certum

Oratio eandem eum cantu vim habet.

In sono esse Phœbeam potentiam.

certum quisq; suumq; sonum audiat. Tunc enim saltat ad sonum apte, sudat inde atque conualescit. Ac si post annos decem similem audiuerit sonum, subito concitatur ad saltum. Sonum vero illum ex indiciis esse Phœbeum Iouialemq; coniicio.

Quomodo nos septem modis cœlestibus accommodare possimus, & quibus Saturnus sit maleficus, quibus propitius. Quos Iupiter a Saturno defendat. Quomodo cœlum agat in spiritum & corpus, & animam.

CAP. XXII.

QVoniam vero cœlum est harmonica ratione compositũ, moueturq; harmonice, & harmonicis motibus atque sonis efficit omnia, merito per harmoniam solam non solũ homines, sed inferiora hæc omnia pro viribus ad capienda cœlestia præparantur. Harmoniam vero capacem superiorum per septem rerum gradus in superioribus distribuimus. Per imagines videlicet (vt putant) harmonice constitutas. Per medicinas sua quadã consonantia temperatas. Per vapores odoresque simili concinnitate confectos. Per cantus Musicos, atq. sonos. Ad quorum ordinem vimq referri gestus corporis, saltusq;, & tripudia volumus, per imaginationis conceptus, motusq concinnos, per congruas rationis discursiones, per tranquillas mentis contemplationes. Sicut enim corpus per harmoniam quotidie suam, id est, per situm & habitum, & figuram opportune lumini caloriq. Solis exponimus, sic & spiritũ occultis stellarum viribus comparandis, per suam quandam similem harmoniam, imaginibus, vt opinãtur, & certe medicinis, odoribus harmonice cõpositis comparatam, & deniq. per spiritum superis ita paratum (*vt sæpe diximus*) animam eisdem exponimus, atque corpus. Animam, *inquam*, quatenus affectu ad spiritum inclinatur & corpus. In anima vero nunc ima-

Septem rerum gradus cælestes.

ginationem, rationem, mentem ponimus. Potest vtique imaginatio nostra, vel per qualitatem motumque spiritus, vel per electionem nostram, vel etiam vtrinq. ita disponi, componi, confirmari Marti Solive, vt sit e vestigio propriũ influxus Phœbei, vel Martii susceptaculũ. Similiter ratio vel per imaginationẽ spiritumq. simul, vel per deliberationem, vel vtrinq;, sic ad Iouem imitatione quadam comparare se potest, vt multo magis ob dignitatẽ propinquitatemq. suam ipsa Iouem capiat, & munera Iouis, quam imaginatio, siue spiritus, quemadmodum imaginatio spiritusque eadem ratione multo magis cœlestia capiunt, quam res & materiæ quæuis inferiores. Mens denique contemplatrix, quatenus seipsam non solum ab his, quæ sentimus verum etiam ab eis, quæ imaginamur communiter, moribusque argumentamur humanis, seuocat & affectu, intentione, vita, ad separata se reuocat, Saturno quodammodo se exponit. Huic soli propitius est Saturnus. Sicut enim Sol animalibus quidẽ nocturnis inimicus est diurnis autem est amicus, ita Saturnus hominibus vel vulgarem palam vitam agentibus, vel fugientibus quidem vulgi consuetudinem. Vulgares tamen affectus non dimittentibus est aduersus Vitam namque communem concessit Ioui, separatam vero sibi vendicauit, atq; diuinam. Mentibus autem hominum reuera hinc pro segregatis, tanquam sibi cognitis quodammodo est amicus. Nam & spiritibus sublimem habitãtibus aerem ipse Saturnus (*vt Platonice loquar*) est pro Ioue, sicut Iupiter hominibus communem agẽtibus vitam est iuuans pater. Nullis vero Saturnus est infensior, quam hominibus contemplatiuam vitam simulantibus quidem, nec agentibus. Hos enim nec Saturnus agnoscit vt suos, nec Iupiter ipse Saturni temperies, adiuuat eos, qui communes hominum leges mores-

Saturnus quibus sit inimicus & quibus amicus.

moresque,& commercia fugiunt. Hęc enim sibi Iupiter vsurpauit *(vt aiunt)* ligato Saturno, segregato Saturno. Quamobrē Lunares illi populi, quos Socrates in Phædone describit, eminentissimam terrę superficiem,& altiorem nubibus habitantes, videntes sobrii admodum frugibusque contenti,& secretioris sapientiæ studio religioniq; dediti Saturni felicitatem gustant, vitamq. agunt ita prosperā, tam longæuam, vt non tam mortales homines, quam immortales dæmones habeātur, quos heroes multi nominant, aureumq; genus Saturnio quodam seculo regnoq; gaudens. Quod forsan Astrologos Arabes voluisse puto, vbi aiunt vltra lineam æquinoctialem ad Meridiem esse subtilissimos habitatores quosdam dæmonas, qui nec oriri videantur, neque mori, ibiq potestatem habere Saturnum, caudamque draconis. Quod sane confirmare videtur Albumasar in libro Sadar, dicēs quasdam Indiæ regiones Saturno subiectas esse, ibique homines esse valde longæuos, ac senio plurimum extremo decedere. Rationemq; assignat, quoniam Saturnus non lædat domesticos, sed externos. Tu vero potestatem Saturni ne negligas. Hunc enim ferunt Arabes omniū potentissimum, Planetas sane vires eorum subire, ad quos accedūt, omnes vero ad eum accedere potius, quam vicissim, Planetasq. coniunctos illi, natura illius agere. Est enim ipse inter Planetas orbis amplissimi caput Quilibet sane Planeta sui orbis caput est,& cor,& oculus Saturnus, item stellis proximus est innumeris, primoque mobili quam simillimus, longum ait circuitum. Est altissimus Planetarum, vnde fœlicem eum vocant, cui ille fœliciter aspirauerit. Et quamuis eum tanquam à cōmuni vita hominum alienum plerunque maxime vereantur, placari tamen etiam communi vitę putant, si quando plurimam in ascendente potestatem dignita-

Populi Lunares Saturnini.

Homines Saturnini valde longaui.

Saturnus omnium Planetarum potentissimus.

temque habuerit, aut Iupiter cum suus fœliciter aspexerit, vel in suis finibus excellenter acceperit, alioquin influxus illius opportune susceptus, in materia præsertim crassa fit, quasi venenum, sicut & ouum putrefactione, vel adustione fit venenosum, vnde nascuntur, vel euadunt immundi quidam, ignaui, tristes, inuidi, dæmonibus immundis expositi, quorum commercium procul effugito. Nam Saturni venenum alibi quidem sopitum latet, seu sulphur à flamma remotum. In viuētibus vero corporibus sæpe flagrat, atque vt sulphur accensum non comburit solum, sed vapore etiā noxio omnia circum implet, atq. inficit propinquantes. Contra influxum eius hominibus communiter peregrinum, & quodammodo dissonum nos armat Iupiter, tum naturali qualitate sua, tum alimentis medicinisque certe suis, atq; (*vt putant*) etiam imaginibus, tum etiam motibus negotiisque, & studiis, atq. rebus ad ipsum proprie pertinentibus. Noxiū vero influxum Saturni effugiunt, subeuntq propitium, non solum qui ad Iouem cōfugiunt, sed etiam qui ad diuinam contemplationem ab ipso Saturno significatā tota mente se conferunt. Hoc enim pacto malignitatem fati deuitari posse Chaldæi & Ægyptii, atq. Platonici putant. Quum enim cœlestia nolint esse corpora vana, sed diuinitus animata, atq. insuper mentibus recta diuinis, nimirum illinc ad homines nō solum quam plurima ad corpus & spiritum pertinētia, sed multa etiam bona quodāmodo in animam redundantia proficisci volunt, non à corporibus in animā, sed ab animis. Magis autem hæc pluraq. eiusmodi à mentibus superioribus cœlo profluere. Inter hæc si rationes omnes assignare volueris, quibus adductus Moses, otium sabbati mandauit Hebræis, forsan vltra sublimiorem secretiorēq; allegoriam inuenies Saturni diē actionibus ciuilibus bellicisq. ineptum, contem-

Quo Iupiter a Saturno defendat.

Cur Moses otium sabbathi mādarit.

contemplationibus aptum, eoque die diuinum contra discrimina patrocinium obsecrandũ. Quod quidem impetrari posse aduersum Martis & Saturni minas Abraham & Samuel, & plures Hebræorum Astrologi, eleuatione mentis in Deum, votisque & sacrificiis cõfitentur, præceptum illud Chaldæorum confirmantes scilicet: *Si mentem ad pietatis opus ardentem erexeris, corpus quoque caducum seruabis.* Considera tu dignum est illud Iamblichi, *cœlestia mundana numina vires quasdam in se superiores, nonnullas inferiores habere.* Per has quidem effectibus nos fatalibus deuincire, per illas autem vicissim soluere nos à fato, quasi claues, vt *inquit Orpheus*, ad aperiẽdum habeant & claudendum. Multo igitur magis diuinitas mundo superior à fatali necessitate nos redemit. Exploratu quoque dignissimum est Hebraicum illud, in mactandis animalibus rebusque nostris sacrificio dissipandis mala cœlitus imminentia, à nobis ad nostra deflecti. Sed hæc Pico nostro exploranda relinquimus. Denique vbicunque dicimus cœlestium ad nos dona descendere, intellige tum corporum cœlestium dotes in corpora nostra venire per spiritum nostrum rite paratum, tum eadem prius etiam per radios suos influere in spiritũ naturaliter, vel quomodocunque illis expositum. Tum etiam animarum cœlestium bona, partim in eundem spiritum per radios prosilire, atque hinc in nostros animos redundare partim ab animis eorum, vel ab angelis in animos hominum illis expositos, peruenire. Expositos, *inquam*, non tam naturali quodam pacto, quam electione arbitrii liberi, vel affectu. Summatim vero quicunque voto, studio, vita, moribus, beneficentiam, actionem, ordinem cœlestium imitantur, eos existimato tanquam supernis similiores, ampliores illinc dotes accipere. Homines autem artificiose cœlestium dispositioni dissimiles,

Cœlum quo modo agat in spiritum nostrum corpus & animam.

atque discordes, & clam esse miseros, & deniq. palam infelices euadere.

Vt prospere viuas agasq;, in primis cognosce ingenium, sidus, Genium tuum, & locum eiusdem conuenientem, hic habita, professionem sequere naturalem.

CAP. XXIII.

QVicunq; sanæ mentis suiq; compos nascitur, est à cœlo ad honestum aliquod opus & vitæ genus naturaliter institutus. Quisquis igitur cœlum optat habere propitium, hoc opus, hoc genus in primis aggrediatur, hoc sedulo prosequatur. Cœlum enim suis fauet incœptis Ad hoc ipsum vero prę ceteris es natura factus, quod primum à teneris annis agis, loqueris, fingis, aptas, somnias, imitaris, quod tentas frequentius, quod facilius peragis, quo summopere proficis, quo præ ceteris delectaris, quod relinquis inuitus. Hoc est sane ad quod te cœlum rectorq; cœli genuit. Eatenus igitur tuis fauebit incœptis, & adspirabit vitæ, quatenus genitoris ipsius auspicia prosequeris, præsertim si verum sit Platonicum illud (in quo tota consentit antiquitas) vnicuiq; nascenti esse dęmonem quendam vitæ custodem, ipso suo sidere destinatū. Qui & ad hoc ipsum officium adiuuet, cui nascentem cœlestia deputarunt. Quicunq. igitur per argumenta, quæ modo diximus, suum ingenium perscrutatus, ita naturale suum opus inueniet, inuenerit simul suum sidus & dæmonem, quorum exordia sequēs aget prospere, viuetq. fœliciter, alioquin & fortunam experietur aduersam, & cœlum sentiet inimicum. Duo igitur sunt præ ceteris hominū infortunatorum genera. Alterum eorum, qui nihil professi nihil agunt. Alterum eorum, qui professionem ingenio alienam subeunt, Genioq. contrariam. Illi quidem ignauia torpēt, interim ad actiones incitante cœlo semper agente.

Ad quid homo inprimis natus sit.

Vnicuiq; nascenti dæmon quidam vitæ custos adest.

Infortunatorum genera duo.

agente. Hi dum aliena à patronis cœlestibus agunt, frustra laborant, supernis destituti patronis. Primum quidem antiquo prouerbio confirmatur, *Dii ad iuuant facientes, ignauis autem infensi sunt.* Secundum prouerbio simili, *Nihil agas inuita Minerua.* Ob hæc arbitror rationem Iouem in Pythagoricis carminibus obsecrari, vt vel ipse tot malis leuet genus humanum, vel saltem quo duce dæmone vtamur, ostendat. Proinde operæpretium fuerit indagare, ad quam potissimum regionem habitandam & excolendam, te tuum sidus dæmonq; tuus ab initio designauerit, ibi enim magis aspirãt. Ea vero est, in quam primũ profectus spiritus quodammodo recreatur, vbi sensus vegetior permanet, vbi corporis habitudo validior, vbi magis plerique fauent, vbi vota succedunt. Hæc igitur experire, hãc regionem elige, hanc cole feliciter Hinc videlicet discessurus infelix, nisi & rediturus, & ad similia pergat. Sed interea frequentibus in hac regione motibus te exerce, gyrosq quosdam cœlestium instar agito. Motu enim circuituq. eiusmodi genitus similibus conseruabere. Quantum præterea ad habitationẽ pertinet, vtiliter recordabere. Sicut alimenta vitæ necessaria rus quidem vrbi suppeditat, vrbs vero consumit, sic & ipsam vitam rusticatione frequenti, vbi tædium te minime cœperit, plurimũ augeri, sed vrbano cum otio, tum negotio conteri. Quantum vero ad habitationem simul & professionem spectat, illud Orientalium Astrologorum minime contemnendum, videlicet *mutatione nominis, professionis, habitus, victus, loci cœlestem influxum nobis tũ in melius, tum in deterius permutari.* Dæmones quoque vel commutari, vel ad eosdem aliter hic & alibi nos habere Platonici iudicabũt. Dæmonem vero vniuscuiusq; custodem Astrologi cum Platonicis geminum esse posse consentiunt, alterum quidem geni-

Regio.

Habitatio.

Geminus vniuscuiusq; custos.

turæ proprium, alterum vero professionis. Et quoties professio cum natura consentit, eundem vtriusque dæmonem, vel certe similimum nobis adesse, vitamque inde nostram magis secum fore concordem atque tranquillam. Sin autem professio dissidet ab ingenio, dæmonē acquisitum arte, esse à genio naturali discordem, vitamq. laboriosam, atque solicitam. Qualis autem vnicuiq. dæmon ab ipsa generatione præsit cupientibus inuenire, Porphyrius regulam inuestigat ex Planeta domino geniture. Iulius Firmicus Planetam geniture dominum esse inquit, vel eum, qui plures illic habeat dignitates, vel ex firmiori sententia potius eum, cuius domicilium mox petitura sit Luna, post signum, quod homine nascente iam tenet. Sed dæmonē non eadem regula putat inuestigandū, verum ex Chaldæorum opinione à Sole potius, aut Luna. A Sole quidem ad Lunam in natiuitate diurna, à Luna vicissim ad Solem in natiuitate nocturna, vt computato inter hęc interuallo, æquale spatium peragas ab ascendentis gradu descendens, & in quem terminum desinis, animaduertas. Cuius enim stellæ est ille terminus, eiusdem esse dæmonem arbitrantur. Summatim vero à domino geniture simul atque dæmone, tenorem vitæ fortunamque perpendere solent. Fortunam adiunxi, quoniam nonnulli partem fortunæ, eadem ferme computant ratione. Optabant veteres suum ad se dæmonem ab aliquo cæli cardine descendisse, ab Oriente videlicet, vel Occidente, vel medio vtrinque cœlo, aut saltem ab vndecima, vel quinta plaga. Vndecima quidem medio supra caput nostrum cœlo succedit, ac bonus dæmon cognominatur, & ascendentem ab Oriente gradum aspicit ex sextili. Quinta vero cœlo antipodum medio succedit, appellaturq; *bona fortuna*, & ascendentem gradum contuetur ex trino. Optabant tertio loco

Regula qua inuenitur qualis vnicuique dæmō præsit.

loco dæmonem, si modo à cadēti plaga venerit saltem, vel à nona venisse, vel à tertia Nona enim appellatur *Deus*, tertia vero *Dea*. Et illa descendētem gradum ex trino, hęc aspicit ex sextili. Cadentes vero duodecimam, atque sextam exhorrebant Illam sane *malum dæmonem*, hanc *malam fortunam* cognominātes Nos autem optare prætenta superuacuum arbitrati, monemus easdem plagas, quas illi pro dæmonibus fortunisq. optabant, obseruari pro Planetis & stellis ad opus efficiendum accommodandis, vt vel sint in angulis, aut in duabus, quas diximus, succedentibus, aut saltem in duabus duntaxat cadentibus, quas antea nominauimus. Neque enim ab re Solem nona gaudere dicunt, Lunam tertia, Iouem vndecima, Venerem vero quinta. Hæ namque gradum conspiciunt ascendentem Sed redeamus ad institutum. Siue igitur ab illa, quam in superioribus narrabam, experientia diligentiaque, siue ab hac arte, quam modo recensui, primum inuestigemus naturæ dæmonisque instinctum, infortunatum esse censebimus, qui officium nullum profitetur honestum. Nam & ducem professionis reuera non habet, qui opus honestum non aggreditur, & ducem naturalē vix vllum habet. Quoniam stellarum dæmonumque, siue angelorum ducum diuinitus ad custodiam dispositorum officium est agere semper, & excellenter, & latissime. Infortunatum insuper eū, *vt supra diximus*, qui professione naturæ contraria diuersum à Genio subit dæmonem. Memēto vero pro dignitate professionum digniores gradatim accipi dæmones, seu mauis angelos, atq in gubernatione publica etiam digniores Posse vero artem vitæq. tenorem accipi Genio & ingenio non contrariū, neq. longe diuersum, etiam si ad excellentiora processeris Memento rursus familiaritatem eorum inire, quibus Gratiæ afflant. Quod ex

Infortunatus quā do sit putandus esse dæmō?

Dæmones gradatim accipi digniores.

Dæmonū eorum familiaritas ineunda, quibus gratia afflant,

bonis animi,corporis,fortunæ perpēdes: ſicut enim odor ex muſco, ſic ex bono boni nonnihil exhalat in proximum,ac ſępe perſeuerat infuſum Mirificus autem foret cœtus trium felicium, vel duorū mirabiliter inter ſe redundantium. Memento denique effrenatos, & impudentes, & malignos, ac infelices procul fugere. Hi namq malorum pleni dæmonum,vel radiorum,malefici ſunt,& tanquā leproſi, peſtilentesq; non ſolum tactu nocent, ſed propinquitate etiā,& aſpectu. Sane propinquitas ipſa corporum animatorum putatur eſſe cōtactus, propter efficacem vaporum exhalationem foras à calore, ſpiritu, affectu manantem. Maxime vero peſtilens erit flagitioſorum familiaritas,atq.crudelium,ſi verum fuerit, poſt vegetalem vitam menſe Iouis, id eſt,ſecundo,nobis infuſam: deinceps mēſe Martio, id eſt,tertio,ſenſualem animam infundi perturbationibus mancipatam. Sic enim perturbatione feruntur, Martis pleni Martiali contagione propinquos inficiunt. Contraria vero ratione conſuetudo frequens contiguumq. commercium felicibus excellentibuſque, vt diximus,prodeſſe mirifice cōſueuit. Apollonium Thyanæum ferunt Epheſi deprehendiſſe ſenem,ſub cuius figura lateret dæmon,qui ſola præſentia totam ciuitatem peſte contaminabat. Quantum vero Socrates multis præſentia ſola profuerit,Xenophon & Plato teſtantur.

Flagitioſorum dæmonum cōſortium vitādum.

Senex ſua præſentia totam ciuitatem peſte contaminat.

Qua ratione literati cognoſcant ingenium ſuum, ſequanturq; victum ſpiritui conſentaneum.

CAP. XXIIII.

QVoniam vero literarū ſtudioſis loquor, recordari vnumquenq; volo literarū amore captum in primis ſe eſſe Mercurialem, præterea Solarem, quatenus ipſe Mercurius eſt Solaris. Atq; hæc communis his omnibus eſt conditio. Proprie vero præter.

Omnes ſtudioſi ſunt Mercuriales & Solares

ter naturam Mercurialem quisquis eloquii gratia, lepore dignitate, venustate pollet, Apollinem in se agnoscat, & Venerem. Qui ad leges, vel naturalem communemq; philosophiam est propensior, non ignoret Iouem se habere patronum. Sed qui ad secretissima quæq; curiosius perscrutanda penitus instigatur, sciat se nõ Mercurialem solum esse, sed Saturnium. Sub cuius etiam principatu sunt omnes in quouis studio vsq; ad finem seculi, præsertim in rebus diis negligentes. Denique si verum est, quod nonnulli, tam Physici, quam Astronomi tradunt, animam intellectu præditam in conceptum humanum, mense Solis, id est, quarto, descẽdere, qui plurimum intellectu viuunt, & ab initio sunt præcipue & quotidie Solares euadunt. Horum itaq; Planetarum fauor his hominibus auspicandus erit. Sub eorum spiraculo medicinæ conflandæ. In eorum regionibus habitandum. Verum ad Apollinem Musarum ducem in primis vos, ô literati Musarum cultores aduoco. Quicunq; igitur inter vos, dilectissimi in Musarum amore fratres, ingenio multo magis longiusq;, quam corpore valent, ii profecto sciant, in genitura quondam sua Phœben quidem materiam suppeditasse perpaucam, Phœbeum vero spiritum infudisse quam plurimum, imo & quotidie humores alimẽtaq; in corporeum spiritum maxima quadam ex parte resoluere. Vnusquisque igitur vestrum totus est ferme spiritus. Spiritalis *inquam*, homo quidam, terreno hoc corpusculo personatus, spiritum ante alios perpetuo quodam labore fatigans, vt ipsi præ ceteris sit assidue spiritus recreandus, & in senectute præterea, in qua communiter euadit crassior, ad subtilitatem propriam reuocandus. Scitis profecto crassum corpus crassis elementis quatuor ali. Scitote igitur spiritale corpus suis quibusdam tenuibus elementis quatuor enutriri. Huic

Corporis spiritalis nutrimenta.

enim vinum eſt pro terra, odor ipſe vini vicem gerit aquæ, cãtus rurſum & ſonus agit aerem, lumen autem præfert ignem elementum. His ergo quatuor præcipue ſpiritus alitur, vino, inquam, eiuſq; odore & cantu, ſimiliter atq. lumine. Sed neſcio quomodo ab Apolline primum exorſi, incid mus mox in Bacchum Et merito quidem à lumine peruen mus ad calorem, ab ambroſia in nectar, à veritatis intuitu in ardẽtem veritatis amorem. Fratres certe ſunt, indiuiduiq. comites Phœbus atq. Bacchus. Ille quidem duo potiſſimum vobis affert, lumen videlicet, atq. lyram Hic item præcipue duo, vinum, odoremq. vini ad ſpiritum recreandum, quorum vſu quotidiano ſpiritus ipſe tandem Phœbeus euadit, & liber. Quamobrem ita vos ad excipiendum Solis lumen quotidie comparate, vt quatenus deuitata deſtillatione quadam, & exſiccatione fieri poteſt, frequentiſſime ſub luce viuatis, ſaltem in conſpectu lucis, tum eminus, tum cominus, tum tecti, tum aperti, ad vſum vbiq veſtrum vitalẽ Solis potentiam temperantes, atq. igni referentes in nocte Solem, citharæ cantuſque interim non obliti. Spirate vero ſemper, & vigilantes, & dormientes aerem viuum, aerem luce viuentem. Similiter habere vos oportet ad merum Bacchi donum, Apollinis beneficio procreatum Eadem igitur proportione, qua lumen, accipite vinum. Abunde quidem, quatenus deſtillatio, nec exſiccatio, qualem dixi, ebrietaſve contingat. Atque præter ſubſtantiam vini, quotidie bis acceptam, odorem vero frequentius haurire partim quidem os, vbi ſpiritus fuerit recreandus, colluentes mero, partim lauantes eodem manus, partim naribus & temporibus admouentes. Satis iam fratres colloquuti ſumus, ſatiſque combibimus. Ergo valete.

Phœbus & Bacch' fratres ſunt.

Sub luce & ſole frequentiſſime viuendum.

Manus, os & nares vino lauanda.

De Astronomica diligentia in liberis procreandis, in præparandis epulis, in ædificiis & habitatione, atque vestibus, & quantum curare talia liceat.

CAP. XXV.

SED iuuat etiam parumper alloqui seuerum religionis antistitem. Dic age, quidnam in astrorum vsu damnas antistes? Quicquid inquies, arbitrio nostro detrahit, quicquid vnius diei cultui derogat. Eadem ego tecum non damno solum, sed etiã valde detestor. Exsecraris quinetiam scio, atque ego insuper perhorresco nonnullos, qui quum Deum exoratum volunt, ad Iouem in medio cœlo vastum illud draconis caput subeuntem, tam miseri, quam stulti confugiunt, ab ipso videlicet dracone, qui quondam è cœlo corruit, tertiam stellarum partem secum trahens, denique deuorandi. Verum concedesne contractibus, matrimoniis, colloquiis, itineribus, similibusque operibus peragendis horas opportunas eligere? Non facile te his assensurum video, nescio quid arbitrio metuentem. Ego igitur, etsi Theologus ille Magnus Albertus ista dabit, & ratio quædam forte dictabit, per electionem ipsam ad arbitriũ pertinentem cœlestia ita prudentiæ nostræ vsui subiici, quemadmodum herbę Medico subministrant, tibi tamen potius in præsentia credam. Et quam tu difficile nunc ea permittis, tam facile ipse dimittam. Obseruationes vero Lunæ, ideoque aliarum stellarum ad morbos curandos, & idcirco ad remedia præparanda iamdiu (vt arbitror) permisisti. Concessum quoque abs te, & insuper approbatum, crescente Luna, eademq; aucta lumine, nec aliunde infortunata semin b. agros spargere, vitesq. serere. Cur nõ igitur ad plantãdum (*vt cynice loquar*) hominem, vtamur beneficio Lunæ, Iouisque & Phœbi? Nam Veneris quidem ad hæc officio semper vtimur. Sed rectius modo dixissem, semper

Quid in astrorum vsu damnetur.

Astra an prosint vel obsint contractibus, matrimoniis, itineribus, colloquiis & procreandis liberis.

vtuntur Nam ipsa mihi Venus est Diana. Quid item de victu dicemus? Nonne licebit, & proderit sub felici sidere tum autumno vinum, tum indies panem epulasque conficere? Ac si nequeamus in his præparandis aspectus siderum exspectare, expediet saltem ascendentes accipere, vel aliter angulares, Solem, Iouem, Venerem, atque Lunam. Sic enim omnia, quibus vtimur, feliciter affecta cœlitus, feliciter nos afficient. Hactenus te video absque controuersia concessurum, nisi forte dicas ita vitam nostram nihil fore aliud, quam perpetuam seruitutem. Adhæc ego subiiciam, frustra mortales cumulandis pecuniis & honoribus seruituros, quibus sunt perpetuo mancipari, nisi interim diligentia physica dies vitæ sibi plures accumulent. Aut igitur soli Deo seruiãt, quod quidem est potissimum, aut si cui præterea seruituri sunt vitæ, tum validæ, tum longæ potius, quam pecuniis honoribusque vanis indulgeant. Concordes ergo sumus. Sed nunquid vel domos fundabunt temere, vel infaustas habitabunt? Vbi contagiosa quædam calamitas ædificii ferme sic inficit habitantem, vt venenosus pestilentię vapor etiam ad biennium in pariete seruatus, qualis etiam ex epidemia latens in veste, diu postea vtentem inficit incautum, atq; perdit. At postquam hic in vestium incidimus mentionem, prohibebis me, pie pater, in veste cõficienda, vel primum intuenda spiraculum Veneris diligenter aucupari, quo quasi Venerea facta vestis, similiter prospera quadam corpus & spiritum afficiat qualitate? Nonne Medici vetant, vulpium pelles, agninas probant? Non aliter forte sidus indies, quasi nascentes vestes afficit, quã semel ab initio natas. Vestes quidem & cetera artis opera certam à sidere qualitatem accipere, Thomas Aquinas in libro de Fato confirmat. Tu igitur affirmabis. Infectas vero vestes vtentem inficere, etiam

Contagiosa ædificiorum calamitas.

In veste conficienda, an sidus obseruandum.

Infectæ vestes vtentem inficiunt.

testis

testis est scabies, atque lepra. Denique si populi vitę consulis (vt opinor) ista permittes. Atque ego permissione tua consulam obseruãda. Sin autem eiusmodi moribundæ vitæ curam non improbas quidem, sed negligendam mones, ego quidem negligo, melioris vitæ fiducia fretus, ceterisque similiter consulo faciendum. Vale.

Quomodo per inferiora superioribus exposita deducantur superiora. Et per mundanas materias mundana potissimum dona.

CAP. XXVI.

SEd ne longius digrediamur ab eo, quod interpretantes Plotinum instituimus ab initio, breuiter ita collige. Mundus ab ipso bono (*vt Plato vna cum Timæo Pythagorico docet*) quam optimus effici poterat, est effectus. Est igitur non solum corporeus, sed vitę insuper & intelligẽtiæ particeps. Quamobrem præter corpus hoc mundi sensibus familiariter manifestum, latet in eo spiritus corpus quoddam, excedens caduci sensus capacitatem. In spiritu viget anima, in anima fulget intelligentia. Atque sicut sub Luna nec miscetur aer cum terra, nisi per aquã, nec ignis cum aqua, nisi per aerẽ, sic in vniuerso esca quædam siue fomes ad animam corpori copulandam est ille ipse, quem spiritum appellamus. Anima quoq. fomes quidam est in spiritu corporeq; mundi, ad intelligentiam diuinitus cõsequendam, quemadmodum summa quædam in ligno siccitas ad penetraturum oleum est parata. Oleum huic imbibitum pabulum est ad ignem, ad calorem dico proxime. Calor ipse luminis est vehiculum, ac si lignum hoc eiusmodi sit, vt igne præsente fulgeat, non vratur, qualia quandoq; vidimus. Iam hoc exemplo videbimus, vtrum vel homo, vel aliud quiddam sub Luna certis quibusdam præparamẽtis, partim quidem

Homo vtrum sub Luna certis quibusdam præparamentis vitalia & intellectualia bona desuper accipere possit.

naturalibus, partim arte quæsitis, vitalia, atq. etiam forte intellectualia quædam bona opportune quodammodo desuper accipere possit Verum quod hic ad religionem spectat, discutiemus alibi, *vt Plotinus in medium hæc adducet.* Quod vero ad naturales spectat influxus, qualescunq; sint desuper venientes, scito eos in nobis materiisq. nostris ita demum per ætatem cōparari posse, quando fomenta nobis nostrisq ad illos natura suggesserit, cœlūq. ad eosdem opportunius conspirauerit. Nonne in ipso fœtu natura fœtus ipsius artifex, quum certo quodā pacto corpusculum affecerit, figuraueritque, hoc ipso statim præparamento. velut esca quadam spiritum ab vniuerso deducit? Perq hunc velut fomitem. vitam haurit, atq animam? Ac denique per certam animæ speciem dispositionemq corpus ita viuens dignum est præsentia mētis tandem iam donatæ diuinitus.

Natura vbiq; maga.

Vbiq. igitur natura maga est, *vt inquit Plotinus, atque Synesius*, videlicet certa quædam pabulis vbiq. certis inescans, non aliter, quam centro terræ grauia trahens, Lunæ concauo leuia, calore folia, humore radices, ceteraq. similiter. Quo quidē attractu se cum ipso deuinciri mundum testātur sapientes Indi, dicentes *mundum esse animal passim masculum, simulatq; fœminam, mutuoq; membrorum suorum amore vbiq; coire secum, atq; ita constare, vinculum vero membrorum inesse per insitam sibi mentem, quæ totam infusa per artus agitat molem & magno se corpore miscet.* Hinc Orpheus naturam ipsam mundi Iouemq mundanum *marem* appellat, & *fœminam.* Vsq adeo mutui partium suarum coniugii vbiq mundus est auidus. Esse vero masculinum sexum fœminino vbiq. commixtum, declarat illinc quidem ordo signorum, vbi præcedēs perpetuo deinceps ordine masculinum est, subsequens fœmininum: hinc vero arbores atq. herbæ, quæ etiam sicut animalia vtrunq. sexū habent. Mitto quod

Mundus est animal, passim masculum & fœmina.

Masculinum fœminino vbiq; esse commixtum.

ignis

ignis ad aerem, aqua ad terram masculi vicem tenet ad fœminam, vt non mirum sit membra inter se mundana, & omnes eius articulos mutuũ connugium cõcupiscere. Quod & Planetæ conciliant, partim quidem mares, partim vero fœminæ, præcipue vero Mercurius masculus, atque fœmina, Hermaphroditi pater. Quod sane animaduertens agricola, præparat agrum seminaq. ad cœlestia dona, & insitionibus quibusdam vitam plantæ propagat, & ad speciem alteram melioremq. perducit. Similia quędã efficit & Medicus, Physicus, & Chirurgus in corpore nostro. tum ad nostram fouendam, tum ad vniuersi naturam vberius comparãdam. Idem quoq; Philosophus naturalium rerum astrorumque peritus, quem proprie *Magum* appellare solemus, certis quibusdam illecebris cœlestia terrenis, opportune quidem, nec aliter inserens, quam insitionis studiosus agricola veteri recentem stipiti surculum. Quod & Ptolemæus valde probat, affirmans eiusmodi sapientem sic astrorum opus adiuuare posse, quemadmodum agricola terræ virtutem. Subiicit Magus terrena cœlestibus, imo inferiora passim superioribus, vt proprias vbique fœminas suis maribus fœcundandas, vt ferrum magneti trahendum, vt camphoram aeri feruenti sugendam, vt crystallum Soli illuminandum, vt sulphur & sublimem liquorem accendendum flammæ, vt oui testam vacuam & impletam rore Soli eleuandam, imo vt ouum ipsum gallinæ fouendum. Præterea sicut nõnulli fouentes oua, etiam sine animalibus vitam illis ex vniuerso conciliant, & sæpe materias quasdam opportune parantes, absq. ouis manifestisq seminibus animalia procreant, vt ex ocymo scorpionem, apes ex boue, ex saluia auem merulæ similem, vitã videlicet à mundo materiis certis opportunisq; temporibus adhibentes. Sic & ille sapiens, vbi cognouit,

Philosophus.

quæ materiæ, siue quales partim incoatæ natura, partim arte perfectæ, etsi sparsæ fuerint congregatæ, qualem cœlitus influxum suscipere possint, has eo regnante potissimum colligit. præparat, adhibet, sibique per eas cœlestia vendicat. Vbicunque enim materia quædam sic superis exposita est, sicut speculare vitrum vultui tuo paries que oppositus voci, subito superne patitur, ab agente videlicet potentissimo, à potestate vitaque mirabili vbique præsente, virtutemque passione reportat, non aliter quam & speculum imaginem repræsentat ex vultu, & ex voce paries Echo. His ferme exemplis ipse Plotinus vtitur, vbi Mercurium imitatus ait *veteres sacerdotes, siue Magos in statuis sacrificiisq. insensibilibus diuinum aliquid & mirādum suscipere solitos.* Vult autem vna cum Trismegisto per materialia hæc non proprie suscipi numina penitus à materia segregata, sed mundana tātum, vt ab initio dixi, & Synesius approbat. Mundana, *inquam*, id est, vitam quandam, vel vitale aliquid ex anima mundi, & sphærarum animis, atque stellarum, vel etiam motum quendam, & vitalem, quasi præsentiam ex dæmonibus, imo interdum ipsos dæmonas eiusmodi adesse materiis. Mercurius ipse, quem Plotinus sequitur, inquit, dæmonas aërios non cœlestes, nedum sublimiores, statuasque Mercurius ipse componit ex herbis, arboribus, lapidibus, aromatis, naturalē vim diuinitatis (vt ipse ait) in se habentibus. Adiungit cantus cœlestibus similes, quibus ait eos delectari, statuitque sic adesse diutius, & prodesse hominibus vel obesse. Addit sapientes quondā Ægyptios, qui & sacerdotes erant, quum non possent rationibus persuadere populo esse deos, id est, spiritus aliquos super hominibus, excogitasse Magicum hoc illicitum, quo dæmonas allicientes in statuas esse numina declararent. Sed Iamblichus damnat Ægyptios, quod dæmonas nō

solum

solum vt gradus quosdam ad superiores deos inuestigandos acceperint, sed plurimum adorauerint. Chaldæos vero dæmonibus non occupatos Ægyptiis anteponit. Chaldæos, inquam, religionis antistites: nam Astrologos, tam Chaldęorum, quam Ægyptiorum quodammodo tentauisse dæmonas per harmoniam cœlestem in statuas fictiles trahere suspicemus. Quod significare videtur Astrologus Samuel Hebræus, auctoritate Dauidis Bilastrologi fretus, antiquos videlicet fictores imaginum fecisse statuas futura pronuntiātes. Harmoniam vero cœlestium his accommodatam esse tradit. Metallum fundere ad hominis pulcri formam, die Mercurii hora tertia, scilicet Saturni, quando Mercurius Saturnum in Aquario subit, in nona cœli plaga vaticinium designare, ascenditque Geminorum sidus significans Prophetas vt aiunt, Mars à Sole comburitur, nec Mercurium intuetur, Sol tamē aspicit coniunctionis illius locum, Venus interea aliquem obtinet angulum, Occidentalis est & potens, Luna ex trigono gradum aspicit ascendentem, similiterque Saturnus. Hæc ille. Ego autem primo quidē ex beati Thomæ sententia puto, si modo statuas loquentes effecerint, nō simplicem ipsum stellarum influxum ibi formauisse verba, sed dæmonas. Deinde si forte contigerit, eos in eiusmodi statuas ingredi, non arbitror hos ibi per cœlestem influxum fuisse deuinctos, sed sponte potius suis cultoribus obsequutos deniq; decepturos. Nam & natura superior ab inferiore conciliatur quidem aliquando, sed cohiberi nequit. Et dispositio illa siderum paulo ante descripta, concurrere forte non potest. Quamuis autem dæmones astronomica ratione statuis includantur, tamen vbi per cultum eis exhibitum præsentes exstiterint, Porphyrius ait eos regulis astronomicis oracula reddidisse, atq. ideo frequēter am-

Dæmones an per harmoniam cœlestem in statuas fictiles trahi possint.

bigua,& merito, quoniam Iamblichus probat prophetiam veram, atq certam nec malis dæmonibus conuenire, nec humanis artibus, vel natura, sed spiratione diuina purgatis mentibus prouenire. Sed ad Mercurium, imo ad Plotinũ iam reuertamur. Mercurius sacerdotes ait accepisse virtutem à mũdi natura conuenientem, eamq. miscuisse. Sequutus hũc Plotinus, putat totum in anima mundi conciliante facile confici posse, quatenus illa naturaliũ rerum formas per seminales quasdam rationes sibi diuinitus insitas generat, atque mouet. Quas quidem rationes appellat etiam Deos, quoniam ab ideis supremæ mentis nunquam destituuntur. Itaque per rationes eiusmodi animam mundi facile se applicare materiis, quas formauit ab initio per easdem, quando Magus vel Sacerdos, opportunis temporibus adhibuerit formas rerum rite collectas, quæ rationem hanc aut illam proprie spectant, sicut Magnes ferrum. Rheubarbarum choleram, crocus cor, eupatorium spodiumq. iecur, spica muscusq. cerebrum. Fieri vero posse quandoque, vt rationibus ad formas sic adhibitis, sublimiora quoq. dona descendant, quatenus rationes in anima mundi coniunctę sunt intellectualibus eiusdem animæ formis, atque per illas diuinæ mentis ideis. Quod & Iamblichus approbat, vbi de sacrificiis agit. Qua de re alibi nos opportunius disputabimus. Vbi etiam apparebit, quam impura superstitio populi Gentilis exstiterit, contra vero quam pura pietas Euangelica fuerit, quod magna ex parte in libro de religione Christiana iam fecimus.

FINIS.